XXI
A
16

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
A
16
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

XXI
A.
16

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google

CORNELII VAN ECK,

JCti & Anteceſſoris Ultrajectini,

PRINCIPIA JURIS CIVILIS,

Secundum ordinem

DIGESTORUM,

PARS ALTERA.

Editio ſeptima.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD SAM. ET JOH. LUCHTMANS,

M D C C L X X X I V.

Digitized by Google

DIGESTORUM

PARS QUARTA.

LIBER XX.

TIT. I.

De Pignoribus & Hypothecis: qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum.

Cod. 8. 14, 22, 23, 25, 35.

1. Pignus ſtrictius acceptum in re mobili conſiſtit, & ab hypotheca differt. *l.* 238. §. 2. *de V. S. l.* 9. §. 2. *de Pign. act.* latius ſumptum, ab hypotheca non niſi nominis ſono diſcrepat. *l.* 5. §. 1. *l.* 13. §. 3. *h. t.* §. 7. *Inſt. de Action.*

2. Pignus ita vel ſtrictius, vel latius ſumptum accipitur vel 1. Pro re ipſâ pignori nexa & obligatâ. *t. t. D. & C. de Diſtr. Pign. l.* 26. §. *ult. h.* §. 7. *I. de Act.* §. *ult. I. Quib. mod. re contr.* vel 2. pro contractu, quo pignus conſtituitur. *l.* 1. §. *ult. h. d.* §. *ult. Inſt. l.* 5. §. 2. *Commod. l.* 9. §. *ult. de Suppell. leg.* vel 3. pro ſpecie juris in re debitoris, quod creditori in ſecuritatem crediti conſtitutum eſt. *l.* 3. §. 12. *ad Exhib. d. l.* 17. §. 2. *de Pact. l.* 1. *de Pign. act.*

3. Quo ſenſu hic acceptum, eſt vel *voluntarium*, vel *neceſſarium. l.* 2. *C. de Praet. pign.* Voluntarium eſt, *quod vel conſenſu privatorum, ſive conventione inter vivos, vel ultimâ voluntate conſtituitur.*

4. *Conventione.* id eſt, vel contractu, §. *ult. I. Quib. mod. re contr.* vel pacto nudo. *l.* 13. §. 3. *h. l.* 17. §. 2. *de Pact. d. l.* 1. *de Pign. act.* v. infra *theſ.* 17. & 18. *l.* 23. *C. h. t.*

5. *Ultima voluntate.* id eſt, teſtamento vel codicillo. *l.* 26. *de Pign. act. l.* 12. *de Alim. leg. l.* 1. *C. Comm. de Legat.*

6. Pignus neceſſarium eſt, *quod ex neceſſitate & imperio legis vel magiſtratus conſtituitur. Legis*, quod dicitur legitimum & tacitum, de quo in *tit. ſeq. Magiſtratus*, quod eſt vel Prætorium vel Judiciale. Prætorium eſt, *quod ex decreto Magiſtratus per miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, veluti ob non præſtitas cautiones, conſtituitur. l.* 4. §. 1. *de Damn. inf. t. t. Ut legat. vel fid. com. l.* 1. & *l.* 2. *C. de Prætorio pign. l.* 12. *Pro Empt. l.* 2. *Pro Her. l.* 9. *C. de Bon. auct. jud. poſſid. vel vend. l.* 26. *pr.* & §. 1. *de Pign. act.*

7. Judiciale eſt, *quod in executione rei judicatæ à Magiſtratu ex bonis contumacium capitur. l.* 15. *de Re jud. l.* 3. *C. de Exec. rei jud. t. Cod. Si in cauſ. jud. pign. capt.* vel per miſſionem in bonorum poſſeſſionem poſt ſententiam conceditur. *l.* 2. & *l.* 3. *C. Qui pot. in pign.* v. *Suet. in Cæſar. c.* 17. *Tacit. Annal.* 13. 28. *Gell. lib.* 7. *c.* 10.

8. Hypothecæ ſive pignoris conſtitutio eſt vel *generalis* vel *ſpecialis*.

9. Generalis eſt, *qua per voluntatem contrahentium, aut legem omnia generaliter bona, tam immobilia, quam mobilia, tam futura, quam praeſentia obligantur. l.* 1. *l.* 6. *l.* 15. §. 1. *l. pen.* 29. *h. t. l. ult. C. Quæ res pign. obl.* nec intereſt debitor *bona ſua*, *an omnia ſua bona* obligaverit: *d. l. ult.* arg. *l.* 7. *de Trit. vin. l.* 30. §. 1. *ad SC. Treb.*

10. Quin

10. Quin & incorporalia, ut nomina, ſub generali hypotheca continentur, ſi quidem omnium bonorum, non item ſi mobilium & immobilium mentio ſit facta: *d. l.* 30. §. 1. *l.* 4. *C. Quæ res pign. dari poſſ.* arg. *l.* 21. *l.* 49. *de V. S. pr. Inſt. de Reb. Corp. & Incorp. l.* 7. §. 4. *de Pecul. l.* 15. §. 2. *de Re jud.*

11. Excipiuntur tamen à nexu generalis hypothecæ. (1. Quæ oppignorari non poſſunt. *l.* 9. *b. l.* 1. §. 2. *D. & l.* 5. *C. Quæ res pign. obl.* (2. Quæ non eſt credibile, quenquam expreſſe obligaturum fuiſſe, ut ſunt, quibus uſus vitæ quotidianæ continetur, quæve ſingulari affectu complectimur. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *b. l.* 1. *C. Quæ res pign. l.* 19. *de Reb. Cred. l.* 7. §. *ult. de Supp. leg. l.* 34. *de R. J.* (3. Bona heredis. *l.* 29. *b.* (4. Bona, quæ, conſentiente creditore, alienata, poſtea in debitoris dominium redierunt. *l. ult. C. de Remiſſ. pign.* (5. Bona per teſtatorem vel legem alienari prohibita. *l. ult.* §. 2. 3. *C. Comm. de Legat. l. ult. C. de Reb. alien.*

12. Hypothecæ generalis effectus eſt, quod non minus, quam ſpecialis, creditori jus in rebus debitoris conſtituat, ita ut debitor rem, niſi ſalvo jure pignoris, alienare non poſſit & cum ſuo onere. *l.* 4. *C. de Evict. l. un. C. rem alien. ger. l.* 18. §. 2. *de Pign. act. l.* 44. §. 5. *de Uſuc.*

13. Exceptio eſt (1. In taberna, cujus merces libere ſine onere pignoris alienari poſſunt, ita tamen, ut merces venditarum loco comparatæ iterum obſtringantur. *l.* 34. *b.* & creditor, merces tabernæ præcludendo, debitori viam alienationis præcidere poſſit. *l. pen. D. In quib. cauſ. pign.* ubi *Gothofr.* Ratio eſt in *l.* 21. & 22. *de Legat.* 1. & *l.* 76. *de Jud.* (2. In grege. *l.* 13. *b.*

 l. 1.

4. *Conventione.* id eſt, vel contractu, §. *ult. I. Quib. mod. re contr.* vel pacto nudo. *l.* 13. §. 3. *h. l.* 17. §. 2. *de Pact. d. l.* 1. *de Pign. act.* v. infra *theſ.* 17. & 18. *l.* 23. *C. h. t.*

5. *Ultima voluntate.* id eſt, teſtamento vel codicillo. *l.* 26. *de Pign. act. l.* 12. *de Alim. leg. l.* 1. *C. Comm. de Legat.*

6. Pignus neceſſarium eſt, *quod ex neceſſitate & imperio legis vel magiſtratus conſtituitur. Legis*, quod dicitur legitimum & tacitum, de quo in *tit. ſeq. Magiſtratus*, quod eſt vel Prætorium vel Judiciale. Prætorium eſt, *quod ex decreto Magiſtratus per miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, veluti ob non præſtitas cautiones, conſtituitur. l.* 4. §. 1. *de Damn. inf. t. t. Ut legat. vel fid. com. l.* 1. & *l.* 2. *C. de Prætorio pign. l.* 12. *Pro Empt. l.* 2. *Pro Her. l.* 9. *C. de Bon. auct. jud. poſſid. vel vend. l.* 26. *pr.* & §. 1. *de Pign. act.*

7. Judiciale eſt, *quod in executione rei judicatæ à Magiſtratu ex bonis contumacium capitur. l.* 15. *de Re jud. l.* 3. *C. de Exec. rei jud. t. Cod. Si in cauſ. jud. pign. capt.* vel per miſſionem in bonorum poſſeſſionem poſt ſententiam conceditur. *l.* 2. & *l.* 3. *C. Qui pot. in pign.* v. *Suet. in Cæſar. c.* 17. *Tacit. Annal.* 13. 28. *Gell. lib.* 7. *c.* 10.

8. Hypothecæ ſive pignoris conſtitutio eſt vel *generalis* vel *ſpecialis*.

9. Generalis eſt, *qua per voluntatem contrahentium, aut legem omnia generaliter bona, tam immobilia, quam mobilia, tam futura, quam praeſentia obligantur. l.* 1. *l.* 6. *l.* 15. §. 1. *l. pen.* 29. *h. t. l. ult. C. Quæ res pign. obl.* nec intereſt debitor *bona ſua, an omnia ſua bona* obligaverit: *d. l. ult.* arg. *l.* 7. *de Trit. vin. l.* 30. §. 1. *ad SC. Treb.*

10. Quin

10. Quin & incorporalia, ut nomina, ſub generali hypotheca continentur, ſi quidem omnium bonorum, non item ſi mobilium & immobilium mentio ſit facta: *d. l.* 30. §. 1. *l.* 4. *C. Quæ res pign. dari poſſ.* arg. *l.* 21. *l.* 49. *de V. S. pr. Inſt. de Reb. Corp. & Incorp. l.* 7. §. 4. *de Pecul. l.* 15. §. 2. *de Re jud.*

11. Excipiuntur tamen à nexu generalis hypothecæ. (1. Quæ oppignorari non poſſunt. *l.* 9. *h. l.* 1. §. 2. *D. & l.* 5. *C. Quæ res pign. obl.* (2. Quæ non eſt credibile, quenquam expreſſe obligaturum fuiſſe, ut ſunt, quibus uſus vitæ quotidianæ continetur, quæve ſingulari affectu complectimur. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *h. l.* 1. *C. Quæ res pign. l.* 19. *de Reb. Cred. l.* 7. §. *ult. de Supp. leg. l.* 34. *de R. J.* (3. Bona heredis. *l.* 29. *h.* (4. Bona, quæ, conſentiente creditore, alienata, poſtea in debitoris dominium redierunt. *l. ult. C. de Remiſſ. pign.* (5. Bona per teſtatorem vel legem alienari prohibita. *l. ult.* §. 2. 3. *C. Comm. de Legat. l. ult. C. de Reb. alien.*

12. Hypothecæ generalis effectus eſt, quod non minus, quam ſpecialis, creditori jus in rebus debitoris conſtituat, ita ut debitor rem, niſi ſalvo jure pignoris, alienare non poſſit & cum ſuo onere. *l.* 4. *C. de Evict. l. un. C. rem alien. ger. l.* 18. §. 2. *de Pign. act. l.* 44. §. 5. *de Uſuc.*

13. Exceptio eſt (1. In taberna, cujus merces libere ſine onere pignoris alienari poſſunt, ita tamen, ut merces venditarum loco comparatæ iterum obſtringantur. *l.* 34. *h.* & creditor, merces tabernæ præcludendo, debitori viam alienationis præcidere poſſit. *l. pen. D. In quib. cauſ. pign.* ubi *Gotbofr.* Ratio eſt in *l.* 21. & 22. *de Legat.* 1. & *l.* 76. *de Jud.* (2. In grege. *l.* 13. *h.*

 l. 1.

l. 1. §. *ult. de R. V. l.* 30. *de Uſurp. & Uſue.*

13. In ſervis generaliter vel tacitè pignori obligatis, quorum manumiſſio liberè & ſine onere fieri poteſt, niſi præcludantur. *d. l. pen. In quib. cauſ. pign. l.* 2. *l.* 3. *C. de Serv. pign. dat. man.*

14. Hypotheca ſpecialis eſt, quæ in rebus certis nominatim conſtituta eſt. *l.* 13. *l.* 15. §. 1. *D. l.* 2. *C. b.* qua continentur tantum, quæ, tempore conſtituti pignoris, ſunt in bonis debitoris, *d. l.* 15. §. 1. & acceſſiones, etiam futuræ. *l.* 16. *pr.* & §. 4. *b. l.* 1. *C. de Part. pign.*

15. Effectus eſt, quod debitor nec res alienare ſine vitio furti, *l.* 66. *de Furt. l.* 61. §. 8. *eod.*; ſcilicet ſi res ſit mobilis, ſi autem ſit immobilis, debitor tenetur pœna Stellionatus. *l.* 3. §. 1. *Stellion.* junct. §. 2. *Inſt. de Uſuc. & l.* 1. *D. de Diſtr. pign.* nec ſervos pignori obnoxios, invito creditore, manumittere poſſit. *l.* 1. *l.* 2. *C. de Serv. pign. dat. manum. l.* 4. *D. de Manum.*

16. Si nomen generaliter vel ſpecialiter ſit obligatum, datur creditori utilis actio in perſonam, *l.* 13. §. 2. *l.* 20. *b. t. l.* 18. *de Pign. act. l.* 7. *C. de Her. vel act. vend. l.* 4. *C. Quæ res pign.* ut illis, quibus nomen donatum, legatum, venditum, in ſolutum datum, aut aliter ceſſum eſt. *l. ult. C. Quand. fiſc. vel priv. l.* 55. *de Procur. l.* 16. *pr. de Pact. l.* 1. *l.* 2. *C. de O. & A.*

17. Pignus vel à Magiſtratu, vel à Lege, vel per conventionem contrahentium, idque vel inter præſentes, vel abſentes, verbis, epiſtolâ, licet nec ſubſcripta, nec ſignata, *l.* 4. *l. pen.* §. 1. *b.* vel generaliter, vel ſpecialiter, vel contractu, aut pacto, vel ultimâ voluntate conſtitui poteſt.

18. Ex quo pacto, à Prætore confirmato, (*v. l.* 14. §. 1. *de Pecun. conſtit.*) contra commu-

munes regulas, ad conſtituendum jus in re, traditionem requirentes (v. *l.* 20. *C. de Pact.*) naſcitur (1. Jus in re, (2. Ex illo jure in re actio hypothecaria in rem, qui ſenſus eſt *Legis* 19. §. 2. *de Pact. l.* 4. *h. t.*

19. Quocunque autem modo pignus conſtituatur, ſemper requirit obligationem principalem, cui firmandæ accedat, *l.* 43. *de Solut. t. t. C. Si pign. conv. num. pec. ſec. non ſit.* ſive illa civilis ſit, ſive naturalis, ſive mixta. *l.* 5. *l.* 14. §. *ult. h. t.*

20. Uno tamen & altero caſu pignus ſine obligatione principali conſiſtere poteſt, quos vide in *l.* 1. *l.* 2. *C. de Luit. pign.* junct. *l.* 16. *C. de Diſtr. pign. & l.* 9. *C. de Præd. & al. reb. min. l.* 7. §. 1. 2. *C. de Præſcr.* 30. *Ann.* junct. *l.* 3. *& d. l.* 7. *pr. eod.* Plures caſus vid. ap. *Voet. ad h. t. n.* 19. *&* 20.

21. Pignori & hypothecæ obligare poſſunt omnes, qui directum vel utile dominium habent. v. *l.* 9. *l.* 11. §. 2. *l.* 15. §. 1. *l.* 13. §. 3. *l.* 31. *h. l.* 15. *Qui pot. in pign. l.* 18. *l.* 21. §. 1. *h. l.* 16. §. *ult. de Pign. act. l.* 72. *de R. J. l. ult. C. Si alien. res pign. deb. l.* 19. *de Damn. inf.* (Excipitur (1. Maritus in rebus dotalibus immobilibus, *pr. Inſt. Quib. alien. lic.* (2. Pupillus & Minor. *l.* 1. *Quæ res pign. dar. poſſ.* §. 2. *Inſt. Quib. alien. lic.* (3. Mulier pro alio res ſuas oppignorans. *l.* 11. *de Diſtr. pign. l.* 8. *D. & l.* 7. *C. ad SC. Vellej.* (4. Is, qui pro muliere intercedente, vel pro filiofamilias mutuum accipiente pignus conſtituit. *l.* 2. *Quæ res pign. dar. l.* 13. *de SC. Maced. l.* 8. §. 4. *& l.* 16. §. 1. *ad SC. Vellej.*) item ſocius partem ſuam in re communi *l. un. C. Si commun. res pign. data ſit.* adminiſtrator rei-

publicæ rem reipublicæ propriam. *d. l.* 11. *h.* procurator rem mandantis. *l.* 1. *& ult. C. Si alien. res pign. l.* 11. §. *ult. & l.* 12. *de Pign. action.*

22. Pignori, per conventionem conſtituto, & adjici ſolent, & poſſunt varia pacta, conventioni modum & formam dantia. *t. C. de Pact. Pign.* ut (1. Pactum antichreſticum, ſeu de mutuo pignoris uſu, in vicem uſurarum, quo pignus ita datur, ut, donec ſolvatur debitum, creditor pignore utatur, veluti fructus percipiat, vel ædes inhabitet, in vicem uſurarum. *l.* 11. §. 1. *h. l.* 33. *l.* 39. *de Pign. act. l.* 6. *C. Quod cum eo qui in al. pot. l.* 14. *l.* 17. *C. de Uſur. l. ult. C. de Pactis pignor.*

23. Dividitur in *expreſſum* & *tacitum*. Expreſſum eſt, quod expreſſe, v. *l.* 1. §. 3. *h. l.* 17. *C. de Uſur.* Tacitum, quod tacita conventione fit. *l.* 8. *in quib. cauſ. pign. l.* 11. *C. de Uſur.*

24. In tacito fructus ſemper redigendi ſunt ad legitimum uſurarum modum. *d. l.* 8. vid. *Vinn.* 2. *Sel. Quæſt.* 7. In expreſſo diſtinguendum, utrum fructus annui ſint certi, an incerti. Si fructus ſint certi, quatenus legitimum uſurarum modum excedunt, ſorti imputantur. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 12. *C. de Pign. act.* niſi exceſſus ſit modicus. *l.* 14. *C. de Uſur.* Sin incerti, unius anni ubertas cum alterius ſterilitate compenſatur. *d. l.* 17. *eod.* niſi exceſſus nimius ſit, & contractum faciat uſurarium in fraudem *Legis* 26. *C. de Uſur. l.* 1. §. 3. *h. t. l.* 13. §. 26. *de Act. empt.*

25. Quanquam alioquin Antichreſis multum differat ab Uſura. *d. l.* 14. *l.* 17. junct. *l.* 3. *C. de Uſur. l.* 26. *C. de Uſur.* junct. *d. l.* 17. *l.* 11. *C. de Uſur.* junct. *l.* 19. *C. eod.* vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 12.

26. (2. Pa-

26. (2. Pactum, ut interitus pignoris liberet debitorem. *l. 6. C. de Pign. act.*

27. (3. Pactum, ut, debito intra certum tempus non ſoluto, res juſto pretio æſtimata creditori cedat. *l. 1. C. de Pact. pign. l.* 34. *de Pign. act. l.* 16. *§. ult. h. t.*

28. (4. Pactum, ne debitori vel creditori liceat pignus vendere. vide *l.* 4. *de Pign. act.* & *l.* 7. *§. ult. de Diſtr. pign.*

29. Prohibitum eſt (1. Pactum Commiſſorium, ut, non ſoluto intra certum tempus debito, creditor pignus lucriſaciat. *l. ult. C. de Pact. pign.*

30. (2. Ut creditori liceat poſſeſſionem pignoris occupare, ſi debitor moram in ſolvendo committat. *l.* 3. *C. h. t. l. pen. C. de Pign. act. l.* 13. *D. Quod met. cauſ.*

31. (3. Ut debitor, ſoluto debito, propriâ auctoritate pignus recuperare poſſit. *d. l.* 3. *d. l. pen. C. l.* 176. *de R. J. d. l.* 13. *l.* 9. *C. de Obl. & act. l. pen. C. de Conveniend. fiſci debitor.*

TIT. II.

In quibus cauſis Pignus vel Hypotheca tacite contrahitur. Cod. 8. 15.

1. Hypotheca eſt vel *expreſſa* vel *tacita*. Expreſſa eſt *quæ apertâ & manifeſtâ voluntate conſtituitur. l. pen. h.* Tacita, *quæ ſine expreſſâ voluntate conſtituitur vel tacito pacto, ſeu ex præſumtâ voluntate partium, vel ob favorem creditoris, ipſâ lege, pignus vel hypothecam concedente. l.* 2. *l.* 4. *de Pact.* junct. *l.* 1. *C. Comm. de Legat. l.* 4. *h. t.*

2. Tacitæ hypothecæ jus habent (1. Qui in ædificii inſtaurationem crediderunt. *l.* 1. *h. l.* 24. §. 1. *de Reb. auct. jud.* ut & qui redemtori, mandante domino, nummos ſubminiſtrarunt. *d. l.* 1. *h. t.* Ratio eſt in præſumtâ voluntate partium, & favore ædificiorum.

3. Quare hac prærogativa minime gaudet, qui vel in novum ædificium exſtruendum, vel emendum, aut ad refectionem navis pecuniam credidit. *l.* 5. §. 17. *de Trib. act. l.* 17. *C. de Pign. & Hyp. l.* 7. *C. Qui pot. in pign.* Nec eſt contrarium in *l.* 26. *l.* 34. *de Reb. auct. jud. Nov.* 97. *c.* 3. *pr. l.* 1. §. 20. *de Exerc. act.*

4. (2. Locator in invectis & illatis in prædium urbanum, pro penſione & corruptione. *l.* 2. *l.* 4. *l.* 6. *D. l. ult. C. h. l.* 4. *D. de Pact.* item in horreum. *l.* 3. *D. h.* v. *l.* 3. §. 2. *de Off. Præf. Vig. l.* 56. *l.* 60. §. 6. *D. l.* 1. *C. Loc. Cond.* Ratio eſt tacita conventio, quam lex præſumit ex facto illationis. *l.* 4. *h. t. l.* 61. §. 8. *de Furt.*

5. Excipiuntur à nexu hujus hypothecæ mancipia, quatenus ante incluſionem libere manumitti poſſunt. *l.* 6. *l.* 9. *h.* Ut & bona minoris, ſine auctoritate curatoris invecta & illata. *l.* 1. *& l.* 2. *D. de Reb. cor. l.* 22. *C. de Adm. tut, l. ult. C. de Legit. tut.* non autem 25. annis minoris, qui curatore caret, cujus, ſi ex. gr. ſtudioſus ſit, libraria ſuppellex, aliaque bona in cubiculum illata, haud dubiè legem taciti pignoris ſequuntur. vid. *Vinn. de Pact. cap.* 12. *Bronkh.* 1. *Miſcell. aſſert.* 76. *& Voet. ad h. t. n.* 4.

6. Hæc hypotheca etiam locum habet in bonis à ſecundo conductore, cui ædes relocatæ ſunt, invectis; non tamen in univerſam conductionis cauſam, ſed pro ratâ. *l.* 11. §. 5.

§. 5. *de Pign*. arg. *l*. 4. *C. Quæ res pign*,

7. (3. Locator prædii ruſtici in fructibus ibi natis. *l*. 7. *b*. non autem in invectis & illatis. *l*. 4. *D*. *l*. 3. *l*. 5. *C*. *b*. *l*. 4. *D*. *de Pact*. Diff. alii. vid. *Vinn*. *de Pact*. *cap*. 12. & *Voet*. *ad b*. *t*. *n*. 2. & 3. quanquam id pacto caveri poſſit. *l*. 5. *C*. *de Loc*. *cond*. *l*. *pen*. *in f*. *C*. *Pro Soc*. *l*. 11. §. 2. *Qui potior*.

8. (4. Fiſcus in bonis (1. Adminiſtratorum. *l*. 1. *C*. *de Jur*. *Fiſc*. *t*. *C*. *Si propt*. *publ*. *penſit*. *l*. 3. *C*. *de Privil*. *fiſci*, (2. Civium pro tributis. *l*. 1. *C*. *b*. (3. Eorum, quibuscum contraxit. *l*. 2. *C*. *b*. *l*. 28. *l*. 46. §. 3. *de Jur*. *Fiſc*. non in pœnis ex delicto debitis. *l*. 17. *l*. 37. *eod*. *l*. *un*. *C*. *Pœn*. *Fiſcal*. *cred*. *præf*. (X. 7.) nec ſi privato, hypothecam non habenti, ſucceſſerit, *l*. 1. §. 1. *Quib*. *mod*. *pign*. *l*. 6. *de Jur*. *Fiſc*. (4. Ex cauſâ primipilari. *l*. 3. *l*. 4. *C*. *de Primip*. *l*. 3. §. 7. *de Jur*. *Fiſc*. Vid. infr. *tit*. *Qui pot*. *in pign*.

9. Eſt autem Primipilaris cauſa nihil aliud, quam annonæ & ſtipendii militaris exhibitio. *l*. 3. *l*. 7. *C*. *de Cohortalib*. *Princip*. (XII. 58.) Cujus longe maximus erat favor. vide *l*. 3. *l*. *ult*. *C*. *de Primip*. *l*. 4. *C*. *b*. *t*. *l*. 1. *C*. *de Privil*. *Fiſc*. *l*. 1. *C*. *de Cond*. *ex lege*. plura vide apud *Briſſon*. *de Verbor*. *ſignif*. *in Primipilus*.

10. (5. Reſpublica ſive Civitas in bonis adminiſtratorum. arg. *l*. 20. *C*. *de Admin*. *tut*. junct. *l*. 3. *C*. *de Jur*. *Rei*. (XI. 29.) non autem ut creditrix in bonis debitorum. *l*. 2. *C*. *eod*. *l*. 8. *Qui pot*. *in pign*. arg. *l*. 37. *l*. *pen*. §. 1. *D*. *de Reb*. *auct*. *jud*. *l*. 13. *Ad munic*. Non obſtat *l*. 2. *C*. *de Debitor*. *Civitat*. (XI. 32.)

11. (6. Eccleſia in bonis adminiſtratorum. *dd*. *ll*. junct. *l*. 19. *l*. 23. *C*. *de SS*. *Eccl*.

12. (7.

12. (7. Pupilli, minores, furioſi, prodigi, ſurdi, muti, in bonis tutorum, curatorum, protutorum. *l.* 20. *C. de Adm. tut. l.* 19. §. 1. *&* *l. ſeq. de Reb. auct. jud. Nov.* 22. *c.* 40.

13. (8. Pupilli & Minores in rebus pecuniâ ſua emptis. *l.* 3. *de Reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt ſine decr. non alien. l.* 6. *C. de Serv. pign. dat. l.* 7. *Qui pot.* arg. *l.* 2. *D. Quand. ex fact.* quod aliis negatum eſt. *l.* 17. *C. de Pign. l.* 7. *C. Qui pot. in pign.*

14. (9. Liberi in bonis vitrici, cui mater tutrix denupſit. *l.* 6. *C. b. l.* 2. *C. Quando mulier.*

15. (10. Liberi in bonis patris, ratione maternorum bonorum, quæ pater adminiſtravit. *l.* 6. §. 1. 2. *ult. C. de Bon. quæ lib. l.* 8. §. *ult. C. de Sec. Nupt.*

16. (11. Liberi in bonis parentum, ad ſecundas nuptias tranſeuntium, ad reſtituenda, quæ ad eos ex priore matrimonio delata ſunt, & quæ, in pœnam ſecundarum nuptiarum, ad eos reverti debent. *l.* 6. *C. de Sec. Nupt.*

17. (12. Maritus in bonis uxoris, pro dote promiſſâ ſolvenda. *l. un.* §. 1. *C. de Rei ux. act. Auth. Æqualitat. & Auth. ſed quæ. C. de Pact. Convent.*

18. (13. Mulier in rebus mariti, pro dote ſoluta reſtituenda. *d. l. un.* §. 29. *Inſt. de Act. Nov.* 97. *c.* 3. *l. ult. C. Qui pot. l.* 29. *l.* 30. *C. de Jur. dot.*

19. (14. Mulier pro reſtitutione paraphernorum, *l. ult. C. de Pact. conv.*

20. (15. Legatarii & fideicommiſſarii in bonis teſtatoris. *l.* 1. *C. Communia Legat.*

21. (16. Redemptor in perſonâ ab hoſtibus redempta, pro pretio redemptionis. *l.* 15. *l.* 21. *D. l.* 2.

D. l. 2. *C. de Captiv. & poſtl. rev. l.* 20. §. 1. *D. Quiteſt. fac. poſſ. l.* 43. §. *ult. de Leg.* 1.

T I T. III.

Quæ res, pignori vel hypothecæ datæ, obligari non poſſint. Cod. 8. *tit.* 17, 16, 21, 24, 25.

1. Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem recipere poteſt. *l.* 9. §. 1. *de Pign. & Hyp.* junct. *l.* 34. §. 1. *de Contr. empt. l.* 1. §. 2. *h. t.*

2. Quare recte obligantur res tam incorporales, quam corporales, ut nomina. *l.* 4. *C. h.* Jus emphyteuſeos & ſuperficiei. *l.* 13. §. 3. *l.* 31. *de Pign. & Hyp.* Jus pignoris, creditori conſtitutum. *t. Cod. Si pign. pignori det. l.* 19. *D. de Damn. inf.* Servitutes perſonales. *l.* 11. §. 2. *de Pign. & Hyp. l.* 72. *de R. J.* Prædiales, ſive urbanæ, ſive ruſticæ, jam conſtitutæ, pignori obligari nequeunt. *d. l.* 11. §. *ult.* Diſſ. alii. *vid. Wiſſenb. ad h. t. th.* 14. *& Voet. ad tit. Comm. de Servit. n.* 8. ſed creditori, vicinum prædium habenti, conſtitui poſſunt. *l.* 12. *de Pign. & Hyp.*

3. Pignori obligari prohibentur (1. Res alienæ. *t. C. de Reb. alien. & de probibit. rer. alien. vel hyp. l.* 2. *C. Si aliena res pign. l.* 54. *de R. J. l.* 23. *de Probat.* adeo ut, ſi debitor rem alienam pignori dederit, non modo pignus non valeat, ſed & ipſe actione pignoratitia contraria creditori ad intereſſe, *l.* 6. *C. Si aliena res.* & extraordinario crimine ſtellionatus teneatur. *l.* 16. §. 1. *de Pign. act.*

4. Niſi (1. Dominus expreſſe, vel tacite conſentiat, vel ratum habeat. *l.* 20 *de Pign. act.*

l. 26. §. 1. *de Pign. & Hyp. l.* 16. §. 1. *eod.* vel (2. Sciens rem ſuam obligari, in fraudem creditoris, taceat. *d. l.* 2. *C. Si res al.* vel (3. Niſi obligatiõ fiat ſub conditione, ſi res in dominium debitoris pervenerit. *l.* 16. §. 7. *de Pign. & Hyp.* (4. Niſi quis rem alienam quidem, ſed ſibi debitam obliget. *l.* 1. *de Pign. & Hyp. l.* 3. §. 1. *Qui pot. in pign.* (5. Niſi pignus rei alienæ, poſtea dominio debitoris, qui eam pignori dedit, quæſito, convaleſcat. *l.* 41. *de Pign. act. l.* 5. *l.* 6. *C. Si aliena res pign.* Quo caſu non ignoranti tantum, ſed & ſcienti creditori, rem alienam eſſe, actio hypothecaria, difficilius quidem, ſed tamen datur. *l.* 1. *de Pign. & Hyp.* (6. Niſi dominus heres fiat ei, qui rem alienam, domino ignorante, pignori dedit. *l.* 22. *de Pign. & Hyp.* quo caſu non quidem directa (ratio eſt in *l.* 15. §. 1. *de Pign. & Hyp.*) ſed tamen utilis hypothecaria locum habet. *l.* 41. *de Pign. act.* ſecus ſi rem, invito domino, obligaverit. (7. Niſi tutor, curator, *l.* 1. *l.* 3. *C. Si aliena res Pign. l.* 2. *C. Quando decr. op. non eſt.* vel procurator aut adminiſtrator, res eorum, quorum negotiis gerendis præſunt, pignori dederint. *l.* 11. §. *ult. l* 12. *de Pign. act.* (8. Niſi creditor rem alienam, ſibi pignori datam, vindicet utili actione hypothecaria, vel ab ipſo debitore, vel ab alio poſſeſſore, nullum jus in re habente. *l.* 9. §. *pen. l.* 22. §. 2. *l.* 32. *de Pign. act. l.* 18. *de Pign. & hyp. l.* 14. *Qui pot. in pign.*

5. (2. Pignorari prohibentur res extra commercium poſitæ. *l.* 1. §. 2. *D. l.* 3. *l.* 6. *C. h. t. v.* tamen *l.* 15. *de Captiv.*

6. (3. Arma militum. arg. *l.* 14. §. 1. *de Re mil. l.* 2. §. 1. *de Pign. & hypoth. l.* 3. §. 13. *de Re milit. l.* 2. *in fin. de Capt.*

7. (4. Spes

7. (4. Spes præmiorum athleticorum. *l.* 5. *C. h.* Ipſa præmia jam conceſſa obligari poſſunt. *l.* 40. *de Re jud. Voet ad h. t. n.* 2. Eadem ratione prohibentur pignori capi ſtipendia militum, ſi executio rei judicatæ in aliis bonis fieri poſſit. *l.* 4. *C. de Exec. rei jud.*

8. De Athletis, eorumque præmiis, ad majorem hujus rei lucem, v. *l.* 4. *D. de His qui not. inf. l. un. C. de Athl.* (x. 53.) *ubi Gothofr. Sueton. in Aug. c.* 45.

9. (5. Fundus dotalis inæſtimatus. *pr. Inſt. Quib. al. lic.* v. infra *Tit. de Fundo Dot.*

10. (6. Bona pupilli vel minoris ſine decreto. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *D. de Reb. eor. qui ſub. tut.* niſi bona mobilia vilioris pretii, & nummi inde redacti in rem eorum verſi ſint. *l.* 16. *de Pign. act. l.* 1. *l.* 4. *l. pen C. Si aliena res.*

11. (7. Inſtrumenta ad agriculturam parata, ut aratra, boves, aut equi aratores. *l.* 7. *l.* 8. *C. h.* Ratio eſt in favore agriculturæ. v. *Ælian. Var. Hiſt.* 5. 14. *Varr. de Re Ruſt.* 2. 5. *Columell. de Re Ruſt. in proœm. lib.* 6.

TIT. IV.

Qui potiores in pignore, & de His, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

Cod. 8. 18, 19, 27.

1. In concurſu plurium creditorum de præferentiâ & concurrentiâ, ſeu protopraxiâ contendentium, omnibus præferuntur domini, res ſuas vel commodato, vel precario, vel depoſito conceſſas; aut venditas, non habitâ fide de pretio, repetentes. *l.* 5. §. 18. *de Tribut. act.*

l. 7. §. 2. 3. *l*. 8. *Depoſ. l*. 1. *C. de Priv. fiſci.* §. 41. *I. de R. D.*

2. Quod ſi res depoſitæ apud argentarios non exſtent, & agatur de pretio, nec uſuræ pretii pactæ & promiſſæ ſint, deponentes præferuntur plerisque, ſed quibusdam maxime privilegiatis poſtponuntur. *d. l*. 7. §. 2. & *l*. 8. *Depoſ.* quo ſenſu intelligenda *l*. 24. §. 2. *de Reb. auct. jud. poſſid.* Si autem deponentes uſuras pacti ſint, eodem jure cenſentur, quo cæteri chirographarii non privilegiati; ut & ſi apud privatos depoſuerint, licet tunc nullas uſuras pacti ſint v. *dd. ll.* & *Clar. Voet in Comment. ad h. t. n*. 13. & 14.

3. Inter ipſos creditores, hypothecarii præferuntur chirographariis, ſeu perſonalibus, licet maxime privilegiatis. *l*. 3. *l*. 9. *l*. 10. *C. h.* niſi chirographarii crediderint (1. In funus. *l*. 14. §. 1. *l. pen. de Relig.* junct. *l*. 17. *de Reb. auct. jud.* (2. In confectionem inventarii. *l. ult*. §. 9. *C. de Jur. delib.* (3. In rerum diſtrahendarum proſcriptionem. *l*. 72. *ad L. Falc. l*. 8. *Depoſ.*

4. Inter hypothecarios principem locum obtinent privilegiati, ita ut magis privilegiati præferantur minus privilegiatis, ſecundum ordinem legibus conſtitutum, habitâ non temporis, ſed privilegii ratione, arg. *l*. 12. §. 1. *C. h.* Hæc regula etiam locum habet in aliis caſibus. *l. unic. C. Quand. Imper. int. pup.* (III. 14.) *ſupr. tit. de Minor. th*. 12. *n*. 7. & *de SC. Maced. th*. 14. *n*. 8. Si plures eâdem gaudeant prærogativa, privilegiatus contra æque privilegiatum ſuo non utitur privilegio, ſed prior tempore potior eſt jure. *l. ult*. §. 1. *in f. C. h. Nov*. 91. *c*. 1.

5. Inter hypothecarios privilegiatos primicerius eſt, qui eâ lege in Militiam credidit, ut in

eâ

eâ omnibus præferatur. *Nov.* 97. *c.* 3. 4. *Auth. quo jure C. h. t.*

6. Eſt autem Militia hic genus officii, vel potius commodum annonarium & ſalarium, quod armatam, vel inermem militiam ſequentibus publicè præſtabatur. vide Lælium Taurellium *de Militiis ex caſu.* Hæc cum plerumque vendi potuerit, & ad ſucceſſores transmitti, admittebat & pignus & in pignore privilegium. *l. ult. C. de Pign. l.* 52. §. 2. *de Act. empt. l.* 49. §. 1. *de Leg.* 2. *l. pen.* §. *pen. & ult. de Leg.* 3. *l.* 18. §. 2. *de Alim. leg. l.* 5. *C. Qui milit. poſſ.* (XII. 34.)

7. Secundiceria eſt Mulier in repetenda dote, & dotis augmento, non in fraudem creditorum facto. *Nov.* 97. *c.* 3. *l.* 12. *C. h.* quæ derogavit *legi* 29. *C. de Jur. dot.* Quanquam olim inter chirographarios tantum habuerit privilegium, atque hac ratione fiſco fuerit poſthabita. *l.* 3. *C. de Primip.* (XII. 63.) Jus autem hujus præferentiæ etiam liberis mulieris, non heredibus extraneis, competit. *l. ult.* §. 1. *C. h. l. un. C. de Privil. dot.* §. 29. *Inſt. de Act.* item ſponſæ, arg. *l.* 74. *de Jur. Dot. l.* 17. §. 1. *de Reb. auct.* junct. *l. ult. C. h.*

8. Tertio loco Fiſcus in cauſâ Primipilari. *l.* 3. *C. de Primip.* junct. *l.* 1. *C. de Privil. fiſc. & l.* 4. *C. In quib. cauſ. pign.* & tributorum, ratione prædii unde debentur. *l.* 1. *C. Si propt. public. penſit.* Ratio eſt in *l.* 1. §. 20. *D. de Quæſt.*

9. Quarto loco Fiſcus in bonis eorum, quibuſcum contraxit, poſt contractum, non ante, quæſitis. *l.* 6. *C. de Priv. fiſc. l.* 28. *de Jur. fiſc.* quo ſenſu accipe *l.* 8. *l. ult. D. h.*

10. Item is, qui credidit in refectionem æ-

dium. *l.* 1. *In quib. cauſ. pign. l.* 24. §. 1. *de Reb. auct. jud.* vel etiam ad rem emendam vel reficiendam ſervandamque, ſi quidem, hoc in caſu, expreſſe de pignore convenerit. *l.* 5. *l.* 6. *D. l.* 7. *C. h.* qui tamen jure novo potius videtur concurrere cum muliere de dote agente. *Nov.* 97. *c.* 3.

11. Ut & pupilli in rebus pecunia ſua emptis. *l.* 7. *h. l. pen. C. de Serv. pign. dat. man.* In tutorum rebus, ſimplicem tantum hypothecam habent. *d. l.* 7. *l.* 20. *C. de Adm. tut. l.* 19. & *ſeq. de Reb. Auct. jud.*

12. Dominus directus reſpectu canonis aut ſolarii. *l.* 15. *D. h.*

13. Is, cujus pecuniâ ſervus ab hoſte redemptus eſt. *l.* 12. §. 12. *de Capt. & Poſtl.*

14. Hi ſi concurrant inter ſe, habenda ratio temporis. *l.* 7. *h. l. ult.* §. 1. *C. h. Nov.* 91. *c.* 1.

15. Quinto loco admittuntur omnes hypothecarii non privilegiati, quos inter valet regula: *qui prior eſt tempore, potior eſt jure. l.* 2. *l.* 11. *pr. l.* 12. §. 2. *D. l.* 2. *l.* 4. *l.* 7. *l.* 8. *C. h.* Quæ regula, habita ratione etiam minimorum intervallorum temporis, ſtrictè ſervanda eſt. Non obſtat *l.* 10. §. 8. *de Pign.* & tam in judiciali, quam conventionali, *l.* 10. *h.* tam in tacitâ quam expreſſâ, arg. *l. ult.* §. 1. *C. h. Nov.* 95. *c.* 1. tam in diverſi, quam unius generis, *l.* 2. *C. h.* tam in ſpeciali, quam in generali hypothecâ, *l.* 2. *l.* 11. *l.* 12. *l.* 18. *h.* locum habet.

16. Adeo ut is, qui generalem priorem habet, etiam in rebus poſtea alteri ſpecialiter obſtrictis, præferatur poſteriori, ſpecialem hypothecam habenti. *l.* 2. *D. l.* 6. *C. h.* idque tam in bonis ante, quam poſt pignus generale quæſitis,

l. ult.

l. ult. D. h. l. ult. C. Quæ res pign. niſi primo, ſpecialem habenti, generalis in ſubſidium ſit data. *l. 2. C. de Pign. & Hyp.* Sed & contra fiſcum, ex contractu agentem, valet hæc regula. *l. 8. l. ult. h.* v. ſupra *th. 9.*

17. In prærogativa temporis non principalis obligationis, ſed hypothecæ conſtitutæ tempus ſpectatur. *l. 11. pr. & §. 2. l. 12. §. 2. h.* ita ut nihil interſit, pura an ſub conditione hypotheca priori ſit devincta. *l. 9. §. 2. l. 12. §. 2. h. t.* Non obſtat *l. 1. §. ult. h.* vel cui prius res ſit tradita. *l. 12. §. ult. h.* licet pignoris obligatio & traditio ſit facta à non domino & bonæ fidei poſſeſſore. *l. 14. h.* Quod ſi à diverſis non dominis pignus ſit obligatum, traditio poſſeſſori temporis & dictæ regulæ prærogativam tribuit. *d. l. 14.* arg. *l. 18. de Pign. & Hypoth.*

18. Ceſſat tamen regula de prærogativâ temporis. (1. In pignore Prætorio, quatenus plures pignoris Prætorii conſortes inter ſe privilegio temporis uti nequeunt. *l. 12. de Reb. auct. l. 5. §. 3. Ut in poſſ. legat. l. 15. §. 15. de Damn. inf.* Nam Prætorium pignus prius aliis ſpeciebus pignoris poſterioris præferri, dubium non eſt. *l. 2. C. h. t.*

19. (2. Si priori privato, poſteriori autem publico, vel à tribus teſtibus ſubſcripto inſtrumento, hypotheca conſtituta ſit. *l. 11. C. h.*

20. (3. Si prior conſenſerit in obligationem pignoris poſteriori factam. *l. 12. §. 4. h. l. 12. pr. Quib. mod. pign*

21. (4. Si venditor in re venditâ ſibi pacto caverit de pignore, donec pretium ſolvatur: ſic enim præfertur creditoribus emptoris, quibus hypotheca prius conſtituta eſt, arg *l. 1. §. ult.* &

& *l.* 2. *de Reb. eor. qui ſub. tut.* junct. *l.* 48. *de Pact.* arg. *l.* 7. *C. h.*

22. (5. Si creditor hypothecarius priori, ſive privilegiato, ſive ſimplici, debitum offerat, & eo accipere nolente, obſignatum deponat. *l.* 1. *C. h. l.* 22. *C. de Pign. & Hyp. l.* 12 §. 6. *h. l. ult. C. de His qui in prior. cred. loc.* Quo caſu tertius, in locum prioris ſuccedens, præfertur ſecundo. *dd. ll. l.* 3. §. 1. *l.* 9. §. 3. *h.* Quale jus extraneus vel chirographarius creditor non aliter habet, quam ſi id pacto & ceſſione ſit conſecutus. *d. l.* 12. §. 8. *l.* 21. *C. de Pign.* Quamobrem qui, pro fiſci debitore, fiſco ſolvit, non ſuccedit in locum & privilegium fiſci; niſi id in eum expreſſe fuerit translatum. *l. ult. C. de privil. fiſc.* quo ſenſu intelligi poteſt & debet *l.* 2. *C. de His, qui in prior. cred. loc. ſucced.*

23. Quanquam privilegium, competens in actionibus perſonalibus tacite & ſine ceſſione transmittitur in ſolventem, qui ſenſus eſt *l.* 2. *de Ceſſ. bon. l.* 24. §. *ult. l.* 17. *de Reb. auct. jud.*

24. Sed & creditor poſterior revocare poteſt pignus; & in prioris locum ſuccedere, ſi creditori priori, pignus à debitore in ſolutum accipienti, debitum offerat. *l.* 1. *C. Si antiq. cred. pign.* non item ſi pignus à priore alteri rite venditum ſit. *l.* 2. *l.* 3. *C. eod. tit.*

25. Quod ſi res eadem eodem tempore pluribus creditoribus ſit obligata, pari jure ad diviſionem pignoris admittuntur. *l.* 7. *pr. &* §. 1. *h. l.* 16. §. 8. *de Pign.* niſi alter poſſideat: nam ut alibi, ita hic quoque, in pari cauſâ melior eſt conditio poſſidentis. *l.* 9. §. 4. *de Act. Publ. l.* 126. §. *ult. l.* 128. *de R. J. l.* 10. *de Pign. & Hypoth.*

26. Poſt

26. Poſt hypothecarios ſuccedunt chirographarii, quos inter nulla temporis, ſed ſola privilegii habetur ratio. *l.* 32. *de Reb. auct. jud. l.* 7. §. *ult. Depoſ.*

27. Privilegio autem præ aliis in hoc ordine gaudent. (1. Fiſcus, quando non habet hypothecam. *Paul.* 5. *Recept. Sent. tit.* 12. §. 10. *l. C. de Privil. fiſc.* (2. Qui credidit in rem comparandam conſervandamque ſine conventione de pignore. *l.* 26. *l.* 34. *de Reb. auct. jud. poſſ.* (3. Jure veteri uxor & ſponſa in dote repetenda *l.* 74. *de Jur. dot. l.* 17. §. 1. *de Reb. auct. jud. poſſ.* (4. Deponens, reſpectu nummorum apud argentarium depoſitorum, ſi non amplius exſtent. *l.* 7. §. 2. *Depoſ.* (ubi per *depoſitarios* intelligendi ſunt ipſi *deponentes*: ut in *l.* 34. *de Reb. auct. jud. poſſ.*) *l.* 24. §. 2. *de Reb. auct. jud. poſſ.* Ceteri privilegiati concurrentes ſimul æquali jure inter ſe admittuntur. *l.* 32. *de Reb. auct. jud. poſſ.* Ita tamen, ut creditores chirographarii, quibus debetur ex cauſa onerosa, præferantur illis, quibus debetur ex cauſa lucrativa. *l.* 21. *de R. J. l.* 8. §. 11. *Quæ in fraud. cred. l.* 19. *l.* 49. *de Re judic. l. ult.* §. 5. *in fin. C. de Jur. delib.*

28. Atque hæc quidem chirographariorum privilegia, cum non afficiant bona debitorum, non habent locum, niſi contra creditores, qui debita nondum ſunt conſecuti. *l.* 6. §. 7. *l. pen. Quæ in fraud. cred. l.* 6. §. 2. *de Reb. auct. jud. poſſ.*

TIT. V.

De Diſtractione Pignorum & Hypothecarum.

Cod. 8. 28, 29, 30, 35.

1. Ad effectum pignorationis pertinet tum perſequutio, *l.* 17. *D. l.* 18. *C. de Pign.* tum diſtractio pignoris & hypothecæ. *t. t. D. & C. h.*

2. Ex Jure in re Pignoris, vel Hypothecæ competit actio hypothecaria in rem. §. 7. *I. de Act.* quæ, ad exemplum actionis perſonalis, ex contractu pignoris natæ, aliquando pignoratitia dicitur. *l.* 3. §. 3. *ad Exhib. l.* 7. §. 12. *Comm. divid. l.* 19. *de Except. rei jud. l.* 9. *in f. princ. Quib. mod. pign. l.* 13. *de Cond. ind. l.* 41. *de Pign. act. l.* 22. *de Pign. & Hyp.* Originem debet juri Prætorio, non autem juri Civili: vid. *l.* 17. §. 2. *de Pact.* Atque hæc vel *directa* eſt, vel *utilis. d.* §. 7.

3. Directa, *quæ, à Prætore Servio introducta, competit locatori prædii ruſtici, contra debitorem ſeu colonum, & quemcunque poſſeſſorem, ad perſequendas res coloni, penſionis & damni nomine expreſſè, vel fructus, etiam tacite pignori obligatos. d.* §. 7. *l.* 4. *l.* 7. *In quib. cauſ. pign.* Atque hæc proprie dicitur Serviana. Quanquam aliquando Servianæ appellatio, latius ſumta, utramque, tam utilem, quam directam, comprehendat. *l.* 3. *l.* 18. *de Pign. l.* 28. *de Pign. act. l. ult. C. de Obl. & act.* Rationem, quæ Prætorem movit, ut introduceret actionem Servianam, vid. apud *Noodt.* 2. *Obſ.* 8.

4. Utilis, *quæ, ad exemplum directæ, introdu-*

ducta competit cuilibet creditori, cui res quocunque modo pignori obligata eſt, contra quemvis poſſeſſorem, ut vel rem pignori obnoxiam reſtituat, vel debitum, pro quo obligata eſt, ſolvat. vide *d.* §. 7. *l.* 16. §. 3. *de Pign. l.* 12. §. *ult. Quib. mod. pign. l. un. C. Si unus ex plurib. heredib. cred.*

5. Hæc ſæpius hypothecaria, aliquando Serviana utilis, *l.* 1. *C. de Precar. & interd. Salv. l.* 1. *C. Comm. de Leg.* quandoque ſimpliciter Serviana, *d. l.* 3. 18. *de Pign.* rarius pignoratitia, *l.* 7. §. 12. *Comm. div.* & vindicatio pignoris, *l.* 16. §. 3. *de Pign. & Hyp.* dicitur.

6. In cæteris fere conveniunt; utraque enim eſt Prætoria; in utraque neceſſe eſt, ut actor, ſi contra debitorem experiatur, probet rem pignori hypothecæve obligatam. *l.* 23. *de Prob.* arg. *l.* 41. *de Pign. act.* ſi contra tertium poſſesſorem, amplius probandum, rem, tempore obligati pignoris, in bonis debitoris fuiſſe, vel, ſi hypotheca ſit generalis, ſaltem poſtea in dominium ejus perveniſſe. *l.* 3. *de Pign. & Hyp. l.* 15. §. 1. *eod. tit.*

7. In Serviana utili non refert, utrum pignus ſit tacitum, an expreſſum, generale an ſpeciale, voluntate partium, an a Lege conſtitutum, an a Magiſtratu. *l.* 15. *C. de Pign. l.* 20. *C. de Adm. tut. l.* 1. *l.* 2. *C. In quib. cauſ. l. un.* §. 1. *C. de Rei ux. l.* 1. *C. Comm. de Leg. l.* 2. *C. de Præt. pign. l.* 26. *de Pign. act.*

8. Dantur contra debitorem, & quemlibet pignoris poſſeſſorem. *l.* 12. *C. h.* jure Codicis, etiam antequam debitor ſit conventus. *l.* 10. *l.* 14. *l.* 24. *C. de Pign. & Hyp.* jure Novellarum, non niſi poſtquam actione perſonali actum eſt cum debitore, ejusque fidejuſſore. *Auth. Hoc ita ſi de-*

debitor. C. eod. Nov. 4. *c.* 2. *Nov.* 112. *c.* 1. *l. ult. & Auth. ſeq. C. de O. & A.* Niſi exploratum ſit, debitorem non eſſe ſolvendo, arg. *Auth. præſente. C. de Fidej.* arg. *l.* 6. *D. de Dol.* Ita tamen, ut creditor juſto poſſeſſori ſolventi actiones cedere cogatur. *l.* 19. *Qui pot. in pign.*

9. Dantur & ad fructus & acceſſiones. *l.* 1, §. 2. *l.* 16. *pr. &* §. 4. *de Pign.* ſive reus poſſideat, ſive dolo poſſidere deſierit. *d. l.* 16. §. 3. *l.* 131. *de R. J.* ut, ſi poſſideat, reſtituat, vel ſi nolit, in id quod intereſt condemnetur. *d. l.* 16. §. 3. *in f.* ſi dolo fecerit, quo minus poſſideat, ut in litem contra eum juretur. *d. l.* 16. *l.* 68. *de R. V.* ita tamen, ut aliqua ſit inter debitoris & extranei poſſeſſoris condemnationem differentia. v. *l.* 16. §. 6. *l.* 21. §. *ult. de Pign. & Hyp.*

10. Præſcribitur his actionibus ab extraneo bonæ fidei poſſeſſore 10. annis inter præſentes, 20. inter abſentes. *l.* 1. *l.* 2. *C. Si adv. cred. præſ. opp. l. ult. C. de O. & A.* Scilicet ſi res oppignorata ſit immobilis, nam ſi ſit mobilis, videtur his actionibus a bonæ fidei poſſeſſore præſcribi indiſtincte ſpatio triennii, arg. *pr. Inſt. de Uſuc. & l. pen.* §. 1. *C. de Uſur.* quia exſtincto jure in re, exſtinguitur actio in rem. Non obſtant *l.* 1. §. 2. *D. & l.* 7. *C. de Pign. & hypoth. l.* 44. §. 5. *de Uſurp. & Uſuc.* à malæ fidei poſſeſſore triginta annis. *l.* 7. *C. de Præſcr.* 30. *&* 40. *ann.* ab ipſo debitore, ejusque herede, hypothecam poſſidente, annis quadraginta. *l.* 7. §. 1. 2. *C. de Præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* Quo modo à creditore poſteriore præſcribatur priori, vide in *d. l.* 7. §. 2.

11. Si creditor pignus ſit nactus, & debitor vel non ſolvat, vel non integram ſummam, pot-

eſt

eſt creditor pignus diſtrahere. *l. 6. l. 9. C. h. l. 2. C. Debit. vendit. pign. imp. non poſſe.*

12. Alia autem eſt diſtractio pignoris Prætorii & judicialis, de quâ in *l. 15. de Re Jud. & in Tit. D. Ut in poſſ. leg. & fid. Tit. de Reb. auct. jud. poſſidend. ſeu vend. Tit. de Damn. inf.* Alia conventionalis;

13. Quæ facienda juſto modo & bonâ fide. *l. 9. C. h.* ita tamen, ut creditor, vel auctoritate Magiſtratus adhibita, ſi id ipſi ſederit, aut ita convenerit, vel privata auctoritate pignus vendere poſſit. *d. l. 9. l. 1. l. 2. C. Si vend. pign. ag.*

14. Modo (1. Debitor in mora ſolvendi ſit. *l. 7. l. 14. C. h.* (2. Eique denunciatio olim trina, *Paul. 2. Recept. Sent. Tit. 5. pr.* hodie etiam unica ſit facta, niſi id actum ſit, ne pignus veniret, *l. 4. de Pign. act. l. ult. §. 1. & 2. C. de Jur. Dom. Imp.* (3. Denunciatio fiat teſtatò, id eſt, ſolenniter, adhibitis teſtibus. *l. 4. C. h.* (4. Debitor vel integram ſolutionem, vel pro parte differat. *l. 4. l. 5. l. 6. l. 9. C. h. tit. l. ult. C. Debit. vend. pign. imp. non poſſe.* (5. Diſtractio fiat ſolenniter. *l. 9. C. h.* non tamen præciſe ſub haſta, vel in auctione. *l. 7. C. l. 1. l. 2. l. 3. C. Si vend. pign. ag.* arg. *l. 14. D. de Pign. act.* modo venditio proſcribatur, ſeu celeberrimis civitatis locis ſignificetur. *d. l. 4. C. h.* (6. Bona fides obſervetur, nec res nimis vili pretio projiciatur. *d. l. 9. d. l. 14. l. 50. de Evict. l. 3. C. Si vend. pign. ag. l. 22. §. ult. de Pign. act. t. C. Si adv. vend. pign.* Non tamen neceſſe eſt, ut ſemper paratâ pecuniâ fiat diſtractio, arg. *l. 24. §. 2. de Pign. act.* junct. *l. 9. h. l. 68. de Evictión.* (7. Superfluum ex pretio debitori reſtituatur. *d. l. 24. §. 2. l. 21. §. ult. de Pign. & Hyp. l. 6. §. 1. de Pign. act.*

(8. Ne

& venditi pignoris effectus, noviſſima Conſtitutione aliquo modo coërcuit Juſtinianus in *l. ult. C. de Jur. Dom. impetr.* Cujus ſumma hæc eſt, ut, ſi dè modo & tempore diſtractionis nihil convenerit, creditori, non niſi poſt bennium, ex quo denunciatio facta, vel ſententia lata eſt, fas ſit pignus vendere. Quod ſi pignus venale propoſitum emptorem non inveniat, ut debitorem moneat, ut intra certum tempus pignus luat, aut, ſi debitor non appareat, non apparenti tempus per judicem præſcribi curet; intra quod ſi ſe non ſiſtat, nec debito pareat, ut poſſit à Principe impetrare facultatem pro domino poſſidendi. v. *& l. 24. de Pign. act. l. ult. C. Si in cauſâ judic. l. 15. §. 3. de Re jud. l. 63. §. ult. de A. R. D.* quâ impetratâ, adhuc integrum biennium exſpectandum, ut interim debitor ſolutione ſortis, & ejus, quod creditoris intereſt, pignus luere poſſit: quo tempore, ſine ſolutione, lapſo, creditor juſtum pignoris dominium conſequitur. *d. l. f.* Ratio eſt, quia ſolius Legis & Principis eſt, aliquem facere Dominum, ſive alicui jus dominii tribuere.

TIT. VI.

Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur. Cod. 8. 26 & 31.

1. Solvitur pignus exſtinctâ obligatione principali. v. *l. 129. §. 1. l. 178. de Reg. Jur.* ſive per ſolutionem aut aliam ſatisfactionem, *l. 5. l 6. h. l. 9. §. 3. de Pign. act. t. C. de Luit. pign.* ſive per oblationem & depoſitionem, ſcilicet cum obſignatione conjunctam, & opportuno

loco

loco & tempore factam. *l. ult. C. de Pign. act. l.* 3. *C. de Luit. pign. l.* 1. *C. Qui pot. in pign. l.* 6. *l.* 9. *l.* 19. *C. de Uſur. l.* 30. *de Solut. l.* 43. *eod.* ſive per donationem, *l.* 1. §. 1. *b.* junct. *l.* 18. *Quæ in fr. cred.* aut remiſſionem, *t. C. de Remiſſ.* ſive per compenſationem, confuſionem, acceptilationem, *d. l.* 9. §. 3. *l.* 11. §. 2. *de Pign. act.* ſive per voluntariam novationem; niſi conventum ſit, ut pignus prioris obligationis accedat obligationi novatæ. *d. l.* 11. *pr.* & §. 1. *de Pign. act. l.* 1. §. *ult. l.* 18. *de Novat.*

2. Infirmatâ obligatione principali per exceptionem pacti de non petendo, chirographi redditi, *l.* 5. *b. l.* 7. *C. de Remiſſ. pign.* rei judicatæ, aut ſimilem. *l.* 13. *b.*

3. Expreſſâ vel tacitâ remiſſione ipſius pignoris. *l.* 3. *l.* 5. §. 2. *l.* 7. §. 2. *l.* 8. §. 1. & 2. 3. *D. b. l.* 3. *D. de Pact. l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *C. de Remiſſ. pign.* Adeo ut hypotheca, nudo pacto conſtituta, contrario pacto, etiam ipſo jure, reſolvatur. *l.* 1. *l.* 9. §. 3. *de Pign. act. l.* 4. *de Pign. & hyp.* junct. *l.* 23. *C. eod. tit. l.* 35. *de Reg. Jur.* Ratio eſt, (1. quia omnes obligationes ſolo conſenſu perfectæ contrario conſenſu ipſo jure diſſolvantur. *d. l.* 35. *de R. J.* §. *ult. Inſt. Quib. mod. toll. obl.* (2. Quia nudum pactum ſufficit ad debitorem obligandum & hypothecam conſtituendam, adeoque multo magis ſufficere debet ad debitorem liberandum. *l.* 47. *de O. & A. l.* 125. *de Pact.* Non obſtat *l.* 17. §. 2. *de Pact.* vid. *Noodt.* 2. *Probab.* 8.

4. Conſenſu creditoris in alienationem pignoris. *d. l.* 2. *C. l.* 4. §. *ult. l.* 7. *l.* 8. §. 11. 15. *l.* 10. *b. l.* 158. *de R. J.* modo alienatio, in quam creditor conſenſit, vere ſubſe-

& l. 2. de Reb. eor. qui ſub. tut. junct. *l.* 48. *de Pact.* arg. *l.* 7. *C. h.*

22. (5. Si creditor hypothecarius priori, ſive privilegiato, ſive ſimplici, debitum offerat, & eo accipere nolente, obſignatum deponat. *l.* 1. *C. h. l.* 22. *C. de Pign. & Hyp. l.* 12 §. 6. *h. l. ult. C. de His qui in prior. cred. loc.* Quo caſu tertius, in locum prioris ſuccedens, præfertur ſecundo. *dd. ll. l.* 3. §. 1. *l.* 9. §. 3. *h.* Quale jus extraneus vel chirographarius creditor non aliter habet, quam ſi id pacto & ceſſione ſit conſecutus. *d. l.* 12. §. 8. *l.* 21. *C. de Pign.* Quamobrem qui, pro fiſci debitore, fiſco ſolvit, non ſuccedit in locum & privilegium fiſci, niſi id in eum expreſſe fuerit translatum. *l. ult. C. de privil. fiſc.* quo ſenſu intelligi poteſt & debet *l.* 2. *C. de His, qui in prior. cred. loc. ſucced.*

23. Quanquam privilegium, competens in actionibus perſonalibus tacite & ſine ceſſione transmittitur in ſolventem, qui ſenſus eſt *l.* 2. *de Ceſſ. bon. l.* 24. §. *ult. l.* 17. *de Reb. auct. jud.*

24. Sed & creditor poſterior revocare poteſt pignus; & in prioris locum ſuccedere, ſi creditori priori, pignus à debitore in ſolutum accipienti, debitum offerat. *l.* 1. *C. Si antiq. cred. pign.* non item ſi pignus à priore alteri rite venditum ſit. *l.* 2. *l.* 3. *C. eod. tit.*

25. Quod ſi res eadem eodem tempore pluribus creditoribus ſit obligata, pari jure ad diviſionem pignoris admittuntur. *l.* 7. *pr. &* §. 1. *h. l.* 16. §. 8. *de Pign.* niſi alter poſſideat: nam ut alibi, ita hic quoque, in pari cauſâ melior eſt conditio poſſidentis. *l.* 9. §. 4. *de Act. Publ. l.* 126. §. *ult. l.* 128. *de R. J. l.* 10. *de Pign. & Hypoth.*

26. Poſt

26. Poſt hypothecarios ſuccedunt chirographarii, quos inter nulla temporis, ſed ſola privilegii habetur ratio. *l.* 32. *de Reb. auct. jud. l.* 7. §. *ult. Depoſ.*

27. Privilegio autem præ aliis in hoc ordine gaudent. (1. Fiſcus, quando non habet hypothecam. *Paul.* 5. *Recept. Sent. tit.* 12. §. 10. *t. C. de Privil. fiſc.* (2. Qui credidit in rem comparandam conſervandamque ſine conventione de pignore. *l.* 26. *l.* 34. *de Reb. auct. jud. poſſ.* (3. Jure veteri uxor & ſponſa in dote repetenda *l.* 74. *de Jur. dot. l.* 17. §. 1. *de Reb. auct. jud. poſſ.* (4. Deponens, reſpectu nummorum apud argentarium depoſitorum, ſi non amplius exſtent. *l.* 7. §. 2. *Depoſ.* (ubi per *depoſitarios* intelligendi ſunt ipſi *deponentes:* ut in *l.* 34. *de Reb. auct. jud. poſſ.*) *l.* 24. §. 2. *de Reb. auct. jud. poſſ.* Ceteri privilegiati concurrentes ſimul æquali jure inter ſe admittuntur. *l.* 32. *de Reb. auct. jud. poſſ.* Ita tamen, ut creditores chirographarii, quibus debetur ex cauſa oneroſa, præferantur illis, quibus debetur ex cauſa lucrativa. *l.* 21. *de R. J. l.* 8. §. 11. *Quæ in fraud. cred. l.* 19. *l.* 49. *de Re judic. l. ult.* §. 5. *in fin. C. de Jur. delib.*

28. Atque hæc quidem chirographariorum privilegia, cum non afficiant bona debitorum, non habent locum, niſi contra creditores, qui debita nondum ſunt conſecuti. *l.* 6. §. 7. *l. pen. Quæ in fraud. cred. l.* 6. §. 2. *de Reb. auct. jud. poſſ.*

TIT. V.

De Diſtractione Pignorum & Hypothecarum.
Cod. 8. 28, 29, 30, 35.

1. Ad effectum pignorationis pertinet tum perſequutio, *l.* 17. *D. l.* 18. *C. de Pign.* tum diſtractio pignoris & hypothecæ. *t. t. D. & C. h.*

2. Ex Jure in re Pignoris, vel Hypothecæ competit actio hypothecaria in rem. §. 7. *I. de Act.* quæ, ad exemplum actionis perſonalis, ex contractu pignoris natæ, aliquando pignoratitia dicitur. *l.* 3. §. 3. *ad Exhib. l.* 7. §. 12. *Comm. divid. l.* 19. *de Except. rei jud. l.* 9. *in f. princ. Quib. mod. pign. l.* 13. *de Cond. ind. l.* 41. *de Pign. act. l.* 22. *de Pign. & Hyp.* Originem debet juri Prætorio, non autem juri Civili: vid. *l.* 17. §. 2. *de Pact.* Atque hæc vel *directa* eſt, vel *utilis. d.* §. 7.

3. Directa, *quæ, à Prætore Servio introducta, competit locatori prædii ruſtici, contra debitorem ſeu colonum, & quemcunque poſſeſſorem, ad perſequendas res coloni, penſionis & damni nomine expreſſe, vel fructus, etiam tacite pignori obligatos. d.* §. 7. *l.* 4. *l.* 7. *In quib. cauſ. pign.* Atque hæc proprie dicitur Serviana. Quanquam aliquando Servianæ appellatio, latius ſumta, utramque, tam utilem, quam directam, comprehendat. *l.* 3. *l.* 18. *de Pign. l.* 28. *de Pign. act. l. ult. C. de Obl. & act.* Rationem, quæ Prætorem movit, ut introduceret actionem Servianam, vid. apud *Noodt.* 2. *Obſ.* 8.

4. Utilis, *quæ, ad exemplum directæ, introdu-*

ducta competit cuilibet creditori, cui res quocunque modo pignori obligata eſt, contra quemvis poſſeſſorem, ut vel rem pignori obnoxiam reſtituat, vel debitum, pro quo obligata eſt, ſolvat. vide *d.* §. 7. *l.* 16. §. 3. *de Pign. l.* 12. §. *ult. Quib. mod. pign. l. un. C. Si unus ex plurib. heredib. cred.*

5. Hæc ſæpius hypothecaria, aliquando Serviana utilis, *l.* 1. *C. de Precar. & interd. Salv. l.* 1. *C. Comm. de Leg.* quandoque ſimpliciter Serviana, *d. l.* 3. 18. *de Pign.* rarius pignoratitia, *l.* 7. §. 12. *Comm. div.* & vindicatio pignoris, *l.* 16. §. 3. *de Pign. & Hyp.* dicitur.

6. In cæteris fere conveniunt; utraque enim eſt Prætoria; in utrâque neceſſe eſt, ut actor, ſi contra debitorem experiatur, probet rem pignori hypothecæve obligatam. *l.* 23. *de Prob.* arg. *l.* 41. *de Pign. act.* ſi contra tertium poſſesſorem, amplius probandum, rem, tempore obligati pignoris, in bonis debitoris fuiſſe, vel, ſi hypotheca ſit generalis, ſaltem poſtea in dominium ejus perveniſſe. *l.* 3. *de Pign. & Hyp. l.* 15. §. 1. *eod. tit.*

7. In Serviana utili non refert, utrum pignus ſit tacitum, an expreſſum, generale an ſpeciale, voluntate partium, an a Lege conſtitutum, an a Magiſtratu. *l.* 15. *C. de Pign. l.* 20. *C. de Adm. tut. l.* 1. *l.* 2. *C. In quib. cauſ. l. un.* §. 1. *C. de Rei ux. l.* 1. *C. Comm. de Leg. l.* 2. *C. de Præt. pign. l.* 26. *de Pign. act.*

8. Dantur contra debitorem, & quemlibet pignoris poſſeſſorem. *l.* 12. *C. h.* jure Codicis, etiam antequam debitor ſit conventus. *l.* 10. *l.* 14. *l.* 24. *C. de Pign. & Hyp.* jure Novellarum, non niſi poſtquam actione perſonali actum eſt cum debitore, ejusque fidejuſſore. *Auth. Hoc ita ſi*

de-

debitor. C. eod. Nov. 4. *c.*2. *Nov.* 112. *c.* 1. *l. ult. & Auth. ſeq. C. de O. & A.* Niſi exploratum ſit ; debitorem non eſſe ſolvendo, arg. *Auth. præſente. C. de Fidej.* arg. *l.* 6. *D. de Dol.* Ita tamen, ut creditor juſto poſſeſſori ſolventi actiones cedere cogatur. *l.* 19. *Qui pot. in pign.*

9. Dantur & ad fructus & acceſſiones. *l.* 1, §. 2. *l.* 16. *pr. &* §. 4. *de Pign.* ſive reus poſſideat, ſive dolo poſſidere deſierit. *d. l.* 16. §. 3. *l.* 131. *de R. J.* ut, ſi poſſideat, reſtituat, vel ſi nolit, in id quod intereſt condemnetur. *d. l.* 16. §. 3. *in f.* ſi dolo fecerit, quo minus poſſideat, ut in litem contra eum juretur. *d. l.* 16. *l.* 68. *de R. V.* ita tamen, ut aliqua ſit inter debitoris & extranei poſſeſſoris condemnationem differentia. v. *l.* 16. §. 6. *l.* 21. §. *ult. de Pign. & Hyp.*

10. Præſcribitur his actionibus ab extraneo bonæ fidei poſſeſſore 10. annis inter præſentes, 20. inter abſentes. *l.* 1. *l.* 2. *C. Si adv. cred. præſ. opp. l. ult. C. de O. & A.* Scilicet ſi res oppignorata ſit immobilis, nam ſi ſit mobilis, videtur his actionibus a bonæ fidei poſſeſſore præſcribi indiſtincte ſpatio triennii, arg. *pr. Inſt. de Uſuc. & l. pen.* §. 1. *C. de Uſur.* quia exſtincto jure in re, exſtinguitur actio in rem. Non obſtant *l.* 1. §. 2. *D. & l.* 7. *C. de Pign. & hypoth. l.* 44. §. 5. *de Uſurp. & Uſuc.* à malæ fidei poſſeſſore triginta annis. *l.* 7. *C. de Præſcr.* 30. *&* 40. *ann.* ab ipſo debitore, ejusque herede, hypothecam poſſidente, annis quadraginta. *l.* 7. §. 1. 2. *C. de Præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* Quo modo à creditore poſteriore præſcribatur priori, vide in *d. l.* 7. §. 2.

11. Si creditor pignus ſit nactus, & debitor vel non ſolvat, vel non integram ſummam, pot-

eſt creditor pignus diſtrahere. *l. 6. l. 9. C. h. l. 2. C. Debit. vendit. pign. imp. non poſſe.*

12. Alia autem eſt diſtractio pignoris Prætorii & judicialis, de quâ in *l. 15. de Re Jud. & in Tit. D. Ut in poſſ. leg. & fid. Tit. de Reb. auct. jud. poſſidend. ſeu vend. Tit. de Damn. inf.* Alia conventionalis;

13. Quæ facienda juſto modo & bonâ fide. *l. 9. C. h.* ita tamen, ut creditor, vel auctoritate Magiſtratus adhibita, ſi id ipſi ſederit, aut ita convenerit, vel privata auctoritate pignus vendere poſſit. *d. l. 9. l. 1. l. 2. C. Si vend. pign. ag.*

14. Modo (1. Debitor in mora ſolvendi ſit. *l. 7. l. 14. C. h.* (2. Eique denunciatio olim trina, *Paul. 2. Recept. Sent. Tit. 5. pr.* hodie etiam unica ſit facta, niſi id actum ſit, ne pignus veniret, *l. 4. de Pign. act. l. ult. §. 1. & 2. C. de Jur. Dom. Imp.* (3. Denunciatio fiat teſtatò, id eſt, ſolenniter, adhibitis teſtibus. *l. 4. C. h.* (4. Debitor vel integram ſolutionem, vel pro parte differat. *l. 4. l. 5. l. 6. l. 9. C. h. tit. l. ult. C. Debit. vend. pign. imp. non poſſe.* (5. Diſtractio fiat ſolenniter. *l. 9. C. h.* non tamen præciſe ſub haſta, vel in auctione. *l. 7. C. l. 1. l. 2. l. 3. C. Si vend. pign. ag.* arg. *l. 14. D. de Pign. act.* modo venditio proſcribatur, ſeu celeberrimis civitatis locis ſignificetur. *d. l. 4. C. h.* (6. Bona fides obſervetur, nec res nimis vili pretio projiciatur. *d. l. 9. d. l. 14. l. 50. de Evict. l. 3. C. Si vend. pign. ag. l. 22. §. ult. de Pign. act. 1. C. Si adv. vend. pign.* Non tamen neceſſe eſt, ut ſemper paratâ pecuniâ fiat diſtractio, arg. *l. 24. §. 2. de Pign. act.* junct. *l. 9. h. l. 68. de Evictiōn.* (7. Superfluum ex pretio debitori reſtituatur. *d. l. 24. §. 2. l. 21. §. ult. de Pign. & Hyp. l. 6. §. 1. de Pign. act.*

(8. Ne

(8. Ne creditor ipſe, vel per ſe, vel per alium, emat, & ut omnis abſit colluſio. *l.* 10. *C. h.* niſi debitor ipſe, aut Magiſtratus diſtrahat. *d. l.* 10. *l.* 2. *C. Si in cauſ. judic. pign. l.* 16. *de Reb. auct. jud.* (9. Ut juſtus ordo in diſtractione rerum plurium obſervetur, hypotheca ſpecialis ante generalem, res quæ ſervando ſervari non poſſunt, ante eas; quæ ſunt ætati ferendæ, vendantur. *l.* 15. §. 2. *de Re jud. l.* 2. *C. de Pign. l.* 9. *C. h.* (10. Diſtractio fiat ad præſcriptum pactorum conventorum: nam qui aliter vendit, furti obligatur. *l.* 73. *de Furt. l.* 4 *D. de Pign. act.*

15. Adeoque neglectæ hujus formæ & ſolennitatis pœna eſt, non quod venditio ſit irrita, ſed quod debitori contra creditorem hoc nomine detur actio. *l.* 4. *l.* 7. *C. h.* Niſi (1. Creditor non habuerit jus vendendi, quo caſu nulla eſt venditio, niſi res jam uſucapta ſit. *l.* 2. *C. Si vend. pign. ag.* Niſi (2. Creditor, habens jus vendendi, non ſolvendo, & emptor fraudis conſcius ſit. *l.* 1. *l.* 3. *C. Si vend. pign. ag.* Quo caſu etiam emptor tenetur ad rem dolo emptam cum fructibus reſtituendam, recepto cum uſuris pretio. *d. l.* 1. v. *l.* 65. *de R. V.*

16. Quod ſi propter publicas penſitationes, ſeu tributa, bona debitoris, ſolenniter ſincerâque fide ſub haſtâ vendita ſint, diſtractio reſcindi nequit, etſi dominus poſtea pretium offerat, vel creditor in re vendita jus hypothecæ habeat: ſed minus juſto pretio, vel aliter contra jus facta venditio, irrita eſt. *t. t. C. Si propter public. penſitat. vendit. fuer. celebr.*

17. Denique effectus diſtractionis, rite & legitimè factæ, eſt, quod dominium transferatur in Emptorem. §. 2. *I. Quib. alien. l.* 46. *de A. R. D.*

R. D. adeo ut nec debitori, nec creditori poſteriori integrum ſit, ſemel factam diſtractionem oblato pretio revocare. *l.* 18. *C. h. l.* 1. *l.* 2. *l. ult. C. Si antiq. cred. pign. vendid.*

18. Niſi (1. Res à priore creditore vendita ſit poſteriori. *l.* 5. §. 1. *l.* 6. *D. h.* (2. Fidejuſſor debitoris emerit pignus. *l.* 59. §. 1. *Mand.* (ubi pro *ablato*: leg. *oblato.*) *d. l.* 5. §. 1. *l.* 1. *C. de Dol. mal.* (3. Creditor in diſtractione pactus ſit, ut pignus venditum debitori, intra certum tempus pretium offerenti, reſtituatur. *l.* 7. §. 1. *h. l.* 13. *de Pign. act.* (4. Debitor ſit pupillus, minor, aut Reip. cauſâ abſens. *d. l.* 7. §. 1.

19. Creditor tamen non obligatur ad præſtandam evictionem, ſi res aliena pignori data, & ab ipſo diſtracta, a domino evincatur. *l.* 50. *de Evict. t. C. Credit. evict. pign. non deb.* quo caſu conſulitur emtori vel utili actione empti contra debitorem, licet ipſe non vendiderit, *l.* 4. *C. de Evict.* (Ratio eſt in *l.* 13. *C. eod.*) vel contrariâ pignoratitiâ, emptori à creditore cedendâ. *l. pen. h. l.* 38. *de Evict.* Hæc tamen Regula fallit. (1. Si creditor ſe obligaverit ad præſtationem evictionis. *l.* 22. §. *ult. de Pign. act. l.* 2. *C. Cred. evict. pign. non deb.* (2. Si creditor non jure creditoris, ſed tanquam dominus pignus vendiderit, quaſi rem ſuam. *l.* 29. §. 4. *Mand. l.* 11. §. 16. *de Act. emt.* (3. Si creditor ſciens dolo malo rem alienam, ſibi a non domino pignoratam, diſtraxerit. *d. l.* 11. §. 16. & *d. l.* 2. *C.* (4. Si creditor ex alia cauſa ejuſdem rei quæſtionem movere velit. *l.* 10. *h. t.* tunc enim ei obſtat exceptio rei venditæ & traditæ. *tit. D. de Except. rei vend. & trad. th.* 5.

20. Hanc liberiorem diſtrahendi licentiam, &

& venditi pignoris effectus, noviſſima Conſtitutione aliquo modo coërcuit Juſtinianus in *l. ult. C. de Jur. Dom. impetr.* Cujus ſumma hæc eſt, ut, ſi dè modo & tempore diſtractionis nihil convenerit, creditori, non niſi poſt bennium, ex quo denunciatio facta, vel ſententia lata eſt, fas ſit pignus vendere. Quod ſi pignus venale propoſitum emptorem non inveniat, ut debitorem moneat, ut intra certum tempus pignus luat, aut, ſi debitor non appareat, non apparenti tempus per judicem præſcribi curet; intra quod ſi ſe non ſiſtat, nec debito pareat, ut poſſit à Principe impetrare facultatem pro domino poſſidendi. v. *& l. 24. de Pign. act. l. ult. C. Si in cauſâ judic. l. 15. §. 3. de Re jud. l. 63. §. ult. de A. R. D.* quâ impetratâ, adhuc integrum biennium exſpectandum, ut interim debitor ſolutione ſortis, & ejus, quod creditoris intereſt, pignus luere poſſit: quo tempore, ſine ſolutione, lapſo, creditor juſtum pignoris dominium conſequitur. *d. l. f.* Ratio eſt, quia ſolius Legis & Principis eſt, aliquem facere Dominum, ſive alicui jus dominii tribuere.

TIT. VI.

Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur. *Cod.* 8. 26 & 31.

1. Solvitur pignus exſtinctâ obligatione principali. v. *l. 129. §. 1. l. 178. de Reg. Jur.* ſive per ſolutionem aut aliam ſatisfactionem, *l. 5. l. 6. h. l. 9. §. 3. de Pign. act. t. C. de Luit. pign.* ſive per oblationem & depoſitionem, ſcilicet cum obſignatione conjunctam, & opportuno loco

loco & tempore factam. *l. ult. C. de Pign. act. l.* 3. *C. de Luit. pign. l.* 1. *C. Qui pot. in pign. l.* 6. *l.* 9. *l.* 19. *C. de Uſur. l.* 30. *de Solut. l.* 43. *eod.* ſive per donationem, *l.* 1. §. 1. *b.* junct. *l.* 18. *Quæ in fr. cred.* aut remiſſionem, *t. C. de Remiſſ.* ſive per compenſationem, confuſionem, acceptilationem, *d. l.* 9. §. 3. *l.* 11. §. 2. *de Pign. act.* ſive per voluntariam novationem; niſi conventum ſit, ut pignus prioris obligationis accedat obligationi novatæ. *d. l.* 11. *pr.* & §. 1. *de Pign. act. l.* 1. §. *ult. l.* 18. *de Novat.*

2. Infirmatâ obligatione principali per exceptionem pacti de non petendo, chirographi redditi, *l.* 5. *b. l.* 7. *C. de Remiſſ. pign.* rei judicatæ, aut ſimilem. *l.* 13. *b.*

3. Expreſſâ vel tacitâ remiſſione ipſius pignoris. *l.* 3. *l.* 5. §. 2. *l.* 7. §. 2. *l.* 8. §. 1. & 2. 3. *D. b. l.* 3. *D. de Pact. l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *C. de Remiſſ. pign.* Adeo ut hypotheca, nudo pacto conſtituta, contrario pacto, etiam ipſo jure, reſolvatur. *l.* 1. *l.* 9. §. 3. *de Pign. act. l.* 4. *de Pign. & hyp.* junct. *l.* 23. *C. eod. tit. l.* 35. *de Reg. Jur.* Ratio eſt, (1. quia omnes obligationes ſolo conſenſu perfectæ contrario conſenſu ipſo jure diſſolvantur. *d. l.* 35. *de R. J.* §. *ult. Inſt. Quib. mod. toll. obl.* (2. Quia nudum pactum ſufficit ad debitorem obligandum & hypothecam conſtituendam, adeoque multo magis ſufficere debet ad debitorem liberandum. *l.* 47. *de O. & A. l.* 125. *de Pact.* Non obſtat *l.* 17. §. 2. *de Pact.* vid. *Noodt.* 2. *Probab.* 8.

4. Conſenſu creditoris in alienationem pignoris. *d. l.* 2. *C. l.* 4. §. *ult. l.* 7. *l.* 8. §. 11. 15. *l.* 10. *b. l.* 158. *de R. J.* modo alienatio, in quam creditor conſenſit, vere ſubſe-

quatur. v. *l.* 8. §. 6. 11. 12. 16. 17. 18. *h.*

5. Ad quem conſenſum probandum non ſufficit ſola ſcientia creditoris. *l.* 8. §. 15. *h. l. ult. C. de Remiſſ. pign.* Niſi (1 publico programmate, aut (2 fiſcalis haſtæ ſolennitate admonitus tacuerit, atque ita ſilentio diſtractionem quaſi probaverit. *l.* 6. *l.* 8. *C. h.* aut (3. creditor ſciverit, ſervum pignoratum manumitti. *l.* 1. *C. de Remiſſ. pign.* vel (4. creditor dolo malo tacuerit, in fraudem emtoris, arg. *l.* 5. *C. ad SC. Vell.*

6. (5. Si creditor factus ſit dominus pignoris. *l.* 9. *h. l.* 45. *de R. J. l.* 29. *de Pign. act.*

7. (6. Soluto jure dantis, qui non plenum, ſed temporarium in re pignorata jus habebat, cujus jure exſtincto, ipſo jure ſolvitur pignus. vide *l.* 31. *de Pign. l.* 15. *Qui pot. l.* 13. §. 1. 2. *de Pign. & hyp. l.* 3. §. 3. *C. Comm. de Legat. l.* 40. §. *ult. de Pign. act. l.* 1. *l.* 2. *C. Si pign. dat. l.* 4. §. 3. *de Addict. in diem.* Aliud juris eſt reſciſsâ ex *l.* 2. *C. de Reſc. vend.* venditione rei diſtractæ, ab emtore oppignoratæ. v. ſupra *Tit. de Reſc. Vend. th.* 19.

8. (7. Totius rei interitu. *l.* 8. *h.* non partis. *l.* 16. §. 2. *l.* 29. §. 2. *de Pign. & Hyp. l.* 21. *de Pign. act.*

9. Adeo ut domus combuſta, à debitore inſtaurata, etiam ſine reſtitutione impenſarum, iterum obligetur. *l. ult. D. de Pign. & Hyp.* à tertio autem bonæ fidei poſſeſſore reſtituta, non niſi refuſis impenſis *l.* 29. §. 2. *eod.* niſi impenſæ, in reparationem factæ, adeo ſint modicæ, ut cum uſu rei compenſentur. *l.* 44. §. 1. *de Damn. inf.* arg. *l.* 18. §. 2. *Commod.*

10. Mutatio rei non ſolvit nexum pignoris. *d. l.* 21. *de Pign. act. d. l.* 16. §. 2. *d. l.* 29. §. 2.

niſi

niſi res plane incidat in novam ſpeciem. *l.* 18. §. *pen. de Pign. act.*

11. (8. Tempore pignori adjecto elapſo. *l.* 6. *pr. h. t.*

12. (9. Præſcriptione & uſucapione. *l.* 12. *D. de Diverſ. temp. præſcr. l.* 7. *C. de Præſcr.* 30 *vel* 40. *ann.* v. ſupra *Tit. de Diſtr. Pign. th.* 10.

13. (10. Si creditor ex pignore perceperit fructus, debiti quantitatem æquantes, vel excedentes. *l.* 1. *l.* 2. *C. de Pign. act.*

14. Minus recte inter modos ſolvendi pignus refertur conſenſus creditoris, quo patitur, rem, ſibi obligatam, alteri pignorari: quia hæc patientia non tam pignus, quam prærogativam tollit in pignore. *l.* 9. §. 1. *l.* 12. *h. l.* 12. §. 4. *Qui pot.*

15. Sed nec oblato alio pignore, licet æque vel magis idoneo, pignus, invito creditore, ſolvitur. *l.* 6. §. 1. *h. t.* arg. *l.* 45. §. 2. *Mand.* niſi ex neceſſitate aliud ejusdem pretii pro alio præſtetur, cum res ipſa præſtari non poſſit, arg. *l.* 9. *Loc.* nec pignus legale ſolvitur per conventionale expreſſum, arg. *l.* 6. §. *ult. h.* niſi pignus legale in ſubſidium ſit conceſſum & ſub conditione, ſi deſit conventionale. *l. ult. C. de Pact. conv.*

16. Quod ſi debitor, rem à ſe Titio obligatam, à tertio poſſeſſore vindicans, causâ cadat, exceptio rei judicatæ creditori, hypothecariâ agenti, non obſtat, nec pignus ſolvitur. v. *l.* 3. *de Pign. & hyp.* junct. *l.* 50. *de Legat.* 1. *l.* 63. *de Re Jud.*

17. Licet, ſolutò debito, exſtinguatur jus pignoris, poteſt tamen creditor rem pignoratam, pro debito chirographario, contra ipſum debitorem (non contra alium creditorem hypothe-

carium) pignus repetentem, retinere. *l. un. C. Etiam ob chirogr.*

18. Etiam, ut videtur, pro uſuris debitis, licet pro illis pignus non ſit obligatum, arg. *d. l. un.* olim non niſi pignus, ſaltem nudo pacto, pro uſuris eſſet devinctum. *l.* 11. §. 3. *de Pign. act. l.* 13. §. *ult. de Pignor. l.* 4. *l.* 22. *C. de Uſur.* Diſſ. alii. Vid. *Huber. prælect. ad h. t.*

DIGESTORUM

LIBER XXI.

TIT. I.

De Ædilitio Edicto. *Cod.* 4. 58.

1. Ædiles ſic dicti ſunt ab ædium cura, ſive quod ædes ſacras, privatasque, ad Urbem pertinentes, curarent, & ſartas tectas conſervarent, ſive quod ædibus præeſſent, in quibus omnia ſua ſcita plebs deferebat. v. Feſt. in *Ædilis*, & Pomp. in *l.* 2. §. 21. & 26. *de O. J.*

2. Hi triplicis erant conditionis. *d. l.* 2. §. 21. 26. & 32. vide *Lipſ. de Magiſtratib. Rom. c.* 12. & 13.

3. Horum omnium officium conſiſtebat in tuenda Urbe à deformitate, ruinis, & incendiis, in curandis ludis, funeribusque. *l.* 12. *l.* 13. *de Peric. & Comm. l. un. D. de Via publ. Cic.* 3. *de Legib. c.* 5. *Sueton. in Cæſ. c.* 10. inprimis autem in explorandis rebus venalibus, ut frumento, pecudibus, ſervis, definiendisque menſuris, at-

que

que id genus aliis ad forum & mercaturam pertinentibus. *l. 12. de Peric. & Commod. l. 13. §. 8. Loc. cond. l. 12. de Decurion. Plaut. Rud.* 2. 3. 43. *Perſ. Sat* 1. *v.* 130. *Juven. Sat.* 10. *v.* 101. *Gell.* 4. *c.* 2. Quare & jus his de rebus dicebant. *Dio Caſſ. lib.* 53. *in pr.* & mulctas imponebant. *d. l. un. de Via publ.* & Edicta concipiebant. §. 7. *I. de Jur. Nat. G. & Civ. Plaut. Capt.* 4: 2. 43.

4. Uti plura haud dubie hujusmodi Edicta fuere, ita unum hic titulus reliquum nobis fecit, cujus tria ſunt capita. I. De ſervis venditis, eorumque ſanitate, fugâ & furtis. *l.* 1. §. 1. *b.* II. De jumentis & pecoribus venditis, eorumque vitiis & morbis. *l.* 1. *l.* 38. *pr.* & §. 1. 4. 5. 6. *b. l.* 89. *de V. S.* III. De animali noxio, quod, qua vulgò iter fit, habetur. *l.* 40. & *ſeq. b.*

5. Primo & ſecundo capite cavetur, ut Venditor moneat Emtorem, ſi quid taciti vitiì morbive animalibus, ſervis, aliisve quibuslibet rebus ſubeſſet, vel emtores ſtipulari poſſent, nihil vitii morbive ſubeſſe *a, l.* 1. *pr.* & §. 1. *l.* 49. *l.* 63. *b. l.* 31. *l.* 32. *de Evict. Cic.* 3. *Officior. c.* 14. & 16. *Val. Max.* 8. *c.* 2. Moneri etiam debebat: emtor de natione ſervi. *l.* 31. §. 21. *b. t.*

6. Quod ſi vitium morbusve ſubſit, datur emtori vel actio Redhibitoria, vel Quanti minoris, ſive Æſtimatoria, vel Actio in factum, vel Actio emti. *l.* 19. §. 2. *b. l.* 11. §. 3. *l.* 13. *de Act. emt.*

7. Actio Redhibitoria (à redhibendo, id eſt, reddendo, ſic dicta. v. *l.* 21. *b.*) eſt *perſonalis, competens emtori, contra venditorem, ut rem tali vitio, quod ſi ſciviſſet, emturus non fuiſſet, affectum, cum fructibus & omnibus acceſſionibus oblatam, reſtituto pretio cum uſuris, omnique eo*

quod emtionis cauſa erogatum eſt, recipiat. l. 31. §. 19. *l.* 29. §. 2. 3. *l.* 27. *h.* aliquando etiam ut venditor intereſſe præſtet, ſi rem vitioſam ſciens vendiderit. *l.* 13. *de Act. emt. l.* 1. *C. h. t.*

8. Regulariter intra ſex menſes utiles, a die contractus computandos. *l.* 19. §. *ult. l.* 20. *l.* 55. *D. l.* 2. *C. h. t.* niſi aliter convenerit. *l.* 31. §. 22. *h.* Aliquando tantum intra duos menſes, ſi vel vitium ſit in acceſſionibus, *l.* 38. *h.* vel venditor de illis, quæ hoc Edicto continentur, non caverit. *l.* 28. *h. t.*

9. Cæterum hæc actio, licet ſuâ naturâ ſit bonæ fidei, ob contumaciam quodammodo ſit arbitraria, & venditor, qui neque pretium, neque acceſſiones reſtituit, neque eum, qui eo nomine obligatus eſt, liberat, in duplum condemnatur. *l.* 45. *h.* vid. infr. *tb.* 25. idque in pœnam contumaciæ. *l.* 23. §. 4. *h.*

10. Si plures ſint venditores, non modo contra ſingulos, ſed & contra eum, cujus major pars in venditione fuit, competit. *l.* 44. §. 1. *h.*

11. Cum autem, factâ redhibitione, omnia retro agantur, & in integrum reſtituantur, *l.* 23. §. 1. 7. *& ult. l.* 60. *h. l.* 9. *de Alien. jud. mut.* conſequitur, ſi emtor interim rem pignori obligaverit, licet per redhibitionem nexus pignoris ipſo jure non diſſolvatur, emtoris eſſe, ut rem luat, & liberam præſtet. *l.* 43. §. 8. *h.*

12. Actio Quanti minoris, ſeu Æſtimatoria, eſt *perſonalis, competens emtori, ob defectum, quem ſi ſciviſſet, tanti non fuiſſet emturus, contra venditorem, ad reſtituendum tantum ex pretio, quanti minoris res, ob vitium, cum venderetur, fuit l.* 1. §. 1. *l.* 61. *h.* intra annum utilem. *l.* 19. §. *ult. l.* 38. *d. l.* 2. *C. h.* Exceptis duobus

caſi-

caſibus, quibus redhibitoria durat duos menſes: in illis enim caſibus hæc actio non extenditur ultra ſex menſes. *l.* 28. *l.* 38. *h.* vid. ſupr. *th.* 8.

13. Poteſt autem eligere emptor, utrum æſtimatoriâ, an redhibitoriâ agere velit, ita ut, unâ electâ, amittat regreſſum ad alteram. *l.* 25. §. 1. *de Exc. rei jud. l.* 9. §. 1. *de Trib. act.* Niſi (1. Ob errorem. *l.* 4. *in f. Quod cum eo, qui in alienâ pot.* (2. Niſi à redhibitoriâ ſex menſium exceptione excluſus, intra annum æſtimatoriâ agere velit. *l.* 48. §. 2. *b.* (3. Niſi rès, ob quam quanti minoris actum eſt, nullius plane pretii ſit. *l.* 43. §. 6. *l.* 48. §. *pen. b. t.*

14. Actione redhibitoriâ ſemel tantum, æſtimatoriâ etiam ſæpius agi poteſt, modo ne lucrum emtor captet, & bis ejuſdem rei æſtimationem conſequatur. *l.* 31. §. 16. *b. l.* 32. §. 1. *de Evictìon. l.* 57. *de R. J.*

15. Hæ Æditilitiæ actiones & heredibus & contra heredes competunt. *l.* 19. §. 5. *l.* 23. §. 5. *l.* 48. §. 5. *b.* vid. *Voet ad b. t. n.* 7. adeo ut unius emptoris plures heredes omnes ad redhibitionem teneantur. *l.* 31. §. 5. *b.* & ſinguli pro ſua parte ad pretium recuperandum agere poſſint. *l.* 31. §. 6. *b.* &, ſi venditor plures heredes reliquerit, ſingulis pro portione hereditaria res redhiberi poſſit. *d. l.* 31. §. 10.

16. Prima cauſa harum actionum eſt vitium rei venditæ. *l.* 1. *pr. l.* 49. *b.* de quo emtor non fuit certior factus, ſive venditor vitium ſciverit, ſive non. *l.* 1. §. 2. *b.* v. *l.* 21. §. 1. *l.* 39. *l.* 41. *de Act. emt.* ita tamen ut, ſi venditor ſciverit, ad integri damni reparationem teneatur, ſin ignoraverit, non item, niſi artem profiteatur. *l.* 1. *C. b. l.* 13. *de Act. empt. l.* 19. §. 1.

Loc. cond. l. 9. §. *pen. eod. l.* 8. *ad L. Aquil.*

17. In vitio requiritur (1. Ut vitium, vel vitii ſaltem cauſa, anteceſſerit venditionem. *l.* 3. *C. h.* (2. Vitium non ſit leve aut mediocre *l.* 54. *de Contrah. emt. l.* 4. *de In integr. reſt.* exempla v. in *l.* 1. §. 8. *l.* 4. §. *ult. l.* 10. §. *ult. l.* 11. *l.* 12. §. 2. *& ſeqq. h. t.* ſed tale quod uſum rei impediat. *l.* 5. *h. t. l.* 6. §. *ult. l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 14. §. 3. 7. (3. Ut in rebus animatis ſit vitium corporis, non animi. *l.* 1. §. *pen. & ult. l.* 4. §. 3. 4. *h.* Exempla v. in *d. l.* 1. §. *pen. l.* 4. §. *ult. pr. h.* niſi per animi vitia uſus aut miniſterium corporis impediatur. *l.* 4. §. 1. *h. t.* vel venditor aſſeveraverit animi vitium abeſſe. *l.* 4. §. 4. *h. t.*

18. Sed & ſemper ob quæ vitia ceſſat redhibitoria, locum habet ex empto actio. *l.* 1. §. 9. *in f. l.* 4. *pr. &* §. 4. *h. l.* 13. §. 1. *de Act. emt.* (4. Ut vitium ſit latens, *l.* 1. §. 6. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 14. §. *ult. l.* 48. §. 3. 4. *h.* adeo ut venditor non modo vitia manifeſta indicare non teneatur, *l.* 55. *h.* ſed & rem, cujus vitia in oculos incurrunt, impune laudare poſſit. *l.* 19. *h. l.* 43. *de Contr. empt.* Scientiam enim emtoris, vel ſupinam ignorantiam, & admonitionem verbis vel facto expreſſam, excludere has actiones, ipſa ratio docet. *l.* 48. §. 3. 4. *h. t.* junct. *l.* 43. §. *ult. de Contr. emt. l.* 14. §. *ult. l.* 55. *h. t.*

19. Procuratori, qui mandato alterius emit, his actionibus experienti propria, non domini mandantis ſcientia obeſt. *l.* 51. §. 1. *h.* quanquam ipſi domino agenti ſua ſcientia ſit nocitura. *l.* 12. *l.* 13. *de Contr. empt. l.* 5. *de Jur. & facti ign.* Si ſervus mandato domini emerit, ſemper habetur ratio ſcientiæ vel ignorantiæ domini. *d. l.* 51.

20. Altera harum actionum cauſa eſt affirma-

tio aut promiſſio venditoris non præſtita. *l.* 1. §. 2. *l.* 31. §. 1. *l.* 38. §. 10. *h.* niſi rem ſe aliter habere emptor manifeſte potuerit deprehendere. *d. l.* 43. *de Contr. emt.* vel venditor ad nudam rei laudem & commendationem quid dixerit. *l.* 19. *pr. h. l.* 16. §. *pen. de Min. Horat:* 2. *Epiſt.* 2. 10. & 11. *l.* 8. *l.* 37. *de Dol. Mal.*

21. Tertia cauſa eſt, ſi venditor emptori, cautionem exigenti, eam non præſtet. *l.* 28. *h. l.* 11. §. 4. *de Act. emt.*

22. Quarta cauſa eſt pactum conventum de redhibitione, ejusque modo. *l.* 31. §. 22. *h. l.* 31. *de Pact.*

23. Tertia actio Ædilitia eſt in factum perſonalis, ex eodem Edicto, competens emtori contra venditorem, ad pretium, facta redhibitione, recuperandum. *l.* 31. §. 17. & *ſeq. l.* 25. §. *ult. h. t.*

24. Locum habet hoc Edictum, ejusque actiones, in venditionibus quarumvis rerum & cujusvis conditionis. *l.* 63. *h.* item in permutatione & datione in ſolutum. *l.* 19. §. 5. *h.* non tamen in venditione fiſcali . 1. §. 3. *h.* aut rerum ſimplariarum, ſive vilioris pretii, pro quibus tantum promittebatur ſimpla æſtimatio evictionis novæ. *l.* 48. §. *ult. h.* nec in locationibus. *d. l.* 63. (non obſtat *l.* 33. *C. de Loc. cond.*) aut donationibus. *l.* 62. *h.*

25. Cæterum concurrunt hæ actiones cum actione empti. *l.* 4. *pr. l.* 19. §. 2. *h. l.* 11. §. 3. & 5. *de Act. empt.* ut tamen actio empti has actiones minime ſupervacaneas faciat, utpote quæ ob contumaciam dantur in duplum. *l.* 23. §. 4. *l.* 45. *h.*

26. Ex eodem Ædilitio edicto prodita eſt

actio Ædilitia, à ſuperioribus naturâ & effectu diverſa, quæ eſt *perſonalis & pœnalis*, *ex quaſi delicto*, *competens cuilibet ex populo*, *ſi liber homo perierit*, *ut tamen præferatur is*, *cujus magis intereſt*, arg. *l.* 5. §. 5. *de His qui dej. vel eff.* contra eum, qui noxium animal, qua vulgo iter fit, habet: non contra heredem. *d. l.* 5. §. 5. ad ducentos ſolidos, ſi liber homo inde perierit; ſi nocitum ei ſit, ad id, quod bonum & æquum judici videbitur. Si in cæteris rebus nocitum ſit, ad duplum damni dati. *l.* 40. *& ſeqq. h.* §. *ult. I. Si quadr. paup.* Concurrit hæc actio cum actione de pauperie. *d.* §. *ult.*

TIT. II.

De Evictionibus & Duplæ ſtipulationibus. *Cod.* 8. 45.

1. Evictio eſt *rei noſtræ*, *ab alio juſto titulo poſſeſſæ*, *per judicem facta recuperatio.*

2. Præſtatio evictionis eſt *reſtitutio damni illati*, *ob rei emptæ*, *aut aliâ ſimili cauſâ adquiſitæ*, *ablationem*, *juſſu judicis factam.* Cujus nomine ab auctore præſtanda cautio, & quidem repromiſſoria, *l.* 56. *pr. h.* non fidejuſſoria, niſi vel id actum ſit, *l.* 37. *h.* vel in limine contractus immineat evictio, *l.* 24. *C. h. l. pen.* §. 1. *D. de Peric. & comm.* vel contraria ſit conſuetudo. *l.* 6. *h.* Spectanda autem eſt conſuetudo loci in quo contractus celebratus eſt, licet in loco, ubi aliquis habitat, aliud ſit juris; vid. *Voet. ad h. t. n.* 4.

3. Eſt verò Auctor hic dominus, vel quaſi dominus, à quo rem, venditionis, aut alio titu-

lo,

lo, adquiſivimus. *l.* 28. *l.* 51. *D. l.* 7. *l.* 22. *C. h. l.* 8. *C. de Sent. & interloc. l.* 175. §. 1. *de V. S. & paſſim.* Sive à quo quis *auctoritatem*, id eſt, jus dominii habet. v. *l. ult. h. l. ult. de Pign. act. l. ult. de Aq. & Aq. pl.* Cic. 1. *Off.* c. 12. *Gell.* 17. *cap.* 7. *Paul.* 2. *ſent.* 17. v. *Gothofr. ad d. l. ult. h. t.* quare & fidejuſſor, qui pro venditore cavit, ſecundus auctor dicitur. *l.* 4. *D. h. Corn. Nep. in Attico.* c. 3. *ubi Interpret.*

4. Præſtatur evictio in cauſis onerofis, non lucrativis. *l.* 6. *l.* 29. *C. h.* ut in Venditione. *dd. ll. l.* 11. §. 1. 2. *D. de Act. empt.* Permutatione. *d. l.* 29. *l.* 1. *l.* 2. *C. de Rer. perm.* Datione in ſolutum. *l.* 4. *C. h. l.* 98. *de Solut.* Locatione. vide. *l.* 9. *l.* 35. *Loc. Cond.* in Emphyteuſi. arg. §. 3. *I. de Loc. Cond.* Diviſione hereditatis inter coheredes. *l.* 66. §. *ult. D. h. l.* 14. *C. Fam. erc.* (non tamen ratione prælegati. v. *l.* 77. §. 8. *de Leg.* 2.) aliisque diviſionibus, quæ vice emptionis funguntur. *l.* 1. *l.* 7. *C. Commun. utr. jud.* in Transactione, ratione rei, transactionis causâ, datæ. *l.* 33. *C. de Tranſ.* in Dote. *l.* 1. *C. de Jur. Dot. l.* 98. *de Solut.* in donatione remuneratoria, arg. *l.* 27. *de Donat.* in Legato generis. *l.* 29. §. 3. *de Leg.* 3. *l.* 58. *h. t. l.* 45. §. 1. *de Leg.* 1. non ſpeciei. *l.* 40. *h.* §. 4. *I. l.* 71. §. 1. *de Leg.* 1. Niſi teſtator ſciens rem alienam, aut perſonæ conjunctæ etiam ignorans, legaverit. §. 4. *I. l.* 10. *C. de Legat.* Sed & cuilibet legatario cedenda eſt actio, ſi quam defunctus, evictionis nomine, contra auctorem habuit. *l.* 59. *h.*

5. Ut tamen in onerofis locum habet, ita in cauſis mere lucrativis ceſſat evictio, ut in legato ſpeciei, ut dictum, & ſimplici donatione, *l.* 18. §. *ult. de Don. l.* 2. *C. h.* Niſi donator do-

na-

natario evictionis præſtationem promiſerit. *l.* 52. *D. d. l.* 2. *C. h.* aut donator dolo rem alienam dederit, & donatarius ſumptus in eam fecerit. *d. l.* 18. §. *ult.*

6. Præſtatur Evictio ex cauſis memoratis, pro omnis generis rebus, ſive corporalibus, ſive incorporalibus, ut hereditate, (ſcilicet ſi tota hereditas vendita, non ſi res ſingulæ evincantur) nominibus, actionibus. *l.* 1. *C. h. t. l.* 1. *l.* 4. *l.* 14. §. 1. *de Hered. vel act. vend. l.* 74. §. *ult. h.* adeoque etiam pro ſervitutibus. *l.* 15. §. 1. *l.* 46. §. 1. *l.* 62. §. *ult. h.* ſi vel ſervitus fundo vendito, cum clauſulâ, *ut optimus maximusque eſt*, impoſita ſit. *l.* 48. *h. l.* 90. *l.* 126. & *l.* 169. *de V. S.* vel à fundo vicino debita non ſit, cum expreſſum eſſet, fundum vicinum fundo vendito, ratione ſervitutis, obnoxium eſſe. *l. pen. h. l.* 66. *de Contr. empt.* Aliis in caſibus locus eſt actioni empti, vel quanti minoris. *l.* 15. §. 1. *l.* 61. *de Æd. Ed. l.* 35. *l.* 39. *l.* 41. *de Act. empt.*

7. Nec tantum pro re integrâ, ſed & pro parte homogeneâ, quam vocant, præſtatur, id eſt, quæ retinet nomen totius, ut in parte fundi evictâ. *l.* 1. *l.* 39. §. 2. *l.* 45. *h.* non item pro parte heterogeneâ, ut in columnâ domus. *l.* 36. *l.* 42. *l.* 43. *l.* 56. §. 2. *h.* quanquam eo caſu actioni ex empto, vel quanti minoris locus ſit. *l.* 8. *l.* 16. *l.* 41. §. 1. *l.* 43. *h. t. l.* 23. §. 1. *de Uſuc.* Sed & ratione partis heterogeneæ quodammodo actio de evictione locum habet, ſi vel uſusfructus, *l.* 15. § 1. *l.* 49. *h. l.* 4. *de Uſufr.* vel jus pignoris ſit evictum. *l.* 34. §. *ult. l.* 65. *h.*

8. Rebus pluribus venditis, ſingularum nomine præſtanda evictio, licet omnes uno, ſed diſtincto, pretio venditæ, & uno inſtrumento vendi-

nie-

tionis comprehenſæ ſint: tot enim hic ſunt evictionum præſtationes, quot res, quæ evincuntur. *l.* 53. *l.* 72. *b. l.* 33. *de Act. empt.* licet unâ re evictâ, altera tanti valeat, quanti utraque eſt empta. *l.* 47. *b.* Secus eſt, ſi res plures uno, confuſo, & non diviſo pretio vendantur. *l.* 42. *de Act. empt.*

9. Evictionem præſtant omnes venditores, aliique auctores, qui res ſuo nomine, oneroſo titulo in alios transferunt, eorumque heredes. *l.* 51. §. 3. *D. b. l.* 8. *l.* 9. *l.* 18. *C. b. t.* item fidejuſſores & horum heredes. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 18. *C. b.* §. 2. *I. de Fidej.* Cum autem Creditores in pignore vendito, Tutores & Curatores in rebus pupillaribus & minorum, Apparitores, Inſtitores, Procuratores, aut negotiorum Geſtores, in rebus dominorum venditis, non ſuo, ſed alieno nomine verſentur, conſequitur, hos omnes de evictione non teneri. *l.* 68. *b.* v. §. *ult. l. de Uſucap. l.* 1. *l.* 3. *C. Quand. ex fact. tut. l.* 10. *D. de Diſtr. pign. l.* 50. *l.* 74. §. 1. *D. l.* 13. *C. b. l.* 49. *Fam. erc.* junct. *l.* 22. §. *ult. de Pign. act. t. C. Credit. Evict. pign. non deb.* Si plures in ſolidum vendiderint, cum ſingulis in ſolidum agere poteſt emptor, ut tamen ſolutio, ab uno facta, ceteros liberet. *l.* 51. §. *ult. l.* 65. *b. t.*

10. Secus ſi venditio à pluribus ſeparatim, & diviſis partibus, fuerit facta. *l.* 39. §. 2. *b.*

11. Ad præſtationem evictionis agunt Emtores, aliique rem titulo oneroſo conſecuti, eorumque heredes, non ſucceſſores ſingulares, ut ſecundi Emtores, niſi ceſsâ illis, contra primum auctorem, actione. *l.* 59. *b.*

12. Neque tamen enumeratæ perſonæ de evictione agere, vel conveniri poſſunt, niſi obſervatis ſequentibus requiſitis: (1. ut emtor in tempo-

pore denunciet auctori, litem ſibi motam eſſe; eumque de actis geſtis certiorem reddat, ut is emptorem in lite defendat. *l.* 53 §. 1. *D. l.* 9. *l.* 23. *C. h. l.* 1. *C. de Peric. & Comm.* Quæ denunciatio facienda eſt vel ipſi auctori, etiam pupillo, tutore non apparente. *l.* 56. §. *ult. h.* vel auctoris procuratori. *l.* 56. §. 4. *h.* vel defuncti auctoris heredibus. *d. l.* 9. *l.* 23. *C. l.* 51. §. 1. *h.* Qui ſi plures ſint, omnibus denunciandum, ut omnes defendere teneantur, ita tamen, ut unus litem ſuſcipiens omnibus vincatur aut vincat. *l.* 62. §. 1. *h.* Adeo autem neceſſaria eſt denunciatio, ut etiam præſenti in judicio, *l.* 55. §. 1. *h.* & litem motam eſſe, ſcienti auctori denunciandum ſit. *l.* 20. *C. h.* etiam in caſu, quo denunciatio, ob cauſam auctoris haud dubie injuſtam, & manifeſtum jus evincentis, videri poſſet ſupervacanea, arg. *l.* 20. §. 1. *de Op. nov. nunc.* niſi pacto remiſſa ſit denunciandi neceſſitas. *l.* 63. *h.*

13. Ad modum, formamque denunciationis quod attinet, fieri poteſt vel ante, vel poſt litem conteſtatam, modo ne fiat prope ipſam condemnationem. *l.* 29. §. *ult. h.* adeoque antequam *judicium accipiatur*, id eſt, ſententia pronuncietur; quo ſenſu accipienda videtur *l.* 29. §. *pen. de Leg.* 3.

14. Effectus denunciationis, legitimé factæ, eſt, quod auctor, cui denunciatum eſt, rem defendere, adeoque emptori, vel ſuo, vel procuratorio nomine, in lite adſiſtere, & præſto eſſe teneatur. *l.* 74. §. *pen. h.* eâque in re emptoris ſeu rei conventi forum ſequatur. *l.* 49. *de Judic.*

15. (2. Requiritur, ut res verè ſit evicta, ſive poſſeſſio Emptori ablata, ſive ipſe rem ab alio poſſeſſam vindicans ſuperatus, ſive in litis aſſi-

æſtimationem condemnatus ſit. *l.* 16. §. 1. *l.* 21. §. 1, 2. *l.* 34. §. 1. *b.* adeoque ante evictionem non tenetur venditor, niſi ea in limine contractus immineat. *l.* 24. *C. b.* (3. Ut res evincatur jure petitoris, ex causâ contractum præcedente: *l.* 1. *& ult. C. de Peric. & Comm.* Unde ſi vel caſu fortuito, *l.* 11. *l.* 21. *D.* (ubi pro *factum* leg. *fatum.* ut in *l.* 12. *de Capt.* ubi etiam pro *ex facto* leg. *ex fato*) *l.* 26. *C. b. l. ult. C. de Act. emt.* vel ob dolum aut imperitiam judicis, *l.* 51. *D. l.* 8. *l.* 15. *C. b.* vel facto, aut culpâ emptoris res fuerit evicta vel amiſſa, non tenetur auctor. Culpæ emptoris exempla vide in *l.* 22. §. 1. *l.* 54. *l.* 55. *l.* 56. §. 1. 3. *l.* 63. §. *ult. l. ult. D. l.* 17. *l.* 19. *C. b.*

16. Nomine evictionis inſtitui poteſt. (1. Actio emti, *l.* 24. *l.* 41. §. 1. *D. l.* 25. *b. t.* ad recuperandum pretium, id quod intereſt, & ſumtus. *l.* 21. §. 3. *l.* 43. *de Act. emt. l.* 6. *l.* 9. *l.* 17. *C. b.* etiamſi nihil de evictione cautum ſit. *l.* 11. §. 8. *de Act. empt.* In datione in ſolutum, aliisque negotiis, vicem emptionis repræſentantibus, datur utilis actio ex emto. *l.* 4. *C. b. l.* 24. *de Pign. Act.*

17. (2. Actio ex ſtipulatu in ſimplum, duplum, triplum, aut quadruplum, quatenus venditor ſtipulanti emptori promiſit. *l.* 37. §. 1. *l.* 56. *b.* Duplæ tamen ſtipulatio in pretioſioribus, ſimplæ in acceſſionibus & deterioris notæ ac vilioribus rebus exigi & præſtari ferè ſolebat. *l.* 16. *d. l.* 37. §. 1. *b. l.* 31. §. 20. *de Ædil. Ed.*

18. Harum aliæ erant voluntariæ, ut ſimpli, tripli, quadrupli. *l.* 56. *pr. b.* ut & duplæ in venditione rerum ſimplariarum, & minus pretioſarum. *d. l.* 37. aliæ neceſſariæ, ut duplæ ſtipu-

pulatio, ſi mancipia vel res pretioſiores eſſent venditæ. *d. l.* 37. *h. l.* 31. §. 20. *de Ædil. Ed. l.* 49. *Fam. erc.* quare, etiamſi duplæ promiſſio fuerit omiſſa, recte tamen ex empto petitur. *l.* 2. *h. d. l.* 31. §. 20.

19. Effectus interpoſitæ ſtipulationis eſt, quod ſi contra eam factum ſit, emptor ad duplum, triplum, quadruplum æſtimationis, in ſtipulatum deductum, agere poſſit. *l.* 17. *l.* 37. *l.* 48. *l.* 53. *h.* quod ſi tantum ſimplum pro duplo per errorem in ſtipulatum ſit deductum, ipſa quidem actione ex ſtipulatu plus ſimplo conſequi nequit emptor, *l.* 99. *de V. O.* ſed actione ex empto reliquum intereſſe perſequi poteſt. *l.* 37. §. 2. *l.* 56. *l.* 60. *l.* 70. *h.*

20. Ceſſat Evictionis præſtatio, præter caſus enumeratos in *theſ.* 15. etiam in caſu, quo quis ſciens rem alienam emit, vel quo convenit, ne evictio præſtetur. Quibus tamen caſibus, æquitati & auctoritati juris Civilis convenientior opinio eſt, pretium emptori reddendum eſſe. *l.* 1. *C. Si vend. pign. l.* 12. §. *ult. de Act. empt. l. ult. C. Comm. de Leg. Nov.* 7. *c.* 5. *pr.* & §. 2. Ad *l.* 27. *C. h. l. pen.* & *ult. C. de Reſc. vend. l.* 11 *D. h.* aliasque leges obſtantes facilis eſt reſponſio.

TIT. III.

De Exceptione rei venditæ & traditæ.

1. Sive ſtipulatio ſit interpoſita, ſive non, competit emptori poſſidenti exceptio contra illos, qui, cum de evictione conveniri poſſint, rem ipſi evincunt. Nam, *quem de evictione te-*

net

net actio, eundem agentem multò magis repellit exceptio. v. *l.* 156. §. 1. *de R. J.*

2. Quanquam integrum eſt emptori, an rem, oppoſita exceptione retinere, an evincenti cedere, ac deinde ad id, quod intereſt, vel duplum ex ſtipulatu contendere velit. *l.* 17. *l.* 18. *l.* 73. *de Evict. l.* 1. *l.* 2. *h.*

3. Datur hæc exceptio emptori, ejusque ſucceſſoribus, non modo univerſalibus, ut heredibus, ſed & ſingularibus, ut ſecundo emptori. *l. ult. h.* contra venditorem ejusque heredem, etiam ſi dominus fundi heres venditori exiſtat. *l.* 1. §. 1. *h. d. l.* 73. ſive in univerſum jus, ſive in eam tantum rem ſuccedat. *l. ult.* §. 1. *h. l.* 14. *C. de Rei vind. l.* 14. *C. de Evict.*

4. Etiam contra emptorem ſecundum, ſi venditor eandem rem duobus vendiderit. *l.* 2. *D. h.* arg. *l.* 72. *de R. V. l.* 4. §. 32. *de Dol. exc.* & emptor primus poſſeſſionem vel per traditionem à venditore, vel aliter ſine vitio nactus fit. *l.* 1. §. *ult. h.* item contra fidejuſſorem. *l.* 11. *C. de Evict.* non tamen ejus heredem, ex ſuâ perſonâ agentem. *l. ult. C. eod.* Datur etiam contra eum, cujus voluntate vel mandato res diſtracta eſt. *l.* 1. §. 2. *h. l.* 14. *de Public. in rem.* vel cujus res pignori capta, & ex causâ judicati vendita eſt. *l.* 13. *C. de Evict.*

5. Sed & contra fiſci adminiſtratores, ſive ejusdem, ſive diverſæ ſtationis. *l.* 1. *C. Ne fiſc. rem quam vend. evinc.* (X. 5.) & contra eum, qui jure pignoris vendidit, licet non teneantur de evictione. *l.* 10. *de Diſtr. pign. t. C. Cred. evict. pign.*

6. Ceſſat hæc exceptio (1. Si dominus, mandans rem vendi, hanc legem contractui dixerit,

ne res tradatur, antequam pretium ſolvatur. *l.* 1. §. 2. *h.* (2. Si mandatarius minori pretio, quam mandatum erat, vendiderit. *l.* 1. §. 3. *h. l.* 5. §. 3. 4. *Mand.* (3. Si venditor juſtam habeat vindicandi cauſam; vide *l.* 1. §. *f. h. t.* & *l. ult.* §. 2. *ad Sc. Vellej. l.* 16. *C. de Præd. minor.*

DIGESTORUM

LIBER XXII.

TIT. I.

De Uſuris & Fructibus, & Cauſis, & omnibus Acceſſionibus, & Mora.
Cod. 4. 32.

1. Uſura. (1. eſt ipſe cujuslibet rei uſus. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 3. *Trinum.* 1. 2. 144. (2. Merces, ſeu redhoſtimentum, quod pro uſu rei datur, quo ſenſu accipitur (1. Latius, pro incremento ex quolibet contractu, quod, in eodem genere conſiſtens, ad debitum accedit. *l.* 2. *C. Depoſ. l.* 13. *C. de Act. empt. l.* 2. *C. h.* (2. Strictius, pro incremento in eodem genere, accedente ad quamlibet rem fungibilem, mutuo datam. *l.* 23. *C. h.* (3. Strictiſſime, pro incremento accedente ad pecuniam mutuam. *l.* 3. *C. h.* Quo ſenſu dicitur & fœnus, quaſi fœtus, ſeu partus pecuniæ, quaſi parientis & increſcentis. *Gell.* 16. 12. & interuſurium. *l.* 82. *de Leg.* 2. & pœna. Scilicet moræ & tardæ ſolutionis. *l.* 15. *C.* (ubi pro nume-

mero leg. *mutuo.* vel vox *numero* delenda) *l.* 3. §. *ult. l.* 17. §. 3. *b. l. ult. in f. de Eo quod cert. loc. l.* 90. *de V. O. l.* 8. *de Naut. fœn. l.* 40. *de Reb. cred.* & reditus. *l.* 24. *de Pr. verb. l.* 48. *de Solut. l.* 30. *de Alim. legat.*

2. Definiri poteſt, *merces ejusdem generis, a debitore, pro uſu quantitatis creditæ, ſolvenda.*

3. Dicitur: *Merces.* v. *l.* 58. §. 6. *ad. SC. Treb. Juv. Sat.* 11. *v.* 46. *Perſ. Sat.* 6. *v.* 67. *Horat. Lib.* 1. *Sat.* 3. *v.* 88.

4. *Ejusdem generis.* v. *l.* 23. *C. h.*

5. Dicitur: *Pro uſu. d. l.* 58. qui vicem fructuum obtinet. *l.* 34. *l.* 36. *h.*

6. Dixi: *Quantitatis creditæ*, id eſt, rerum fungibilium, non corporum, veluti prædiorum & aliarum rerum non fungibilium. *l.* 24. *de Præſcr. verb. l.* 12. *l.* 23. *C. h. l.* 18. *de His quib. ut ind.* niſi cum de æſtimatione corporum perditorum vel corruptorum agitur. *l.* 17. §. *ult. l.* 3. §. *ult. D. l.* 25. *C. h. l.* 5. *de Oper. publ.* ubi pro *potuerint* leg. *poſuerint.*

7. Uſurarum, quæ docendi cauſa dividi ſolent in lucratorias, punitorias, & compenſatorias, exactio & præſtatio, ſi modum non excedat, & Divino, & Naturali, & Gentium, & Civili Jure, probata eſt. *Grot. de Jur. Bell. ac Pac. lib.* 2. *c.* 12. §. 20. *Hotom. Quæſt. Illuſtr.* 40. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 3. *Noodt. de Fœn. & uſur.*

8. Quanquam olim, ut pauperum inopiæ ſuccurreretur, & effreni fœneratorum licentiæ fibula inponeretur, lege Genutiâ cautum fuit, ne omnino liceret fœnerari. *Liv.* 7. *c. ult.* Lex Gabinia cavebat, ne Provincialibus Romæ verſuram facere, id eſt, mutuum ſub uſuris ſumere liceret; ſi feciſſent, ne ex tali ſyngraphâ jus

diceretur. *Cic.* 5. *ad Attic. Ep. ult. ubi Gronov.* quem v. *in lib. de Centeſ. Uſur.* Ante legem XII. Tabularum fœnoris uſus & abuſus arbitrio potius & libidini locupletium relictus, quam certa lege coërcitus, ſeditionum diſcordiarumque uberrimam materiam præbuit.

9. Lege XII. Tabb. ſancitum erat, ne quis unciario fœnore amplius exigeret. *Tac.* 6. *Ann. c.* 16. id eſt, ne quis amplius quam unum pro ſorte 100. aureorum uſuræ nomine in annum ſtipularetur. Fuit enim unciarium fœnus duodecima pars centeſimæ.

10. Poſtea per rogationem Tribunitiam uſura ad ſemunciam redacta, *Liv.* 7. 27. improbi fœneratores ſaluberrimarum legum ſcita artibus ſuis & fraudibus eludentes, iterum centeſimam invexerunt, adeo ut, legibus prioribus obſoletis, judicis fuerit modum uſurarum, pro more regionis, ex æquitate definire & æſtimare. *l.* 1. *pr. D. l.* 7. §. 10. *D. de Admin. tut. l.* 39. §. 1. *de Legat.* 1. *l.* 11. *l.* 37. *h. t. l.* 3. *de Eo quod cert. loc.*

11. Donec Imperator Juſtinianus in *l.* 26. *C. h.* uſurarum quantitatem in hunc modum definivit, ut Viri illuſtres exigere poſſint trientem centeſimæ, Argentarii & Mercatores beſſem, ceteri cives ſemiſſem: in fœnore trajectitio, & ſpeciebus annonariis centeſimam, quales ſunt oleum, vinum, frumentum. *l.* 26. *C. de Commerc. l.* 2. *C. de Vet. num. pot.*

12. Si quis modum exceſſerit in ſtipulando, ut nullum de ſuperfluo actionem habeat; *l.* 20. *l.* 29. *D. l.* 15. *C. h. t.* ſin etiam in accipiendo, ut exceſſus ſorti imputetur; ne quis ſupra uſuras aliquid ſiliquarum, vel ſportularum nomine, pro executoribus litium, ſtipuletur. *d. l.* 26.

13. Ra-

13. Ratio computandi uſuras exacta fuit ad aſſem, cujus fere nomine & partibus duodecim omne totum complectebantur Veteres. vid. infr. *tit. de Hered. Inſtit. th.* 25. *Briſſon.* 3. *Sel. Ant.* 1. Centeſima uſura conſtat XII. annuis nummis pro fructu atque uſu centum nummorum fœnori datorum, ſive quod centeſimo menſe ſortem æquaret; ſive quod centeſima pars ſingulis menſibus penderetur; atque hanc ut aſſem conſiderant. Unde uſuræ deunces ſunt undecim in centum. *Perſ. Sat.* 5. *v.* 149. Dextantes decem. Dodrantes, novem. Beſſes, octo in centum. Septunces, ſeptem. Semiſſes, ſex. Quincunces, quinque. *l.* 102. §. *ult. de Solut.* Hæ vocantur uſuræ leviores, modeſtæ, tolerabiles, *l.* 7. §. 10. *de Adm. tut. l.* 5. *de Oper. publ. Perſ. Sat.* 5. *v.* 149. Trientes, quatuor. Quadrantes, tres in centum. *l.* 21. §. 4. *de Ann. leg.* Sextantes, duo in centum. Uncia, unus nummus in centum. *l.* 47. §. 4. *de Adm. tut.*

14. Quod autem de centeſimâ diximus, ut rectius intelligatur, obſervandum eſt, veteribus uſuras non, ut nobis, in annos, ſed in menſes ſingulos ſtipulari, pendere, exigere receptum fuiſſe. *l.* 49. *inf. b. l.* 40. *de Reb. cred. l.* 26. §. 1. *Dep. l.* 90. *l.* 135. *de V. O. l.* 8. §. 4. *de Transact. Horat. Sat.* 1. 3. v. 87. & *Epod. lib. ode* 2. *in f. Ovid. de Remed. Amor. v.* 561. Unde kalendarium eſt fœnori occupatarum ſeu collocatarum pecuniarum codex. *l.* 3. *C. de Compenſ. l.* 41. *de Reb. cred. l.* 39. §. 14. *de Admin. tut. l.* 41. §. 6. *de Leg.* 3. *l.* 37. *de Uſu leg.*

15. Poſt *l.* 26. *C. h.* Imperator Juſtinianus in *Nov.* 32. *c.* 1. & *Nov.* 34. *c.* 1. pro frumento, agricolis credito, ultra octavam mo-

dii partem de ſingulis modiis, exigi vetuit.

16. Præter duos caſus in *l.* 26. *C. b.* enumeratos, præſtabatur olim uſura centeſima ab adminiſtratoribus publicæ privatæque pecuniæ, ſi eam in uſus ſuos convertiſſent. *l.* 19. §. 4. *l.* 38. *de Neg. geſt. l.* 7. §. 4. *l.* 54. *de Adm. tut. l.* 1. *C. de Uſur. pupill.* Sed & a moratore judicati ſolvendi, poſt quadrimeſtres inducias, uſuræ ſortis centeſimæ præſtandæ erant. *l.* 2. *l. ult. C. de Uſur. rei Jud. infr. tit. de Re judic. th.* 43. Imò, ante Juſtinianum, ex omnibus cauſis centeſimam ſtipulari licuiſſe, ſupra centeſimam autem ſtipulari nihil licuiſſe, verum videtur. v. *Briſſon. lib.* 3. *Selectar. Antiq. c.* 1.

17. Illud quoque ad legitimum uſurarum modum pertinet, quod ſortem excedere nequeant. *l.* 26. §. 1. *de Cond. ind. l.* 27. §. 1. *C. b. Cic. lib.* 5. *ad Attic. Epiſt. ult. Suet. in Aug. c.* 41. olim quidem, ſi tempore ſolutionis, uſuræ ſolvendæ excederent ſortem. *l.* 10. *C. b.* jure novo, etiam ſi uſuræ diverſis intervallis particulatim ſint ſolutæ. *l.* 29. *l. ult. C. b. t. Nov.* 121. *Nov.* 138. Ratio eſt, ne deterioris conditionis ſit debitor diligens in ſolvendo, quam morator. *l.* 8. *de Compenſ. l.* 16. *Ex quib. cauſ. maj. l. pen. Quæ in fraud. cred.* Moribus hodiernis in uſum revocatum fuit jus vetus. *d. l.* 10. *C. b. t.* adeoque uſuræ non ſolutæ ſed adhuc ſolvendæ, non poſſunt ſuperare ſortem, vid. *Sand.* 4. *Deciſ.* 14. 5. Excipiuntur ab hac regula annui reditus. *Nov.* 160.

18. Sed nec uſuræ uſurarum peti poſſunt. *l.* 29. *D. l.* 28. *C. b. l. ult. C. d. Uſ. rei jud. l.* 26. §. 1. *de Cond. ind. l.* 20. *C. de His, qui not. l.* 27. *de Re jud.* Ratio eſt in *l.* 2. §. 5. *de Adm. rer. ad*

civ.

viv. pert. ne earum quidem, in quas debitor judicis ſententia condemnatus eſt. *d. l. ult.* adeout ne quidem uſuræ in ſortem converti poſſint. *l.* 28. *C. h.* niſi mutatâ debitoris vel creditoris perſonâ. Veluti ſi tutor uſuras pupillares a debitore pupilli exactas, in uſus ſuos convertit; aut ſi quis debitoris negotium gerens creditoribus ejus uſuras ſolvit ex ſuis nummis. *l.* 7. §. 12. *l.* 58. §. 1. *& ult. de Admin. tut.* Si autem creditor poſterior, priori ſortem cum uſuris ſolvens, in locum ejus ſuccedat, ne quidem mutatâ creditoris perſonâ, uſurarum uſuræ exigi poſſunt. *l.* 12. §. 6. *Qui pot. in pign. l.* 22. *C. de Pign. & Hyp.* Ratio eſt, quia non alterius negotium geſſit, ſed magis ſuum, ſecus ac in caſu *d. l.* 22.

19. Quod autem ſupra legitimum uſurarum modum ſolutum, vel repetenti debitori reſtituendum, vel ſorti imputandum eſt. *l.* 11. *l.* 18. *l.* 20. *l.* 25. *C. h. l.* 26. §. 1. *D. de Cond. ind. l.* 102 §. *ult. de Solut.*

20. Pœna improborum fœneratorum, ex L. XII. Tab. & Conſtitutione Theodoſii Imp. erat quadrupli: *Si quis unciario fœnore amplius fœneraſit quadruplione luito. l.* 2. *C. Th. h.* Secundum *l* 20. *C. Ex quib. cauſ. infam. irrog.* pœna eſt infamia, qua notantur ipſo jure etiam ſine ſententia. *Sueton. in Aug. c.* 39. Sed & extra ordinem puniri poſſunt. *l.* 3. *Stellion. l.* 9. §. 5. *de Publ. & vect. l.* 51. *in fin. ad Leg. Aquil.* Sic fœneratores improbos pariter ac aleatores, & aleatorum receptatores ab Ædilibus fuiſſe punitos, conſtat ex *Liv.* 10. 23. & 35. 41. vid. *Bronkh. cent.* 2. *aſſert.* 9. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 5.

21. Cauſæ, e quibus uſuræ debentur & peti poſſunt, ſunt ſtipulatio, pactum, & mora.

22. In ſtricti quidem juris judiciis, ut mutuo, uſuræ non debentur, niſi ex ſtipulatu. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 7. *C. h. t. l.* 24. *de Præſcr. verb. l.* 121. *de V. S.*

23. Debentur tamen aliquando in ſtricti juris judiciis uſuræ etiam ex pacto, ut (1. In mutuo à Fiſco. *l.* 17. §. 5. arg: *l.* 30. *h.* vel (2. à Civitate dato. *l.* 30. *h.* (3. In mutuo argentariorum. *Nov.* 136. *c.* 4. (4. In fœnore nautico. *l.* 5. §. 1. *& tit. ſeq.* (5. In mutuo aliarum rerum fungibilium præter pecuniam. *l.* 12. *l.* 23. *C. h.* (6. Si uſuræ promiſſæ ſolutæ ſint. vid. *Sup. tit. Quib. mod. pign. vel hyp. th. pen. & ult. &* *l.* 11. §. 3. *de Act. emt. l.* 3. *C. h. l.* 5. §. 2. *de Solut. l.* 26. *de Cond. ind.* ubi per *uſuras indebtas* intelligendæ ſunt uſuræ nudo pacto promiſſæ, adeoque indebitæ civiliter, ſed debitæ naturaliter. *vid. l.* 5. §. 2. *de Solut. l.* 28. *C. de Pact.* (7. Si quis uſuras pacto promiſſas retentione pignoris petat. *l.* 4. *l.* 22. *C. h.* (8. Si pactum ſtipulationi adjectum ſit in continenti. *l.* 40. *de Reb. Cred. l.* 4. §. *ult. de Pact.*

24. Nuda autem uſurarum præſtatio, vi pacti, pluribus annis per errorem facta, licet uſuræ jam ſolutæ condici nequeant, non obligat ſolventem, ut easdem in poſterum ſolvat. *l.* 28. *C. de Pact. l.* 7. *C. h. l.* 31. *de Op. libert.* Ratio eſt, quia ſolum tempus non eſt modus introducendæ præſtationis uſurarum. *l.* 44. §. 1. *de O. & A.* adeo ut indiſtincte creditoris ſit, probare, ſtipulationem interceſſiſſe *d. l.* 7. *C. h.* quanquam ex ſolutione naſcatur præſumptio, pecuniam in rem ſolventis verſam eſſe; qui ſenſus eſt *legis* 6. *D. h.*

25. Illud explorati juris eſt ex diuturnâ uſurarum minorum ſolutione, & acceptatione, cum

cum majores eſſent promiſſæ, tacitum induci pactum de remiſſis majoribus, & præſtandis in poſterum levioribus uſuris. *l.* 13. *D. l.* 5. *C. h.* Si uſuræ ad aliquod temporis ſpatium non ſunt exactæ, ut quis gratior apud debitorem eſſet, non futuræ, ſed præteritæ tantum remiſſæ cenſentur. *l.* 17. §. 1. *h.*

26. Ut autem ex pacto regulariter in ſtricti juris Judiciis uſuræ non debentur, ita nec ex mora *l.* 3. *C. l.* 38. §. 7. *D. h.* unde nec pro pecunia donandi animo promiſſa uſuræ debentur ex mora. *vid. l.* 22. *de Donat.* Niſi (1. In contractibus Fiſci. *l.* 17. §. 5. *l.* 43. *h. t. C. de Fiſcalib. Uſuris*. (2. In actione rei judicatæ. *l.* 2. *C. de Uſur. rei jud.* Scilicet poſt quatuor menſes. vid: infr. *tit. de Re Judic. th.* 43. (3. In actione teſtamentariâ. *l.* 3. *l.* 8. *l.* 34. *l.* 39. *h. l.* 1. *l. ult. C. de Uſur. & fructib. legat.*

27. In Judiciis bonæ fidei debentur vel ex ſtipulatu, vel ex pacto in continenti adjecto, vel ex morâ, idque vel ope exceptionis, vel ipſo jure. *l.* 17. §. 4. *l.* 32. §. 2. *D. h. l.* 2. *C. h. l.* 22. *D. de Don. l.* 2. *l.* 4. *C. Depoſ. l.* 5. *C. de Pact. int. Emt. & Vend.* Cum autem per litis conteſtationem quis conſtituatur in morâ, mirum non eſt, uſuras in bonæ fidei, vel, quæ ratione uſurarum, pro talibus habentur, incipere, in ſtricti autem juris judiciis, lite conteſtatâ, non deſinere deberi. *l.* 35. *h.* junct. *l.* 18. *de Nov. l.* 1. *C. de Uſur. legat.* Alioquin in ſtricti juris judiciis certum eſt, uſuras ex mora, ne quidem poſt litem conteſtatam, incipere deberi. *l.* 1. *C. de Cond. ind. l.* 3. *C. h.* Nec obſtat. *l.* 38. §. 7. junct. *l.* 34. *h. l.* 35. *eod. l.* 31. *de Reb. Cred.*

28. Ceſſat uſurarum præſtatio (1. Obligatio-

ne principali exſtinctâ, ſive per integri debiti ſolutionem, *l.* 41. §. 1. *h. l.* 43. *de Solut. l.* 129. *l.* 178. *d. R. J.* ſive per compenſationem, *l.* 11. *& ſeq. de Comp.* ſive per oblationem, cum depoſitione & conſignatione conjunctam. *l. ult. C. de Pign. act.* Licet enim ſola oblatio creditorem in morâ conſtituat, quod ad obligationem principalem attinet, curſum tamen uſurarum non ſiſtit, niſi depoſitio & conſignatio accedat. Ratio eſt, quia debitor pergit uti pecunia creditori oblata, ſed non ſimul depoſita. Quo modo leges, in ſpeciem contrariæ, ſunt conciliandæ, & quod uni deeſt, ex aliis ſupplendum. vide. *l.* 91. §. 3. *de V. O. l.* 2. *l.* 6. *l.* 9. *l.* 11. *l.* 19. *C. h.* ut & *l.* 1. §. *ult. l.* 7. *D. eod. l.* 28. §. 1. *de Admin. tut. l.* 7. §. 2. *de Minor. l.* 72. *D. l.* 9. *C. de Solut.* (2. Remiſſione, arg. *t. C. de Rem. pign.* (3. Si uſuræ, ex morâ vel judicis officio debitæ, obligatione principali, per ſententiam, ſolutionem, aut præſcriptionem, ſublatâ, non ſint adjudicatæ. *l.* 13. *l.* 26. *C. h. l.* 49. §. 1. *de Act. empt. l.* 4. *C. Depoſ.* ex ſtipulatu debitæ, etiam exſtincta principali obligatione, peti poſſunt. *l.* 75. §. *pen. de V. O. l.* 1. *C. de Jud. l.* 8. *de Eo quod cert. loc. l.* 121. *de V. S.* Præter hos tres caſus uſurarum præſtatio ceſſat, ſi uſuræ æquaverint ſortem; vid. ſupr. *th.* 17.

29. De fructibus antevertimus dicere *ad tit. de R. V.* Hi in ſtricti juris judiciis poſt litem conteſtatam etiam ex mora peti poſſunt. *l.* 38. §. 1. 4. 7. *h. l.* 8. *de Re jud.*

30. Niſi actio ſtricti juris competat ad repetendum id, quod noſtrum fuit, ut condictio indebiti: tum enim competit etiam ad fructus à tempore rei traditæ, licet nulla mora interve-

venerit. *l.* 15. *de Cond. indeb. d. l.* 38. §. 7.

31. In petitione hereditatis fructuum ante, non poſt litem conteſtatam, perceptorum, uſuræ debentur. *l.* 51. *in f. de Pet. Her. l.* 1. *in f. C. eod. l.* 18. *D. de His, quæ ut indign.* aliud juris eſt in Rei vindicatione, de quâ accipienda videtur *l.* 15. *h. t.*

32. *Cauſæ* ſunt omnis generis internæ vel externæ utilitates, quæ vel in re, vel circa rem ſunt. §. 3. *I. de Off. jud. l.* 20. *de R. V. l.* 31. *de Reb. cred.*

33. Acceſſionis nomine veniunt omnia commoda, quæ rei quocunque modo accedunt. *l.* 34. *de R. V. l.* 4. *C. de Jur. dot.*

34. Mora eſt *fruſtratoria ſolvendi vel accipiendi debiti dilatio.* v. *l.* 37. *Mand. l.* 1. *in f. C. de Relat. l.* 31. §. 2. *de Negot. geſt. l. pen. de Vi & vi arm. l.* 82. §. 1. *de V. O.* Magis autem eſt facti, quam juris, adeoque accurate definiri non poteſt, *l.* 32. *pr. h. t.*

35. Eſt vel ex perſonâ, vel ex re. Mora ex perſonâ eſt, *quæ oritur ex interpellatione judiciali vel extrajudiciali, opportuno loco & tempore facta. l.* 32. *D. h.*

36. Eſt autem interpellatio *admonitio, ſeu denunciatio, teſtatò fieri ſolita, ſolvendi vel accipiendi debiti causâ. l.* 4. *C. h. t. l.* 4. *C. de Diſtr. pign. l.* 1. §. 3. *de Peric. & Commod. rei vend.* Ut debitor creditorem conſtituat in mora, neceſſe eſt, ut, ſi res mobilis ſit debita, ipſa offeratur, *l.* 13. §. 8. *de Act. empt.* ſin immobilis, ſola ſufficit denunciatio teſtato facta. *Nov.* 91. *cap.* 2. junct. *l.* 17. *de Peric. & Commod. l* 9. *Sol. matr.*

37. Ad conſtituendum debitorem vel creditorem in morâ ſufficit unica interpellatio. *l.* 32.

h.

h. l. 22. *de V. O. l.* 87. §. 1. *D. de Leg.* 2. arg. *l.* 1. *in f. de Act. empt.* Ad *l.* 32. §. 1. *h. l.* 38. *de Minor. l.* 122. §. 3. §. 5. *in f. de V. O. l.* 59. §. 5. *Mand. l.* 4. *de Bign. act. l. ult. C. de Uſur. pup.*, & ſi quæ ſunt aliæ, per quas, ſed ſine ratione, diſſentiunt alii, ut *Contius*, *Coſtalius*, & *Charondas*, facilis eſt reſponſio.

38. Niſi interpellatus juſtam habeat & ſonticam excuſationis cauſam. *l.* 21. *l.* 23. *l.* 24. *l.* 33. *h. l.* 21. *de Jud. l.* 63. *de Reg. jur.*

39. Mora ex re eſt, *in qua quis ſolo lapſu temporis, ſolutione condicti, ſine interpellatione conſtituitur. l.* 26. §. 1. *de Fideic. lib. l.* 3. *C. In quib. cauſ. in int.* Dies enim adjectus interpellat pro homine, & creditorem moleſtia monendi debitoris liberat. *l.* 23. *de O. & A. l.* 23. *de Rec. arb. l.* 4. §. *ult. de L. Comm. l.* 12. *C. de Contr. & Comm. l.* 38. *de Neg. geſt.*

40. Atque hoc ita in obligationibus in diem certum, non in diem incertum, vel ſub conditione, contractis. v. *l.* 213. *de V. S.* §. 4. *J. de V. Obl. l.* 10. *l.* 16. *de Cond. indeb. Wiſſenb. ad h. t. th.* 18. *Bronkh. Cent.* 2. *aſſert.* 8.; ubi recte reſpondetur ad argumenta *Ferretti*, *Contii*, & *Bachovii.*

41. In obligationibus puris non ſufficere temporis lapſum, ſed interpellatione opus eſſe, res ipſa loquitur. *d. l.* 32. *h. l.* 127. *de V. O.* exceptis caſibus, enumeratis in *l.* 3. *C. In quib. cauſ. reſ. l.* 13. §. 20. *de Act. emt. & l.* 5. *C. eod. l.* 20. §. 1. *D. de Fideic. lib. l.* 5. *de Minor. l.* 23. §. 1. *h. l.* 17. §. 5. *& l.* 43. *h. l.* 8. §. 1. *& l. ult. de Cond. furt.*

42. Effectus moræ, a creditore admiſſæ, eſt (1. quod, ſi debitor rem aut pecuniam obla-

tam

tam ſine culpa perdiderit, in bonæ fidei judiciis ei denegentur actiones. *l.* 30. *l.* 72. *in f. princ. de Solut.*; (2. in ſtricti juris judiciis debitori conſulatur per exceptionem doli mali. *d. l.* 72. *pr. eod. l.* 73. §. *ult. de V. O.*; (3. quod creditori negetur facultas diſtrahendi pignoris. *l.* 8. *C. de Diſtr. pign.*

43. Effectus moræ, à debitore commiſſæ, eſt (1. Quod rem ſui periculi faciat, omnemque in eâ caſum præſtet. *l.* 5. *de Reb. cred. l.* 23. *l.* 24. *l.* 82. §. 1. *de V. O.* &, versâ vice, creditor liberetur præſtando dolum, arg. *l.* 9. *Sol. matr. l.* 17. *de Per. & Comm.*; (2. perpetuet obligationem. *l.* 91. §. 3. 4. *de V. O. l.* 58. §. 1. *de Fidej. l.* 59. §. *pen. Mand.*; (3. in bonæ fidei judiciis faciat, ut uſuræ & fructus debeantur ex morâ. *l.* 32. §. 2. *l.* 38. *h.*

44. Qui effectus ceſſant (1. Si mora, ab utraque parte admiſſa, mutuâ compenſatione ſit ſublata. *l.* 57. §. *ult. de Contrah. empt. l.* 3. §. 3. *de Eo per quem fact. l.* 39. *Sol. matr. l.* 10. *de Compenſ.* (2. Si mora ſit purgata.

45. Fit autem purgatio moræ vel facto creditoris, juri ſuo tacite vel expreſſe renunciantis. *l.* 8. *pr. de Novat. l.* 72. §. 1. & 2. *de Solut.* vel debitoris, admiſſam moræ culpam, integri debiti oblatione, opportuno loco & tempore factâ, emendantis. *l.* 73. §. *ult. l.* 91. §. 3. *de V. O. d. l.* 72. §. 2. *l.* 8. *pr. l.* 17. *de Cond. furt.* modo oblatio fiat ante litem conteſtatam. *l.* 48. *de V. O. l.* 73. *de Procurat.*

TIT.

TIT. II.

De Nautico Fœnore. Cod. 4. 33. *Nov.* 106. *& Nov.* 110.

1. Nauticum fœnus eſt, *uſurâ promiſſa pro pecuniâ trajectitiâ, periculo creditoris trans mare vehendâ. l.* 1. *h. v. l.* 39. §. 8. *de Adm. tut.* Vocatur etiam *pecunia nautica. l.* 122. §. 1. *de V. O. l.* 1. §. 7. *Naut. Caup.*; *uſura nautica. Nov.* 106.; *uſura maritima. l.* 6. *h. t.*; *Fœnus maritimum*, Belgice, **Contract van Bodemerye.**

2. Hujus uſuræ ſors ex tempore, qua navem navigare convenit, periculo eſt creditoris, non debitoris. *l.* 3. *l.* 4. *h.* niſi (1. culpâ aut dolo debitoris perierit. *l.* 3. *C. h.* (2. niſi convenit, ut res debitoris periculo eſſet. *d. l.* 4. *l.* 1. *l.* 2. *C. h.*

3. Pro quo periculi pretio, non modo ſtipulatione, ſed & nudo pacto, creditori recte promitti, & ab ipſo exigi poſſunt uſuræ centeſimæ. *l.* 26. §. 1. *C. de Uſur. l.* 5. §. *ult. l.* 7. *D. h.* ita tamen, ut, quod excedit communem uſurarum modum, ceſſante periculo, non debeatur. *l.* 1. *C. l.* 4. *D. h.*

4. Cum autem incerti & transverſarii maris caſus & pericula graviſſimis uſuris in pecuniâ trajectitiâ locum fecerint, facile Prudentum interpretatione inductum eſt, ut eadem uſurarum quantitas exigi poſſet in ſorte, non modo per loca terreſtria, periculi & incerti eventus plena, vehendâ, ſed & aliâ quâlibet, cujus periculum in ſe creditor ſuſcepit. *l.* 5. *pr. h.* Quod Scævolæ Reſponſum uſuras admittit centeſimas, quoties quis ſub lege ſuſcipiendi periculi credidit, in omnibusque adeo negotiis, ex quibus *condi-*

ctio-

ctiones ſine causâ vel ob rem dati, ſortis nomine, naſci ſolent. *l.* 38. §. 3. *de Uſur. l.* 6. *de Don. int. V. & U. l.* 35. §. 3. *de Don. mort. cauſ.* exceptis negotiis, quæ in aleæ ſpeciem cadunt, ex quibus condictiones non naſcuntur. *l. ult.* §. 1. *D. Quar. rer. act. non dat. l.* 19. §. *ult. de Probat.* Atque ita, ſi pro *conditiones* legamus, quod facimus, *condictiones*, facili negotio intelligi poteſt *d. Lex.* 5., quæ mirum in modum Interpretum ingenia exercuit. vid. *Sand. lib.* 1. *Deciſ. tit.* 13. *defin.* 2.

TIT. III.

De Probationibus & Præſumptionibus. *Cod.* 4. 19.

1. Probatio eſt *rei dubiæ, de actore vel reo, coram judice, facta legitima fides.*

2. Eſt vel *artificialis*, vel *inartificialis. Quintil.* 5. *Inſt. Orat. c.* 1. & 12. Artificialis, quæ induſtriâ & arte, per neceſſaria argumenta, ex causâ, ejusque circumſtantiis deducitur. vide *l.* 2. *C. de Teſtib. l.* 2. *C. Quor. appell. non recip. l.* 19. *C. de R. V. l. ult. C. h. l.* 27. *l.* 34. *C. ad L. Jul. de Adult.* §. 11. *I. de Inut. ſtipul. l.* 14. *C. de Contr. & Commit. l.* 1. §. 4. *de Quæſt. l.* 5. §. 6. *D. de Re milit.*

3. Inartificialis eſt, *quæ fit per tabulas & teſtes. l.* 15. *C. de Fid. Inſtr. Paul. Rec. Sent.* 5. 5. §. 3.

4. Altera probationis diviſio eſt, quod alia ſit *plena*, alia *minus plena*. Plena eſt, quæ Judici plenam fidem facit, & ad ferendam ſententiam ſufficientem. Semiplena, quæ uno teſte, fugâ rei, ſcripturâ privatâ, comparatione literarum, famâ, vel aliâ ratione ſemiplenam, vel ple-

plenâ minorem fidem judici facit; adeoque non ſufficientem ad ſententiam ferendam, niſi alia indicia accedant. vide *l.* 3. §. 1. 2. *de Teſtib. l.* 31. *de Jurej. l.* 3. *C. de Reb. Cred. l.* 5. §. 6. *D. De Re milit. l.* 73. §. 5. *de Legat.* 3.

5. Quod verò in *l.* 9. §. 1. *C. de Teſtib.* dicitur, unum teſtem, etſi fide digniſſimum, ne quidem audiendum eſſe, accipiendum videtur de plenæ probationis effectu, ſi unius teſtimonium nulla alia probatione aut præſumptione confirmetur.

6. Juſjurandum, fama, fuga, præſumtio, confeſſio adverſarii, nôn ſunt propriæ & legitimæ probationes; vim tamen aliquam probandi habent, & generaliore probationis ſignificatione continentur. *l.* 5. §. 2. *l.* 11. §. *ult.* junct. *l.* 30. *de Jurej. l.* 11. *C. de Reb. cred. l.* 3. §. 2. *de Teſtib. l.* 28. §. 1. *de Bon. libert. l.* 7. §. 2. *de Suſp. tut. Nov.* 53. *c.* 4. licet ſola rei fuga ad probandum non ſufficiat. *l. un. C. de Rapt. Virg.* Fama, cum aliis indiciis & conjecturis conſentiens, præſumptionem, non plenam probationem inducit. *d. l.* 3. §. 2. *Quintil.* 5. 3.

7. Probatio per aquam ferventem, aut frigidam, ferrum candens, duellum, antiqua illa quidem, ſed hominibus communi ſenſu præditis, nedum Chriſtianis, indigna, & fidem vix apud pueros hodie inventura ludibria, meritò ex cenſu legitimarum probationum expunguntur. v. *Antiq. Friſior. Leges tit.* 14. atque ibi *notas Sibrandi Siccama. lib.* 2. *Feudor. tit.* 27. §. 3. *c.* 7. *&* 20. *cauſ.* 2. *q.* 5. v. T. *Decretalium, de Purgatione Canonicâ, & T. de Purgatione Vulgari.*

8. Probantur facta incerta & dubia. *l.* 16. *C. h. l.* 9. *C. de Collat. l.* 13. §. 2. *de Publ. act.* non

ma-

manifeſta, *l.* 11. §. 12. *de Act. empt.* multo minus jura; tum ob *l.* 2. *D. de Jur. & fact. ign.* tum quia judicem jus noviſſe oportet. *t. t.* C. *Ut quæ deſunt Advoc. part. jud. ſuppl.* vid. *Vinn.* 2. *Sel. Quæſt.* 11. & *Voet. ad h. t. n.* 8. Niſi (1. agatur de jure partis. *l.* 5. *pr. h. l.* 1. §. 2. *Quæ Sent. ſine app. reſcind. l.* 2. *C. Quand. app. nec. non eſt.* (2. de jure incerto, & incuria vel oblivione oblitterato. (3. de conſuetudine; quæ cum facti ſit, ex conſenſu populi, tractu temporis, & rebus judicatis probanda eſt. *l.* 4. *C. Quæ ſit long. conſ. l.* 4. *de Cuſtod. reor. l.* 3. *C. de Ædif. privat.*

9. Probare eſt affirmantis, non negantis; actoris, non rei. *l.* 2. *l.* 21. *D. l.* 2. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 20. *l.* 23. *C. h.* §. 4. *I. de Legat. l.* 4. C. *de Edend.* Niſi (1. Reus excipiendo induat perſonam actoris. *l.* 19. *D. l.* 1. *C. h. l.* 1. *de Except.* (2. Niſi gravis contra reum militet præſumptio. *l.* 3. *l.* 12. *h.* (3. Niſi is onus probandi ultro in ſe ſuſcipiat. *l.* 14. *h.*

10. Qui negat, adeo non cogitur probare, ut negationis puræ, nullis temporis, locive, aut aliis circumſtantiis munitæ, nulla per rerum naturam poſſit eſſe probatio. *l.* 10. *C. de Non num. pec. l.* 23. *C. h.* negatio vero ita concepta, ut vim & poteſtatem habeat affirmationis, probari poteſt & debet. Exempla v. in *l.* 5. §. 1. *l.* 8. *l.* 15. *h. l.* 1. *C. de Cond. ob turp. cauſ. l.* 5. *C. de Codicil. l.* 10. *Ex quib. cauſ. maj.* §. 11. *I. de Inut. Stip. l.* 14. *C. de Contr. & comm. ſtip.*

11. Sed nec poſſeſſor, utpote ſolo poſſeſſionis commodo tutus, probare, aut detentionis ſuæ titulum edere cogitur. *l.* 2. *C. h. l.* 24. *D. l. ult. C. de R. V.* § 4. *I. de Interd. l.* 11. *C. de Pe-*

tit. Her. v. tamen §. 2. *I. de Action.* Scilicet hæc regula fallit in actione negatoria & confeſſoria, de quibus accipienda ſunt verba ultima *d.* §. 2. ubi pro *uno caſu* leg. *hoc uno caſu.*

12. Modum formamque probationis quod attinet, facienda probatio (1. Judici, non adverſario. *l.* 12. *in f. h. l.* 3. §. 1. & 2. *de Teſtib. l.* 1. *C. de Cond. ob turp. cauſ. l.* 79. §. 1. *de Judic.* (2. In Judicio. *l.* 18. *Comm. div.* (3. Legitimo tempore à judice definiendo, vel à conſuetudine cujusque judicii definito. *l.* 3. *in f. de Teſtib. l.* 1. *C. de Dilat. l.* 38. *de Exc. tut. l. pen. princ. C. de Reb. Cred. l.* 3. §. 5. *D. de Carb. Interd.* aliquando etiam ante litem conteſtatam, ſi metus ſit, ne teſtes morituri, vel peregre abfuturi ſint. *l* 40. *ad L. Aq. Auth. Sed & ſi quis. C. de Teſtib.* ſemper ante cauſæ concluſionem. *Auth. Jubemus. C. de Jud. Nov.* 115. *c.* 2. *Auth. Atqui C. h.* niſi quod in cauſis criminalibus etiam poſt ſententiam locus ſit probationi innocentiæ. *l.* 1. §. *ult. de Quæſtion. l.* 6. *de Appell. l.* 27. *de Pœn.*

13. Effectus probationis *plenæ* eſt, ut judex ſecundum eam certam ſententiam ferre, & litem dirimere poſſit. *l.* 3. §. 2. *de Teſtib.* §. 32. *I. de Act. Semiplenæ* effectus eſt, delatio jurisjurandi ſuppletorii, actori, ad confirmandam probationis fidem, facienda, quod ſi ne quidem ſemiplene probatum ſit, locus eſt jurejurando purgatorio, à parte rei, ad elevandam fidem præſumptionum, quibus oneratur. v. *l.* 3. *C. de Reb. cred. l.* 6. *C. h. t.*

14. Sed & plures rationes, & præſumptiones, licet ſingulæ inefficaces, conjunctæ, plenam poſſunt efficere probationem, ut, quæ non proſunt ſingulæ, multa juvent. *l. ult. C. h. l.* 19. *C. de*

de R. V. l. 57. §. 1. *de R. N.* Aliud juris eſt in pluribus excuſationum cauſis imperfectis. *l.* 15. §. 11. *de Exc. tut. l.* 1. *in fin. de Vacat.* Ratio differentiæ eſt, quia probatio eſt favorabilis, excuſatio autem a muneribus publicis eſt odioſa & reſtringenda. Quantum autem fidei vel ſingulis, vel conjunctis probationibus habendum ſit, judicis, *l.* 3. §. 1. 2. *l.* 21. §. *ult. de Teſtib. l* 79. §. 1. *de Jud.*, quid ſecundum probata facta judicandum, legis arbitrium eſt. *l.* 1. §. 4. *ad SC. Turp. l.* 15. *D. ad Munic.*

15. In omnibus certa & clara, ſed maxime in capitalibus, requiritur probatio. *l. ult. C. h. l.* 5. *D. de Pœn. l.* 16. *C. eod.* ita tamen, ut ad eam ſufficiant non modo teſtes, inſtrumenta, confeſſiones, ſed & indicia, ſi non exploratæ veritatis, certé probabilia. *d. l. ult. l.* 1. §. 4. *de Quæſt. l.* 22. *C. ad L. Corn. de Falſ. l.* 27. *l.* 34. *C. ad L. Jul. de Adult. l.* 19. *C. de R. V. l.* 5. §. 6. *D. de Re milit.* vid. *Sand. l.* 5. *Deciſ. tit.* 9. *defin.* 14. *Voet. ad h. t. n.* 18.

16. Præſumptio eſt *fidei quædam ex probabilibus argumentis facta inductio & collectio.*

17. Eſtque alia Juris ſeu Legis, alia Hominis ſeu Judicis. Præſumptio Juris eſt vel talis ſimpliciter, vel juris & de Jure.

18. Præſumptio Juris eſt, *qua lex id, quod ex certis argumentis colligitur, ita verum haberi vult, ut is, contra quem militat hæc præſumptio, onus probandi contrarium in ſe ſuſcipere poſſit.* Exempla v. in *l.* 3. *l.* 12. *l.* 24. *l.* 25. *h. l.* 3. *in f. l.* 4. *de Adim. leg. l. ult. C. Arbit. tut. l.* 1. *de Litter. obl. l.* 2. *l* 3. *D. de Pact. l.* 51. *Pro ſoc. l. pen.* §. 1. *de R. N. l.* 6. *de His, qui ſunt ſui vel al. jur. l.* 5. *de In jus voc. l.* 14. *C. h.*

 19. Præ

19. Præſumptio Juris & de Jure eſt, *qua lex ex argumentis veriſimillimis quid præſumit, & præſumpto, tanquam rei compertæ & exploratæ, pleniſſimam fidem tribuit, nec probationem in contrarium admittit.* Exempla v. in *l. ult. in f. C. ad Sc. Mac. l. 23. C. ad Sc. Vellej. l. 1. §. ult. de Minor. l. 53. de R. J. §. 1. Inſt. Quib. non eſt perm. l. ult. C. Arbitr. tut.*

20. Præſumptio Hominis, ſive Judicis, eſt *conjectura ex probabilibus negotii circumſtantiis & ex communi hominum judicio per judicem inducta & deſumta; quæ pro veritate habetur, donec contrarium probetur; pariter, ut præſumptio juris.*

21. Fictio Juris eſt *Legis diſpoſitio, quâ aliquid ex æquitate & juſtâ causâ fingitur, quod revera non eſt, excluſa probatione contrarii.* Vel: *Legis, adverſus veritatem, in re poſſibili, ex juſtâ causâ, facta diſpoſitio.* Exempla vide in *§. 5. 6. I. Quib. mod. patr. poteſt. princ. I. de Excuſ. tut. §. 4. I. de Adopt. §. 4. 5. I. de Act. l. 7. l. 25. l. 26. de Stat. hom. l. 14. §. 1. de Per. & Comm. rei vend. l. 1. C. de Don. §. 43. I. de Rer. div. l. 3. §. pen. de Don. int. V. & U. §. 1. I. de Teſt. ord. l. ult. C. de Emanc. l. 2. l. 5. de Inoff. teſt. §. 1. I. de Capit. min. Noodt. 3. Probab. 12. Alteſerr. de Fict. Jur.* De fictionibus Juris ſervanda eſt regula generalis, quod habeant parem vim cum veritate, & tantum operentur in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero, ſi modo fictio per rerum naturam poſſit eſſe vera, & eædem concurrant circumſtantiæ, in quibus veritati locus eſſe poſſit. *§. 4. 8. & 9. Inſt. de Adopt. l. 13. & 14. de Inter. in Jur. §. 43. Inſt. de R. D.* junct *l. 74. de Contr. emt. & l. 1. §. pen. de Acq. poſſ.*

TIT.

TIT. IV.

De Fide Inſtrumentorum, & Amiſſione eorum. Cod. 4. 21.

1. Inſtrumenti nomine venit (1. Omnis apparatus, quo quælibet res ſit inſtructior vel auctior. §. 17. *Inſt. de Legat. l.* 12. & *t. t. de Inſtr. vel inſtr. leg.* (2. Quo judici intentionis noſtræ fides & probatio ſit in judicio, ut complectatur & teſtes & tabulas. *l.* 1. *h. t. l.* 99. §. 2. *de V. S. l.* 53. §. 1. *de Evict.* (3. Scripturæ & tabulæ à teſtibus diſtinctæ. *l.* 15. *C. h. t. l.* 5. *C. de Prob. l.* 4. *C. Comm. div.* Atque hoc ſenſu inſtrumentum nihil aliud eſt, quam *ſcriptura ad fidem rei geſtæ confecta, vel adhibita. add. ll. l.* 5. *de Pign. & Hyp. l.* 4. *h. t.* Licet non ſit in eum finem & uſum compoſita. Sic dicimus, *probationibus inſtruere cauſam*, id eſt, probare, *l.* 15. §. *ult. de Quæſt.* ubi pro *inſtituere* leg. *inſtruere. l.* 53. §. 1. *de Evict. l.* 5. *de Jur. delib.* Sic & in *l. ult. C. ad L. Corn. de Falſ.* pro *ſtricta inſtantia* leg. cum Haloandro *inſtructa inſtantia.* vid. ibi *Gothofr.*

2. Eſt vel *publicum*, vel *privatum.* Publicum eſt, *quod publicâ auctoritate confectum & munitum eſt.* Eſtque vel *vere*, vel *quaſi publicum.* Vere publicum eſt, quod certa Magiſtratus auctoritate eſt conſcriptum & confirmatum, ut ſunt Acta publica. *l.* 29. §. 1. *D. de Probat.* §. *ult. I. de Adopt.* §. 2. *I. de Don. Sueton. in Cæſ. c.* 20. *in Aug. c.* 36. *in Tib. c.* 5. *in Calig. c.* 8. Tabulæ Cenſuales. *l.* 10. *de Probat.* Alba. *l.* 7. *de Juriſd. t. D. de Alb. ſcrib.* Apochæ publicæ. *t. C. de Apoch. publ.* (X. 22.) *l.* 6. *C. de Suſcep-*

tor. (X. 70.) quæque ex archivis publicis producuntur. *Auth. ad hæc. C. h.* atque alia literarum monumenta, a perſonis publicis, auctoritate publicâ confecta.

3. Quaſi publicum eſt, *quod, licet publicâ auctoritate deſtitutum, certâ tamen ſolemnitate compoſitum, vim & effectum inſtrumenti vere publici habet*, ut ſunt inſtrumenta à Tabellionibus, privatâ auctoritate, conſcripta. *l.* 17. *C. h. Nov.* 44. *c.* 1. 2. ſive à privato, adhibitâ trium teſtium vel plurium ſubſcriptione. *l.* 11. *C. Qui pot. in pign. l.* 2. *D. Teſtam. quem. aper. l.* 23. *C. ad SC. Vellej. Nov.* 73. *c.* 2.

4. Sunt autem Tabelliones *perſonæ publicæ, ab eo, qui ſummam in Republica poteſtatem habet, conſtitutæ, ut ſuper negotiis honeſtis & licitis inſtrumenta conficiant. l.* 10. §. 1. *D. de Edend. l.* 21. *C. ad L. Corn. de Falſ. l.* 15. *C. de Decur. Nov.* 44. 47. 73. *c.* 5. *& ſeq.* quod olim JCtorum officium fuit. v. *l.* 88. §. *ult. de Legat.* 2.

5. Quorum in locum cum hac in parte ſucceſſerint Tabelliones, requiritur in iis haud dubie etiam juris peritia. *Nov.* 66. *c.* 1. Scilicet ad minimum ſcientia juris hodierni & forenſis: *l.* 2. §. 43. *de O. J.* Atque hi differunt a Tabulariis: *pr. d. Nov.* 44. ut & à Notariis. vide *l. ult.* §. *ult. Si menſ. falſ. l.* 1. §. 6. *de Extr. cogn. t. C. de Tabular.* (X. 69.) Sed & ipſi Tabelliones poſterioribus temporibus *Notarii* dicti ſunt; quorum & *Librariorum* appellatione alioquin continentur proprie quilibet ſcriptores, vel integris literis, vel notis & literarum compendiis, aliorum dicta ſcriptave excipientes. v. *l.* 33. §. 1. *Ex quib. cauſ. maj. l.* 40. *de Teſtam. mil. l.* 9. §. 4. *de Her. inſt. l.* 6. §. *ult. de Bon. poſſ. t. C. de*

pri-

nicer. & *ſecundic.* & *notar.* (XII. 7.) *Suet in Cæſ. c.* 14. *in Galb. c.* 5. *in Claud. c.* 35. *l.* 92. *de R. J.*

6. In publicis Tabellionum inſtrumentis requiritur (1. Nomen regnantis Imperatoris. *Nov.* 47. *c.* 1. (2. Conſulum expreſſio. *Nov.* 74. *c.* 4. §. 1. (3. Numerus Indictionis. *d. Nov.* 47 *c.* 1. §. 1. *d Nov.* 74. *c.* 7. Sunt autem Indictiones præſtationes & tributa, ſeu annonariæ functiones. *l.* 28. *de Uſufr. leg. l.* 3. *C. de Annon. & tribut.* (X. 16.) *l. C. de Indictionib.* (X. 17.) quarum *canon*, id eſt, præſtatio, cum quotannis indiceretur, haud dubie factum eſt, ut indictio aliquando ſignificet annum, ſed incertum; quare etiam quandoque 15. annorum ſpatium. v. *l.* 18. *l.* 35. *C. Theod. de Annon. & Tribut.* Hinc ſæpe promiſcue in Theodoſiano & Juſtinianeo Codice legitur, Anno, Canone quinto, Indictione, Fuſione quinta &c. v. *l.* 27. §. 3. *D. de Uſufr. l.* 6. *C. Theod. de Indulg. tributor.* Fuſio autem idem eſt, quod indictio tributorum, *d. l.* 27. §. 3. ubi recte legitur *Fuſiones.* vid. *Voet. ad Tit. de Uſufr. n.* 37. Ratio loquendi eſt deſumta à moneta. *l.* 2. *C. de Falſ. mon.*

7. (4. Requiritur menſis & dies. *d. Nov.* 47. *c.* 1. §. 1. *d. Nov.* 74. *c.* 4. §. 1. *l.* 1. *C. de Apochis publ.* (X. 22.) (5. Ut tempora, quæ Latinis litteris deſignantur, apertius & plenius deſcribantur. *Nov.* 47. *c.* 2. (6. Locus rei geſtæ, arg. *l.* 14. *C. de Contr. & Comm. Stip.* (7. Exacta & accurata rei geſtæ ſeries. *d. Nov.* 47. *c.* 1. §. 1. (8. Teſtium præſentium nomina, *Nov* 73. *c.* 5. ita tamen ut regulariter ipſorum teſtium ſubſcriptio neceſſaria non ſit. *d. Nov.* 73. *c.* 5. *l.* 31. *C. de Don. l.* 17. *C. de Fide Inſtrum.* (9. Nomen & ſignatio Tabellionis. (10. Ut Tabellio

ſe rogatum ſcribat. (11. Ut iis, ad quos negotium pertinet, id, quod ſcriptum eſt, prælegatur. *l.* 39. §. 1. *de Legat.* 3. *d. Nov.* 47. *C.* 12. Ut ſcribantur in chartis à Comite Largitionum præparatis, ſeu brevi annotatione, quam Protocollum vocat Juſtianus, munitis. *Nov.* 44. *c.* 2. *l. unic. C. de Off. Com. Sacr. Larg.* (1. 32.)

8. Non autem requiritur invocatio nominis Divini, nec in *Nov.* 44. 47. 73. *c.* 5. nec alibi. Neque ut inſtrumenta in pergameno, ſeu membranâ ſcribantur. v. §. 12. *I. de Teſt. ord. L.* 1. *de Bon. poſſ. ſec. tab. Nov.* 44. *c.* 2. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 20.

9. Quod ſi hæc requiſita neglecta fuerint, inſtrumenti fides elevatur, non plane tollitur. *l.* 8. *de Stat. Hom. l.* 92. *de R. J. l.* 1. *C. Plus val. quod ag. L.* 17. *l.* 24. *C. de Teſtam. l.* 9. §. 2. *de Her. inſt.* Ratio eſt in *l.* 6. §. 1. *de Off. Præſ.*

10. Inſtrumenta privata ſunt, *quæ à privatis perſonis, ſine auctoritate publicâ componuntur. l.* 11. *C. Qui pot. in pign.* qualia ſunt chirographa, ſeu cautiones, quibus quis ſe debere fatetur. *l.* 40. *de Reb. cred. l.* 3. *C. de Non num. pec. l.* 2. §. 1. *D. de Pact. l.* 59. *de Leg.* 3. vel in quibus aliud quid privatâ auctoritate conſcriptum eſt. *l. pen. Qui teſt. fac.* Syngraphæ, *Suet. in Cæſ. c.* 23. *Aſcon. Ped. in Verr. I.* Apochæ, *l.* 19. §. 1. *de Acceptil. l.* 14. §. 2. *C. de Non num. pec.* Antapochæ, *l.* 19. *C. h.* Codices rationum, ſeu libri accepti & expenſi. *pr. I. de Litt. obl.* Kalendaria. (v. *Tit. de Uſur. th.* 14.) Epiſtolæ. *l.* 34. *l. ult. Mand. l.* 26. §. 2. *Depoſ. l.* 29. *de Prob.* Atque his quidem privatis inſtrumentis ſua conſtat fides & auctoritas, etiamſi nec diem habeant, nec conſulem. *l.* 34. §. *pen. de Pignor.* ita tamen ut

ra-

rationes cum die & conſule ſcribendæ & edendæ ſint. *l.* 1. §. 2. *de Edend.* Ratio eſt, quia alioquin rationes non poſſent refutari, ſi forte dolo aut culpa male eſſent conceptæ. **vid.** *tit. de Edend. tb.* 8.

11. (2. Inſtrumenta ſunt vel *Authentica*, vel *Exempla. l.* 2. *b. l.* 4. §. *ult. Fam. erc.*

12. Authentica (quæ barbare originalia, Veteribus *exemplaria*, & interdum *exempla* dicuntur, v. *l.* 10. *Teſtam. quem. aper. l.* 47. *de Leg.* 2. *l.* 24 *Qui teſt. fac. l. ult. de His, quæ in teſt. del.*) ſunt, *quæ per ſe, & inſita vi, probandi auctoritatem habent.*

13. Exempla, ſeu *copiæ*, quas vocant, ſunt, *quæ non ſua, ſed authenticorum, unde deſcripta ſunt, vi & poteſtate probant, quatenus cum iis ad amuſſim conſentiunt.* v. *l.* 4. §. *ult. & l.* 5. *Fam. erc. l.* 1. §. 7. *de Bon. poſſ. ſec. tab.* Excerpta autem, ſive compendia Novellarum, Codicis Legibus ſubjecta, non recte vocantur *Authenticæ*, ſed rectius vocarentur *Exempla*, quia ipſæ Novellæ ſunt Authenticæ.

14. (3. Inſtrumenta alia ſunt Propria, alia Communia; alia Aliena. De quibus tenenda regula eſt, quod quiſque neceſſe habeat inſtrumentis propriis, ad probationem intentionis ſuæ, uti, nec ea ab adverſario exigere poſſit. *l.* 7. *C. de Teſtib. l.* 4. §. *ult. C. de Ed.* niſi inſtrumenta ad cauſam Fiſci pertineant. v. *l.* 2. §. 1. 2. *de Jur. Fiſci. l.* 3. *de Edend.*

15. Inſtrumentorum communium promiſcuus & communis inter ſocios aut conſortes eſt uſus. *l.* 7. *C. de Edend.* In quibus cuſtodiendis ſemper ſenior juniori. *l.* 5. *de Jur. immun. l.* 77. §. 21. *de Legat.* 3. & amplioris honoris inferiori, & mas

feminæ, & ingenuus libertino, *l. ult. D. h. t.* & is, cujus magis, illi, cujus minus intereſt, præfertur. *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *D. Fam. Erc.* Quin &, majoris ſecuritatis ergo, apud virum bonum aut in æde ſacra deponuntur. *d. l.* 4. §. *ult. l.* 3. §. 3. *l. ult. D. de Tab. Exhib.* v. *tit. Depoſ. theſ.* 44.

16. Aliena inſtrumenta non recte petuntur edi a domino contra tertium, niſi dominus nihil detrimenti, is autem, qui petit, plurimum commodi inde accepturus ſit. *l. ult. C. h.* v. *l.* 2. §. 5. *de Aqua pluv. l.* 38. *de Evict.*

17. Effectus ad probationem alius eſt inſtrumentorum publicorum, alius privatorum, alius authenticorum, alius exemplorum.

18. Publica plenam & omni exceptione majorem merentur fidem. *l.* 10. *de Probat. l.* 31. *C. de Don. l.* 15. *inf. C. de Teſtib. l. ult. C. de Re jud.*

19. Sola authentica, non exempla, probant. *l.* 2. *h. d. l. ult. de Prob. l.* 7. & *Auth. Si quis C. de Edendo.* niſi certa ſint & fide publicâ deſcripta, *arg. l.* 57. *de Admin. tut. l.* 2. *C. de Teſtam.* Præterea requiritur, ut cum authenticis ſint collata, & deſcriptio, vel ſaltem collatio facta ſit, citata parte adverſa, arg. *l.* 39. *de Adopt. l.* 47. *de Re Jud.* qualia inſtrumenta barbare vocantur *vidimata*; Belgice **geauthentiſeerde Coppen** *Wiſſenb. ad h. t. th.* 24. *Voet. ad h. t. n.* 7.

20. Inſtrumenta privata, quæ teſtibus deſtituta ſunt, non probant niſi contra ſcribentem. *Cic. pro Quint. c.* 24. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *C. de Prob. l.* 26. §. *ult. Depoſ. l. ult. C. de Conveniend. Debit. fiſc.* (X. 2.) *l.* 26. *de Donat. l.* 13. *C. de Non num. pec.* Niſi (1. ab adverſario producta ſint; tum enim aliquid pro ſcribente probant, arg. *l.* 17. *C. de Teſtib.* (2. Niſi morte ſcribentis aliiſque argumen-

mentis, aut jurejurando ſint confirmata, arg. *d. l. 6. C. de Prob.* (3. Niſi privatâ parentum ſcripturâ nativitas & ſtatus liberorum probetur. *l. 16. l. 29. de Prob.* Supr. *tit. de Minor. th. 2. Wiſſenb. ad h. t. th. 23. Voet. ad h. t. n. 12. 13.*

21. Privatis publicisque inſtrumentis commune eſt, quod eandem vim obtineat fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium. *l. 15. C. h.* niſi quod (1. Cenſus & monumenta publica potiora ſint teſtibus. *l. 10. de Prob.* (2. Contractus, quos in ſcriptis celebrari pacto convenit, non niſi perfectis & plene abſolutis inſtrumentis probentur. *pr. Inſt. de Emt. vend. l. 17. C. h.* (3. Quod crimina non recte probentur ſcriptis à Notario, vel alio, teſtium depoſitionibus, ſed ipſi coram ſint examinandi. Teſtibus enim, non teſtimoniis credendum eſt. *l. 3. §. 3. 4. de Teſtib. l. 10. §. 5. de Quæſt. Quintil. 5. Inſt. Orat. c. 7.* vide tamen *l. 22. C. ad L. Corn. de Falſ. l. 2. C. Quor. app. non recip. l. ult. C. de Prob. tit. ſeq. th. 27.*

22. Atque hinc eſt, quod teſtes non recipiantur contra inſtrumenta, etiam teſtium auctoritate munita. *Paul. Rec. ſent. 5. 15. 4.* qui ſenſus eſt *l. 1. C. de Teſtib.*, ratio eſt in §. 11. 16. *I. de Inut. ſtip. l. 1. l. 14. C. de Contr. ſtip. l. 30. de V. O.* Scilicet quia pro omni inſtrumento militat duplex præſumptio, ſcilicet veritatis & præſumptionis. Niſi (1. teſtes, quorum auctoritate inſtrumentum nititur, ejus fidem elevent. *Nov. 73. c. 3.* (2. Niſi quinque teſtes adſciti rogatique ſolutioni adfuerint, pecuniamque, inſtrumento promiſſam, ſolutam eſſe jurent. *l. 18. C. de Teſtib. Nov. 90. c. 2.* Alioquin chirographum non poteſt refelli, niſi apocha, vel alio ſcripto in-

ſtru-

ſtrumento. *l.* 25. §. *ult. de Prob. l.* 19. §. 1. *de Acceptil. l.* 14. *C. de Solut.* (3. Niſi in caſu *l.* 27. *C. de Teſtam.*

23. Sed nec inſtrumenta, quæ ſe ad aliorum inſtrumentorum fidem & auctoritatem referunt, probant, niſi ea proferantur, cum illiſque conſentiant. *Nov.* 119. *c.* 3. *Auth. Si quis. C. de Edend. l. ult. D. de Prob.* Sic etiam leges, quæ ſe ad aliorum legum auctoritatem referunt, non probant, niſi cum illis conſentiant, adeoque nec authenticæ Codici inſertæ, niſi conveniant cum Novellis, unde deſcriptæ ſunt, vid. *Voet. ad h. t. n.* 8.

24. Cæterum cum inſtrumenta non probent contra ſcribentem, niſi quem conſtat ſcripturæ auctorem eſſe, conſequitur, ſi quis inſtrumentum à ſe ſcriptum neget, id probandum eſſe tum aliis modis, tum comparatione literarum; quæ facienda præſtito prius jurejurando, per ſcripturam ejusdem rei, tribus teſtibus munitam, vel aliam omni exceptione majorem. *l.* 20. & *Auth. Ad hæc. C. h. Nov.* 73. *pr. c.* 1. 4. 7. *l.* 13. *C. de Non num. pec. l.* 22. *C. ad L. Corn. de Falſ.* Obſervandum tamen, comparationem litterarum non ſolide & liquido probare, ſed aliquando eſſe remedium dubium & fallax probandæ veritatis. vid. *d. Nov.* 73. *in præf.* in verbis: *non itaque ſcribit Juvenis, ut Senex ac forte tremens.* Pœna ejus, qui per mendacium propriam ſcripturam inficiatur, eſt, quod teneatur in duplum pecuniæ, vel alterius rei, inſtrumento obligatorio, ſive chirographo, promiſſæ. *Authent. contra C. de Non num. pec.* quod convenit cum Statutis urbis Ultrajectinæ: vid. *Rubric.* 7. *art.* 7. Cujus dupli dimidia pars dicto jure Ultrajectino ap-

applicatur creditori, altera autem Fiſco, ſed jure Romano tota pœna cedit commodo creditoris. *l.* 10. *de Jur. Fiſc. l. ult. de Litigioſ.*

25. Producenda ſunt inſtrumenta, ut aliæ probationes, plerumque poſt litem conteſtatam, vel ante, in exceptionibus litis ingreſſum impedientibus. Qualis eſt exceptio litis finitæ, & exceptiones fori declinatoriæ. Quin &, ex juſtâ causâ, poſt Cauſæ concluſionem, ſi nova inſtrumenta inventa ſint. Sed res judicata, ſub prætextu inſtrumentorum poſtea repertorum, inſtaurari non poteſt. *l.* 4. *C. de Re jud.* niſi (1. Cauſa ſit publica. *l.* 35. *de Re jud. l. unic. C. de Sent. adv. Fiſc. lat.* (X. 9.) (2. Sententia ſit lata ex jurejurando, per judicem delato. *l.* 31. *de Jurej.* Ratio eſt, quia ſententia, hoc caſu lata, eſt in cauſa dubia, in qua jurans fuit teſtis in propria cauſa; vid. *l. ult. C. de Fideic. l.* 1. *D. Quar. rer. act. non det.* (3. Poſterius teſtamentum inventum ſit, mutatam teſtatoris voluntatem complectens, *arg. l. ult. C. de Reb. cred. l.* 3. §. 1. *l.* 6. *D. de Tranſ.* (4. Dolo adverſarii factum ſit, quo minus inſtrumenta ante ſententiam ſint reperta, *arg. l.* 19. *C. de Tranſ.*

26. Fit autem productio ſumptibus producentis. *l.* 4. §. *ult. de Edend. l.* 10. *l.* 11. *de Rei vind. l. ult. in fine. C. h. l.* 3. §. 4. *D. de Teſtib.* Qui tamen ſumptus, ſi cauſam obtineat, a temerario litigatore ei refundendi ſunt. *l.* 79. *de Judic. l.* 13. §. 7. *C. eod. l.* 1. *de Pœn. tem. litig.*

27. Fides inſtrumentorum elevatur, & ſuſpecta redditur per ſimulationem. *t. t. C. Plus val. quod ag.* Veluti ſi inſtrumento inſerta ſit perſona, quæ revera non contraxit, vel alia res, quam de qua actum eſt. *l.* 10. *C. de Diſtr. Pign.*

l. 7.

l. 7. §. 2. *& ſeq. D. de Donat. int. V. & U. Voet. ad h. t. n.* 15. ut & per cancellationem & raſionem. *l.* 24. *D. de Probat.*

28. Amiſſo inſtrumento, minime amittitur jus inſtrumento comprehenſum, modo & caſus amiſſionis, & argumentum inſtrumenti aliunde probetur. *l.* 1. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6 *l.* 7. *l.* 8 *l.* 10. *l.* 11. *C. h. l.* 2. *C. de Teſtam. l.* 57. *de Adm. tut. l.* 27. §. 2. *de Furt l.* 18. *in fin C. de Teſtib* ubi pro *cauſam* leg. *caſum*, ut conſtat ex verbis præcedentibus, pro *teſtem* autem leg. *teſtes*, niſi velimus numerum ſingularem accipere pro plurali, ut ſaepe fit: vid. *l.* 158. *de V. S.* Ratio eſt, quia inſtrumenta ad probationem; non ad naturam & perfectionem rerum, ſuper quibus conficiuntur, pertinent. *l.* 4. *de Pign. l.* 4. *l.* 5. *D. h. l.* 17. *C. de Pact. l.* 31. *de Donat. l.* 9. *C. Loc. Cond. l.* 28. *de O. & A. l.* 12. *C. de Probat.* Ita tamen, ut huic regulæ etiam tunc locus ſit, quando ſcriptura pertinet ad perfectionem & eſſentiam ac ſolemnitatem negotii; Leges enim loquuntur indiſtincte; *l.* 1. *C. h. t.* (ubi pro *abſolutionem* leg. *ſolutionem*) *Nov.* 7. *in præf.* §. 1. *Nov.* 74. *cap.* 4. *Nov.* 117. *cap.* 4. *l.* 11. *C. de Teſtam. l.* 17. *C. h. t pr. Inſt. de Emt. vend.* ubi exſtant exempla caſuum, in quibus ſcriptura pertinet ad eſſentiam & perfectionem negotii, modo probetur, ſcripturam ea de re ab initio vere confectam fuiſſe; arg. *d. l.* 18. *in fin. C. de Teſtib.* Hinc conſequitur inter alia; protocollo Notarii non exſtante, inſtrumentum publicum tamen fidem facere. *l.* 17. *C. h. t. l.* 57. *de Admin. Tut. l. ult. C. de Re Jud. Wiſſenb. ad h. t. th.* 25. *Voet. ad h. t. n.* 7. Si chirographum amiſſum, vel debitum in confeſſo ſit, aut alio modo probatur, debitor non

pot-

poteſt ſub prætextu, quod chirographum ſibi reddi nequeat, ſolutionem detrectare, ſi creditor paratus ſit, apocham, ſive confeſſionem ſolutione dare; vid. *l.* 14. *C. de Solut.* junct. *l.* 2. *de Condict. ex Leg. Voet. ad h. t. n.* 22.

TIT. V.

De Teſtibus. Cod. 4. 20.

1. TEſtes ſunt *perſonæ ad fidem rei geſtæ faciendam adhibitæ.*

2. Teſtes eſſe poſſunt omnes, qui non prohibentur. *l.* 1. §. 1. *h.* Prohibentur autem (1. Servi. *l.* 11. *& Auth. Si teſtis. C. h.* niſi alia probatio ad eruendam veritatem deficiat. *l.* 7. *h. l. ult. de Suſp. tut. l.* 22. *C. de Adm. tut.* Pro domino, *l.* 6. *l.* 24. *h.* aut contra dominum adhiberi nullâ ratione poſſunt. *l.* 8. *C. h. l.* 1. §. 16. 19. *l.* 18. §. 5. *D. de Quæſtion. l.* 7. *C. eod.* (ubi pro *invito.* leg. *invita.* ut patet ex inſcriptione; præterea ibi notanda ſunt verba: *vocem rumpere:* vid. *Virg.* 2. *Æneid.* 129. *&* 10. *Æneid.* 63. *&* 64.) & quidem in cauſis pecuniariis, licet aliæ probationes deficiant. *l.* 1. *C. de Quæſt.* In criminalibus atrocioribus contra dominos audiri & torqueri poſſunt. *d. l.* 1. *& l.* 13. *C. de Quæſt. l.* 53. *de Judic.*

3. (2. Furioſi & mente capti. *l.* 20. §. 4. *Qui teſt. fac.* & prodigi. §. 6. *I. de Teſt. ord.* junct. *l.* 40. *de R. J.* Qui non audiuntur in negotiis ſolennibus ad præſtandum teſtimonium ſolennitatis, quando requiritur certus numerus teſtium, ſed maxime in judiciis, ubi facti probatio requiritur. *l.* 13. *h. t.*

4. (3.

4. (3. Impuberes. *l.* 3. §. 5. *l.* 19. §. 1. *h.* *l.* 4. *de In lit. jur.* *l.* 34. §. 2. *de Jurej.* junct. *l.* 9. *C. h. l.* 15. §. 1. *de Quæſtion.*

5. (4. Minores viginti annis in criminibus, ſi ab accuſatore producantur. *l.* 20. *h. t.* Quanquam produci poſſunt ad probandum innocentiam.

6. (5. Inteſtabiles, *l.* 18. §. 1. *l.* 26. *Qui teſt. fac.* §. 6. *I. de Teſt. Ord. l.* 21. *h. l.* 5. §. 9. *de Injur.* aliique inſigniter infames. *l.* 3. *pr.* & §. 5. *l.* 13. *h.* Item ex *L.* XII. Tabularum antetatus & libripens, ſi teſtimonium perhibere detrectasſent. *Gell.* 15. 13. Pagani, apoſtatæ & inſigniores hæretici, ſcilicet contra orthodoxos, non autem contra alias hæreticos. *l.* 4. §. 5. *l. pen. C. de Hær. & Manich.*

7. (6. Mulieres in teſtamentis. *l.* 20. §. 6. *Qui teſt. fac. l.* 18. *h.*

8. (7. Quiſque prohibetur eſſe teſtis in propriâ cauſâ. *l.* 3. *l.* 10. *D. l.* 10. *C. h. l.* 1. §. 11. *Quand. app.* quod tamen fallit in legatariis & fideicommiſſariis. *l.* 14. *de Reb. dub.* §. 11. *Inſt. de Teſt. Ord.*

9. (8. Patroni & Procuratores in cauſâ, in quâ patrocinium præſtiterunt. *l. ult. h. Gell. l.* 5. *c.* 13. Ratio eſt, ne arcana cauſæ manifeſtare cogantur. Idem juris eſt in executoribus negotiorum: *d. l. ult.* per quos intelliguntur Procuratores, Syndici, & alii alienarum litium adminiſtratores, licet alioquin ita vocantur executores ſententiarum, ſive apparitores; *l.* 4. §. 8. *de Neg. geſt. l.* 19. *C. h. t.* qui in negotiis ad officium ſuum pertinentibus merentur plenam fidem, etſi ſingulares ſint. vid. *infr. th.* 21.

10. (9. Pauperes & vilioris conditionis, ſi alio-

aliorum ſe copia. *l.* 3 *l.* 21. §. 2. *D. l.* 9. *h.* 18. *C. h. t. Nov.* 90. *c.* 1. *Paul.* 5. *Rec. ſent. Tit.* 25.

11. (10. Prohibentur teſtes domeſtici. *l.* 9. *l.* 17. *l.* 24. *D. l.* 3. *C. h. t. Paul. Rec. ſent.* 5. *Tit.* 15. §. 3.

12. Dicuntur autem domeſtici teſtes (1. Ob neceſſitudinem & ſanguinis vinculum, ut pater & filius. *l.* 9. *D. l.* 6. *C. h. l. ult. C. de Impub. & alior. ſubſt.* adeo ut ne quidem in cauſa duorum filiorum patris teſtimonium admittatur. *dd. ll.* Uxor in causâ mariti, & versâ vice. arg. *l.* 195. §. 2. *de V. S. l.* 4. *C. de Crim. expil. her.* frater contra fratrem. arg. *l.* 13. *l.* 18. *C. de His, qui accuſ. non poſſ.* & pro fratre. arg. *l.* 9. *l.* 24. *D. l.* 3. *C. h.* Hæc Regula fallit. (1. Quando quæſtio eſt de probanda ætate liberorum. (2. In teſtamento, codicillo, aliisque, ubi potius agitur de teſtimonio ſolennitatis quam veritatis. Socer, nutrix, tutor, pædagogus, etiamſi nec parentum, nec domeſticorum appellatione proprie contineantur; tamen non merentur fidem omni exceptione majorem. *Paul.* 5. *Sentent.* 15. (2. Ob poteſtatem, qua alteri imperari poteſt. *l.* 6. *D. h.* §. 6. *l. de Teſt. Ord.* (3. Ob domeſticam conſuetudinem & converſationem eorum, qui eadem domo utuntur. *l.* 24. *h. l.* 195. §. 2. *de V. S.* Aliquando tamen, deficientibus aliis probationibus, ipſi quoque domeſtici admittuntur. *l.* 8. §. 6. *C. de Repud. l.* 22. *pr. C. de Adm. tut. l. ult. C. ad L. Corn. de Sicar. l.* 1. §. 15. *de Sc. Sylan. l. pen C. ad L. Jul. de adult. l. un. C. de Mulieribus, quæ ſe propr. ſerv.*

13. (11. Amici & inimici, quorum teſtimonium ut aliquam, ita non magnam meretur fidem. *l.* 3. *pr. l.* 21. §. *ult. l.* 23. *D. l.* 5. *l.* 17.

C. h. l. 1. §. 24. *de Quæſt. Nov.* 90. *c.* 7.

14. Si quis jure vocatus teſtimonium perhibere detrectet, mulcta, pignoribus captis, aliisque coërcitionibus cogi poteſt. v. *l.* 21. §. 1. *D. l.* 16. *l.* 17. *l.* 19. *C. h.*

15. Invitis tamen teſtimonium denunciari non poteſt contra ſocerum, generum, vitricum, privignum, ſponſum, ſobrinum, ſobrinove natum, & ſi qui priore gradu ſunt. *l. ult. in fin. C. de Fid. Inſtr. l.* 10. *de Gradib.* Ut nec liberto ipſius patroni vel patronæ, liberorum, ejus vel parentis, uxoris, viri contra patronum aut patronam, nec patrono aut patronæ contra libertum. *l.* 4. *l.* 5. *D. l.* 12. *C. h.* Quam regulam verius & æquius eſt, tam in civilibus, quam in criminalibus habere locum.

16. Si metus ſit, ne teſtis recedat, jurisjurandi religioni, non carceri committitur. *l. pen. C. h.* qui ſi intra 15. dies non fuerit rogatus & auditus, impune recedit. *d. l. pen.*

17. Sed & non evocantur teſtes, niſi ſumptibus producentis, pro cujusque teſtis dignitate præſtandis. *l.* 3. §. 4. & *ult. D. l.* 11. *l.* 16. *C. h. l.* 6. §. 2. *C. de Appell.*

18. Teſtes etiam non rogati, vel fortuito præſentes regulariter fidem faciunt in judiciis, ut & in codicillis; ſed aliud juris eſt in teſtamentis. *l.* 11. *D. junct. l.* 18. & *Auth. Rogati. C. h. t.*

19. Numerum teſtium quod attinet, regulariter duo integræ frontis & bonæ fidei teſtes ad probationem ſufficiunt. *Deut.* 17: 6. *Matth.* 18: 16. *Job.* 8. 17. *l.* 12. *l.* 13. *h.*

20. Unius teſtimonium ne audiendum quidem eſt, ut faciat plenam fidem. Quo ſenſu acci-

cipienda *l.* 9. *C. h.* v. *l.* 1. §. 4. *l.* 20. *de Quæſt.* *Val. Max.* 8. *c.* 1.

21. Niſi quod aliquando, vel ob conventionem partium in unius teſtimonium conſentientium, vel ob perſonam & officium publicum teſtantis, vel ob alia argumenta concurrentia, unius teſtimonio ſtetur. *l.* 14. *de Dot. præl.* *l.* 5. §. 13. *de Reb. eor. qui ſub tut.* *l.* 21. *in f. C. ad L. Corn. de Falſ.* *l.* 5. §. 6. *de Re mil.* *Nov.* 73. *c.* 7. §. 1.

22. Requiruntur tamen aliquando plures quam duo, ut (1. In cauſa Depoſiti, tres. *Nov.* 73. *c.* 1. ut & in aliis quibusdam caſibus. v. *l.* 11. *C. Qui pot.* *l.* 27. *C. de Teſtam.* (2. In contractu imperiti litterarum, quinque. *d. Nov.* 73. *c.* 8. *Auth. Sed novo C. Si cert. pet.* (3. Item in probatione ſoluti debiti inſtrumento comprehenſi. *l.* 18. *C. h.* (4. Ut & in codicillis, & regulariter in aliâ qualibet minus ſolenni ultimâ voluntate. *l. ult. C. de Codicill.* *l. ult. C. de Fideicomm.* *l. ult. C. de Teſtam.* (5. In inſtrumento, quod excedit quantitatem 50. librarum auri, trium teſtium ſubſcriptio, vel quinque, ſi contractus fiat in ſcriptis ab imperito literarum. *l. ult. & Auth. ſeq. C. Si certum petat.* (6. In teſtamento, ſeptem. §. 3. *I.* *l.* 21. *C. de Teſtam.* (7. Item in divortiis. *l.* 9. *D. de Divortiis.* (8. In teſtamento cæci, octo. *l.* 8. *C. Qui teſt. fac.* (9. Olim in nuptiis per confarreationem, decem. *Ulp. Fragm. tit.* 9.

23. Cæterum, pro ratione circumſtantiarum, judex & in aliis cauſis, in quibus alioquin duo ſufficiunt, plures teſtes exigere poteſt. vide *l.* 1. §. *ult.* *l.* 3. §. 2. *h.* Quanquam judex non poſſit aut debeat temere excedere modum, ſive nu-

merum teſtium neceſſarium. vid. *d. l.* 1. & ibi *Gothofr.* ut nimirum parcatur ſumtibus. vid. ſupr. *th.* 17.

24. Ad productionem teſtium quod attinet, certum eſt, teſtes præſentibus partibus, & ab ipſis partibus interrogari ſolitos fuiſſe. *Act. Apoſt. cap.* 20. *vſ.* 16. *l. pen. C. h. l.* 18. *C. de Fid. inſtr. Nov.* 90. *c. ult. arg. l.* 17. §. 7. *ad L. Jul. de Adult. Matth.* 26: 62. *Marc.* 14: 57. *& ſeq.* & quidem in judicio, ſive *Secreto*; qui ſenſus eſt *l.* 14. *C. h.* vide *l. ult. in f. princ. C. Ubi Senat. vel Clariſſ. l.* 3. *C. de Off. Diverſ. jud. l. pen. C. de Accuſat.* Hodie vero examen teſtium fit utraque parte abſente.

25. Cæterum ſi vel adverſario, vel producenti commodum non ſit, ut ad primam productionem examen fiat, impetrari ſolet dilatio. *l.* 7. *l. ult. de Fer. & Dilat.* Intra quam ſecunda & tertia fieri poteſt productio, imo & quarta, ſi producens juret, ſe non calumniæ, ſed probationis cauſa id poſtulare, ſibique & advocatis aut procuratoribus copiam teſtificatorum non fuiſſe, vel teſtium depoſitiones non ſatis innotuiſſe. *Nov.* 90. *c.* 4.

26. Examen non fit, niſi præſtito prius â teſtibus in judicio jurejurando veritatis, non autem credulitatis; hinc teſtes debent reddere rationem ſuæ ſcientiæ, teſti enim injurato non creditur. *l.* 9. *l.* 16. *l.* 18. *C. h.* ne quidem Epiſcopo aliisve in dignitate poſitis, *dd. ll.* nihil obſtante *Auth. Sed jud.* poſt *l.* 7. *C. de Epiſc. & Cler.* ex *Nov.* 123. *c.* 7. male deſcriptâ. Nam in *d. Nov.* non exſtant verba: *non tamen jurent.* quæ ſunt ſpuria. In *d. l.* 7. *C. de Epiſc. & Cler.* pro *nec honore*: leg. *nec canone*; id eſt, jure Ca-

no-

nonico, & pro *oneratur*, leg. *dehonoratur*. ut in *Cod. Theod.* Niſi judex, conſentientibus partibus, gratiam jurisjurandi fecerit, id eſt, remiſerit ſolennitatem jurisjurandi; *l.* 6. *l.* 32. & *l.* 41. *de Jurej. l.* 7. §. 14. *de Pact. l.* 26. *de Re jud.* alio ſenſu hæc locutio accipitur in *l. ult. ad Mun. Suet. in Aug.* 17. *in Tib.* 35. Scilicet pro remittere pœnam perjurii, ſive neceſſitatem jurisjurandi jam præſtiti ſervandi. Sed & teſtes vilioris notæ, ut major teſtimonio fides conſtet, torqueri ſolent. *l.* 21. §. 2. *Auth. Apud Eloquentiſſ. C. de Fide inſtr.*

27. Regulariter autem ipſi teſtes producendi & audiendi, nec ſufficiunt ſcripta eorum teſtimonia *l.* 3. §. 1. 3. 4. *h. l.* 10. §. 5. *de Quæſtion. Tacit. de Orat. c.* 36. maxime in criminalibus. *d. l.* 3. §. 3. in civilibus & pecuniariis cauſis poſſunt vel evocari, ut coram examinentur, vel per *requiſitionem* à judice competente interrogari. *l.* 16. *C. h. l.* 18. *C. de Fide Inſtrum. Nov.* 90. *c.* 5.

28. Ita tamen ut epiſcopi, milites, ſenes, valetudinarii, Reip. vel alia juſta cauſa abſentes, viri illuſtres, publicani, qui quid exercitui præbendum conduxerunt, inviti ad teſtimonium perhibendum evocari nequeant. *l.* 3. §. *ult. l.* 8. *l.* 19. *D. l.* 16. *C. h. t. l.* 7. & *Auth. ſeq. C. de Epiſc. & Cler. l.* 2. §. 1. *C. de Jurej. propt. calumn. l. pen.* §. 3. *C. de Reb. Cred. l.* 15. *D. de Jurejur.* De feminis v. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 34. *d. l.* 2. §. 1. *Nov.* 124. *c.* 1. *l.* 15. *D. de Jurejur.*

29. Cæterum judicis arbitrio tribuitur, quantum fidei teſtibus habendum ſit, quod ex vultu, trepidatione, conſtantia, vacillatione, fere colligi ſolet & poteſt. *d. l.* 3. §. 2 *l.* 21. §. *ult. h.*

30. Sed & illud certum eſt, magis eſſe credendum affirmantibus, quam negantibus, oculatis, quam auritis; maribus, quam feminis; pluribus, quam paucioribus; dignioribus, quam humilioribus. *d. l.* 3. *l.* 21. §. *ult. D. l.* 9. *C. h. t. Nov.* 90. *c.* 1. *l.* 10. *C. de Non num. pec. l.* 23. *C. de Donat. tit. de Probat. tb.* 10. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 8. & 9. Teſtes tamen de auditu non ſunt ſemper prorſus rejiciendi; *l.* 28. *de Probat. l.* 2. §. 8. *de Aq. pluv. tit. Fin. Reg. tb.* 13. Præterea non ſemper ad multitudinem reſpici debet. *d. l.* 21. §. *ult. h. t.* Ubi delenda videntur duo puncta, & vocula *ſed* ante verba: *quod naturæ negotii convenit;* vel verba: *credendum eſt*: ponenda ſunt poſt verba: *ſuſpicione carent*: pro *potius* autem leg. *potior*. per *motum judicis* ibi intelligenda eſt affectio animi & religio. *l.* 14. *C. h. t.* licet *motus judicis* aliquando ſignificet indignationem judicis, *l.* 19. *de Off. Præſid. Ter. Andr.* 1. 1. 66.

31. Poſt productionem teſtium fieri ſolent teſtificationum publicationes, eæque partibus citatis, quoniam illorum res ibi agitur. *l.* 39. *de Adopt. l.* 47. *de Re Jud.* ut & teſtium, ac teſtimoniorum reprobationes, ſive refutationes. *v. Nov.* 90. *c.* 4. 6. 8. *Auth. Si teſtis. l.* 17. *l. ult. C. h. t.* Quæritur, an teſtes habeant actionem injuriarum contra litigatorem, qui illorum teſtimonium reprobaverit, vel in dubium vocaverit, vel refutaverit? quod videtur eſſe negandum. *l.* 3. §. 1. *de Injur. l.* 15. §. 13. *eod.* maxime cum refutatio teſtium ſit ſpecies defenſionis, quæ ſemper eſt licita; *l.* 3. *de Juſt. & jur. l.* 5. §. *ult. de Dol. except.* modo abſit dolus malus & animus injuriam inferendi. vid. *l.* 1. §. 1. *de Dol. except. l.* 38. *de R. J. Coraſ.* 6. *Miſcell.* 24.

TIT. VI.

De Juris & Facti ignorantia.
Cod. 1. 18.

1. Ignorantia JCtis eſt vel pura inſcitia veritatis, in privatione (ut cum Philoſophis loquar) conſiſtens, vel opinio veritati contraria, ſive error.

2. Eſt vel Juris, vel Facti. *l.* 1. *l.* 8. *& t. t. D. & C. h.* De utrâque tenenda eſt regula *legis* 9. *h. Juris ignorantia cuique nocet, facti vero ignorania non nocet.*

3. Raio eſt, quod, cum jus finitum eſſe & poſſit & lebeat, *l.* 2. *D. h. t.* omnes præſumantur jura cire; vel, ſi ea ignorent, peritiores conſulere poſſunt & debent. *l.* 9. §. 3. *D. l. pen. C. h.l.* 9. *C. de Legib. l.* 48. *D. de Fidej. l.* 10. *de Bonor. poſſ. l.* 2. §. *ult. D. Quis ordo in bonor. poſſ.*

4. Quare juris error non modo non prodeſt, *l.* 4. *l.* 9. § 3. *h.* ſed etiam nocet. *d. l.* 9. *l.* 2. *l.* 3. *C. h.*

5. Ita tamen ut diſtinguendum ſit, an de lucro captando an de damno vitando agatur. *l.* 7. *l.* 8. *h.* Juris eim ignorantia ut non prodeſt adquirere volentbus, ita nec ſuum petentibus nocet. *d. l.* 7. 18. *l.* 11. *C. eod.* Exempla paſſim ſunt obvia. vid. *d. l.* 4. *h. l.* 31. *l.* 32. §. 1. *de Uſurpat. & uſucap. l.* 79. *de Leg.* 2. *l.* 3. *C. h. l.* 10. *de Bon. poſſ* Error enim, licet in jure, excludit omnem coſenſum. *l.* 8. *l.* 9. *C. h. l.* 2. *de Jud. l.* 15. *de Jurisd. l.* 116. §. *ult. de R. J.* Quamobrem juris ignorantia nec exceptionem

ad jus quæſitum retinendum; nec condictionem ad jus amiſſum repetendum tollere poteſt. *d. l.* 7. *l.* 9. *h.*

6. Unde conſequitur, Juris ignorantiam non impedire condictionem indebiti, v. ſupra *lib.* 12. *tit.* 6. *theſ.* 13. veluti ſi heres errore juris præſtiterit cautionem legatorum, vel fideicommiſſorum teſtamento remiſſam. v. *l.* 1. *D. Ut in poſſeſſ. legat.*

7. Eadem ratione error juris non impedit acquiſitionem fructuum ex re aliena, juſto titulo & bona fide poſſeſſa, perceptorum. *l.* 25. §. 6. *D. de Pet. her.* Quia hic agitur de vitando damno juris perfecte acquiſiti.

8. Verſa vice in lucro faciendo ignorantia juris non prodeſt, ut in hereditate acquirenda, *l.* 1. §. 1. *D. l.* 3. *C. h. l.* 6. *C. Qui admitti ad Bon. poſſ.* in detrahenda quarta Falcidiæ, *l.* 9. §. 5. *D. h. t. l.* 9. *C. ad L. Falc.* in uſucapionibus. *l.* 4. *D. h. l.* 31. *pr. l.* 32. §. 1. *de Uſurp. & uſuc.* Idem juris eſt, ſi quis ignorantia SCti Vellejani, aut Macedoniani, crediderit mulieri pro alio intercedenti, aut filiofamilias pecuniam mutuam accipienti. Is enim non tam laborat de damno vitando, quam de lucro faciendo & reſtitutione damni, ex illo contractu perfecti illati, adeoque non ſuccurritur niſi minori 25. annis. *l.* 9. *pr. h. t.* Idem juris eſt, ſi quis ut cum muliere pro alio fidejuſſerit. v. *l.* 48. *D. de Fidej.*

9. In delictis jure Naturæ, vel Divino, vel gentium prohibitis, ignorantia aut imprudentia non excuſat, quia ignoratio juris, Dei O. M. providentiâ, omnium mortalium, communi ſenſu præditorum, cordibus impreſſi & conſignati, vel communi gentium conſenſu, magiſtra

ſtra ratione, recepti, nullam meretur veniam. vide. *l.* 2. *C. de In jus voc. l.* 38. §. 1. 2. *ad L. Jul. de Adult.* §. 1. *Inſt. de Vi bon. rapt. l.* 1. *l.* 2. *D. de Legib.* In delictis jure Civili magis, quam Naturali, prohibitis, error juris aliquando vel in totum, vel pro parte excuſat a pœna. *l.* 2. §. 1. *Si quis in jus voc. l.* 1. §. *ult. de Ed. l.* 7. §. 4. *de Juriſd. l.* 3. §. 22. 31. *de SC. Sylan. d. l.* 38. §. 2. 4. 7. *ad L. Jul. de Adult. l. ult. D. de Decret. ab Ord. fac.* v. *Nov.* 66.

10. Cæterum in æſtimandâ ignorantiæ culpâ & pœnâ, in primis perſonarum habenda ratio eſt, ita ut civibus, qui Juris peritiam non profitentur, juris ignorantia non proſit, ſi vel ſua prudentia inſtructi ſint, vel JCti copiam habeant. *l.* 9. §. 2. 3. *h. t. l.* 10. *de Bon. poſſ. l.* 2. §. *ult. Quis Ord. in Bon. poſſ. ſerv.* In jurisperito & ſcientiam promittente adeo juris ignorantia impunita non eſt, ut pro latâ culpâ habeatur, arg. *l.* 2. §. 43. *de O. J. l.* 2. *D. Quod. quisq. jur. pr. Inſt. de Obl. ex quaſ. del. l. ult. de Extr. Cogn. l.* 8. §. 1. *ad L. Aquil.* Quare nec Doctori juris, ſive Advocato 25. annis minori, ſi ſe in jure, cujus peritiam profitetur, erraſſe probet, beneficio reſtitutionis ſuccurritur. vide *d. l.* 2. §. 43. *l.* 6. *C. d. Mun. patrim.* (X. 41.) *l.* 8. §. 4. *de Vac. & Excuſ. Vinn. I. Sel. Quæſt.* 13.

11. In aliis communis regula *legis* 7. *l.* 8. & *l.* 9. obſervanda eſt. Nonnullis tamen jus impune ignorare permittitur, ut (1. Feminis in omnibus cauſis, ubi nec delictum earum vertitur, nec utilitas. Nam Juris error nec feminis in compendiis & lucris prodeſt. *l.* 1. *D. l.* 11. *l. ult. C. h. t. l.* 9. *h. t. l.* 25. §. 1. *de Probat. l.* 1. §. *ult. de Edend.* Exemplum vide in *l.* 6. *C. Qui*

admitt. ad bon. Poſſ. & *l.* 3. *C. h.* Quamquam & in delictis ſæpe illis vel remiſſa vel mitiore pœna ſuccurratur. *l.* 38. §. 2. *D. ad L. Jul. de Adult. l.* 57. *D. de R. N. l.* 1. §. 10. *l.* 4. *ad SC. Turp. l.* 2. §. *ult. de Jur. fiſci. l* 15. §. 4. 5. *ad L. Corn. de falſ.* quod tamen aliquando fallit. v. *l. ult. C. Qui pet. tut. l.* 2. *C. Si adverſ. del.*

12. (2. Militibus. *l.* 9. §. 1. *h. l.* 1. *C. h. pr. Inſt. l.* 1. *D. l.* 3. *C. de Teſt. mil. l. ult. pr. C. de Jur. delib. Tacit. in Agric. c.* 9. *l.* 25. *de Probat.*

13. (3. Minoribus 25. annis, ſic ut ne in lucris quidem error juris illis noceat. *l.* 9. *pr. D. l.* 11. *C. h. l.* 6. *C. de His quib. ut indign. l.* 1. *l.* 2. *C. Si adv. del. l* 7. §. 6. *l.* 37. §. 1. *de Minor.*

14. (4. Ruſticis. *l. ult. C. de Teſtam. l.* 7. §. 4. *de Jurisd. l.* 3. §. 22. *de Sc. Syl. l.* 8. *C. Qui admitt. ad bon. poſſ. l.* 2. §. *ult. D. de Jure Fiſc.*

15. Tantum de Ignorantia Juris. Facta cum ſint infinita, hominesque adeo etiam prudentiſſimos fallere poſſint, *l.* 2. *h.* receptum eſt, facti ignorantiam non nocere *l.* 8. *h. t.* Veritas enim rerum, erroribus geſtarum, non vitiatur, aut amittitur. *l.* 6. §. 1. *de Off. Præſ. l.* 6. *ad Muncip.* nec falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis poteſt. *l.* 5. *C. h. t.*

16. Quare Ignorantia facti prodeſt & excuſat tam in delictis, quam in contractibus, aliisque negotiis, tam in lucro faciendo, quam damno vitando. *l.* 4. *l.* 8. *D. l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 10. *C. h. l.* 2. §. 11. *D. Pro empt. l* 8. *C. Qui adm. l.* 5. §. 1. *ad L. Jul. Maj.* §. 7. *Inſt. de Obl. ex del. l.* 4. *l.* 18. §. 4. *de Injur. l.* 8. *de His qui not. l.* 12. §. 3. *de Liber. cauſ. l.* 4. *C. de Inc. Nupt. l.* 7. *D. l.* 1. *C. ad L. Corn. de Sic. t. C. de Errore calculi.*

17. Nihil

17. Niſi ignorantia nimis craſſa & ſupina ſit. *v. l.* 3. §. 1. *l.* 6. *l.* 9. §. 2. *h.* quæ, ut in aliis, ſic etiam in delictis nocet. *l.* 2. *in fine de Term. mot. l.* 9. *l.* 11. *de Incend. ruin. l.* 5. §. *ult. l.* 11. §. 2. *D. de Pœn.* Nam non ſtultis ſuccurri ſolet, ſed errantibus. *l.* 9. §. *f. h. t.* qualis eſt inexcuſabilis proprii facti ignorantia. *l.* 3. *h. l.* 15. *C. de Reſc. vend.* §. 6. *Inſt. de Uſuc. l.* 27. *eod. l.* 1. *Pro Don. l.* 1. §. 2. *de Ædil. Ed.*

18. Niſi factum proprium ſit ejus naturæ, ut illius oblivio veniam mereatur, aut factum valde antiquum, & excuſabili diuturni temporis oblivione obliteratum ſit. *l.* 22. *l.* 32. §. 1. *de Cond. ind. l.* 44. *de Acq. poſſ. l.* 2. §. 14. *C. de Vet. Jur. enucl.*

19. Denique notandum, præſumptionem eſſe pro eo, qui facti ignorantiam allegat, adeoque adverſarii eſſe, ſcientiam ejus probare, arg. *l.* 21. *D. l.* 23. *C. de Prob. l.* 6. *C. Qui milit.* (XII. 34.) *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *D. de Admin. tut.*

20. Tandem obſervanda eſt Regula *legis* 5. *h. t. Iniquiſſimum videtur, cuiquam ſcientiam alterius, quam ſuam, nocere: vel ignorantiam alterius alteri profuturam.* Exemplum vide in *l.* 57. *D. Mand.*

21. Ut & illa *legis ult. D. Pro ſuo. Alieni facti ignorantia tolerabilis error eſt.* Exempla vide in *d. l. ult.* & *l.* 11. *Pro Empt. l.* 19. *l.* 42. *l.* 99. *de Reg. Jur.*

22. Ex quibus omnibus etiam illud conſtat, errorem, ſive juris ſive facti, neque facere jus, neque mutare. *l.* 39. *de Legib. l.* 37. *D. de Auro. arg. leg. l.* 6. §. 1. *de Off. Præſ.* nihil obſtante *l.* 3. *D. de Off. Prœt. l.* 3. *D. de Supell. legat.*

23. Ut & illud, laxiorem & pleniorem eſſe pote-

poteſtatem Judicis, in puniendâ vel remittendâ facti, quam juris ignorantiâ. v. *l.* 79. §. 1. *de Judic. l.* 15. *in f. pr. ad Municip. l.* 1. §. 4. *D. ad SC. Turp.*

DIGESTORUM

LIBER XXIII.

TIT. I.

De Sponſalibus. Cod. 5. 1.

1. Sponſalia, à ſtipulando & ſpondendo dicta, ſunt *mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum*; olim ſolennibus verbis inter præſentes fieri ſolita. vide *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h. Gell.* 4. 4. *Plaut. in Trinum.* 5. 2. v. 33, 34. *Curcul.* 5. 2. 74.

2. Quanquam ſuccedente tempore ſuffecerit, conſenſum, etiam inter abſentes, ſine teſtatione, ſcriptura, verbisque ſolennibus, interveniſſe. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 7. *l.* 11. *l. ult. h. l.* 13. *C. de Nupt.* Modo verbis claris & indubitatis exprimantur & acceptentur, arg. *l.* 19. *de Reb. cred. l. pen. ad Exhibend. l.* 7. §. 2. *D. de Supell. legatâ.* Ita tamen ut hæc conventio non clam, aut furtim, remotisve arbitris, fieri ſoleret, arg. *l.* 7. *l. ult. h. l.* 3. *D. de Concubin. l.* 7. *C. de Repud.* denique ut ſcriptura, auſpices, ſignatores, arrhæ, munera ſponſalitia, aliaque ad probationem, & ſolennitatem, non ad neceſſitatem adhiberentur.

3. Sponſalia cum ſemper ſint de futuris nuptiis,

tiis, conſequitur, nulla proprie eſſe ſponſalia de præſenti, quæ vocant, quæ quodammodo ſunt ipſum matrimonium, & habent effectum nuptiarum.

4. Sponſalia contrahere poſſunt, qui & nuptias. *l.* 15. *l.* 16. *h. l.* 60. §. 5. *de R. N.* Hinc inter alia conſequitur, conjuges durante matrimonio, cum alia, vel cum alio non poſſe contrahere ſponſalia: *l. pen.* §. *ult. C. de Nupt. Nov.* 22. *cap.* 16. §. 1. Diſſent. *Grot.* 2. *de Jur. Bell. & Pac.* 11. 8. quem bene refutavit *Huber. ad h. t. n.* 4. Ita tamen ut in ſponſalibus ætas contrahentium definita non ſit, unde etiam impuberes utriusque ſexus, ſeptennium egreſſi, recte ſponſalia contrahunt. *l.* 14. *h.* Quare & nuptiæ ante annum duodecimum contractæ, ſi ſponſalia præceſſerint, valent jure ſponſaliorum. *l.* 9. *h. l.* 32. §. *pen. de Don. int. V. & U.* Quid autem in *d. l.* 9. ſignificent *collatæ nuptiæ*, vid. ap. Huber. *ad h. t. n.* 3. Fortaſſe pro *collatæ:* leg. *copulatæ:* vid. *pr. Inſt. de Nupt. l.* 8. *de Senat. Horat.* 1. *Od.* 13. 17.

5. Quanquam Auguſtus, ne impuberes præmiis legis Juliæ & Papiæ fruerentur, tempus habendi ſponſas ita coarctavit, ne quam habere ſponſam liceret, niſi quam biennio poſt uxorem habere liceret. *Suet. in Aug. c.* 34. *l. pen. D. l.* 2. *C. h. t.* junct. *l.* 2. *C. de Rep.*

6. Cum autem in ſponſalibus, ut in nuptiis, requiratur conſenſus, ſponſalia contrahere nequeunt, quorum voluntas, & intellectus vel ob infantiam, vel ob furorem, & amentiam, nullus eſt. *l.* 8. *d. l.* 14. *h. l.* 1. §. 12. 13. *de O. & A.*

7. In ſponſalibus filiorum, filiarumque familias, requiritur conſenſus parentum, quorum in po-

poteſtate ſunt, cum conſenſu liberorum conjunctus. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 13. *D. l.* 4. *C. h. t. l.* 2. *de R. N. l.* 134. *de V. O.* Sic tamen ut liberorum & parentum ſilentium & adprobatio pro conſenſu habeatur. *l.* 7. *in f. l.* 12. *h. l.* 5. *C. de Nupt.* ſufficiatque; vel teſtamento parentum, liberos futuris nuptiis & ſponſalibus deſtinari. *l.* 36. *l.* 66. *de R. N. l.* 6. *C. de Interd. matr. l.* 101. *de Cond. & dem. l.* 7. *ad L. Jul. de Adult.*

8. In pupillorum ſponſalibus requiritur conſenſus tutorum. *l.* 6. *h.* In minorum ſponſalibus curatorum auctoritas neceſſaria non eſt. *l.* 20. *D. l.* 8. *de Nupt.*

9. Tutores & curatores ſibi vel filio ſuo, cum ea, cujus tutelam curamve gerunt, ſponſalia contrahere nequeunt. *l.* 15. *in f. l.* 16. *h. l.* 60. §. 5. *de R. N.* v. *tit. ſeq. theſ.* 46.

10. Qui in Provinciis officium gerunt ita ſponſalia cum mulieribus, quæ ibi domicilium habent, contrahere poſſunt, ut, depoſito officio, novus mulieris conſenſus requiratur ad nuptias perficiendas. *l.* 38. *de R. N.* v. *tit. ſeq. theſ.* 44.

11. De forma, ritu & ſolennitate ſponſaliorum conſulendi eruditiſſimi Auctores, *Franc. & Joh. Hottomanni*, & *B. Briſſonius.*

12. Effectus ſponſaliorum eſt obligatio ad perficiendas nuptias, unde olim dabatur actio ex *ſponſu*, contra eum eamve, per quem quamve factum eſſet, quo minus nuptiæ ſequerentur, ad id quod intereſt, aut pœnam eo nomine in ſtipulatum deductam, ut ex Varrone conſtat, & Serv. Sulpicio. v. *Gell.* 4. *c.* 4. Poſteaquam effrenis repudiorum licentia increbuiſſet, nulla ex ſponſalibus obligatio civilis vel actio naſcebatur; ſed

ſed libera erat & licita renunciatio. *l.* 1. *C. h. l.* 2. *C. de Repud. l.* 2. §. 2. *D. de Divort.* adeo ut ne pœnæ quidem in ſtipulatum deductæ petitio daretur. *l.* 71. §. 1. *de Cond. & Dem. l.* 2. *C. de Inut. ſtip. l.* 134. *de V. O. l. pen. in f. C. h. t.* Quod receptum fuit, ut coacta matrimonia, quæ difficiles ſolent habere exitus, impedirentur. *d. l. pen. in f. C. h. l.* 14. *C. de Nupt.*

13. Ad effectum quoque ſponſaliorum pertinet, quod in compluribus caſibus vim & effectum nuptiarum obtineant, ſponſaque adeo pro uxore, ſponſus ſæpiſſime pro marito habeatur. *l.* 5. *C. de Bon. quæ lib.* Exempla v. in *l.* 1. *de His qui not. inf. l.* 4. *de Fund. dot. l.* 1. *in f.* junct. *l.* 15. §. 24. *de Injur. l.* 15. *l.* 16. *h. & l.* 32. §. *ult. de Don. int. V. & U. l.* 17. §. 1. *de Reb. auct. l.* 74. *de Jur. dot l.* 3. *l.* 4. *ad L. Pomp. de Parr. d. l.* 5. *C. de Bon. quæ lib. l.* 5. *de Teſtib. l.* 6. §. 1. *l.* 8. *de Gradib. & Affin.* Atque hinc quoque eſt, quod ſponſus in ſponſa adulterium vindicare & accuſare poſſit jure mariti *l.* 13. §. 3. 8. *l.* 11. §. 7. *D. l.* 7. *C. ad L. Jul. de Adult.*

14. Differunt autem à nuptiis ſponſalia, quod (1. Sponſalia contrahuntur etiam ab impuberibus. *l.* 7. *l.* 9. *h.* (2. Sponſalia futurâ, nuptiæ præſenti conventione & conſenſu conſtant. *l.* 1. *l.* 9. *h. l. pen. de Don. int. V. & U.* Hinc ſponſalia dicuntur *ſpes matrimonii* in *l.* 6. *in fin. h. t. l.* 13. §. 3. *ad L. Jul. de Adult.* Sponſus autem dicebatur *ſperatus*, ſponſa vero *ſperata.* vid. *Interpr. ad Terent. Heaut.* 4. 5. 26. (3. Uxor in familia eſt & domicilio mariti, *l.* 10. *C. de Re mil. l.* 11. §. *pen. Quod falſ. tut. l.* 65. *de Jud.* non ſponſa. *l.* 32. *ad Munic.* (4. Donatio, inter virum & uxorem prohibita, inter ſponſos valet.

let. *l.* 32. §. *pen.* & *ult. de Don. int. V.* & *U. t. C. de Don. ant. nupt.* (5. Uxor virum, non ſponſa ſponſum lugere jubetur. *l.* 9. §. 1. *de His, qui not. inf.* (6. Vidua tempore luctus nubere prohibita ſub pœna infamiæ, ſponſalia ſine notâ ignominiæ contrahit. *l.* 10. §. 1. *eod.* (7. In lucris nuptialibus ſponſa non habetur pro uxore, nec ſponſus pro marito. *l.* 3. *l.* 21. *D. de Jur. dot. l. un. D. Unde Vir.* & *ux. l.* 24. *C. de Nupt. l.* 15. *de Cond.* & *Dem.*

15. Cauſas, ob quas, altera parte invitâ, impune à ſponſalibus recedere licet, vide in *l.* 5. *C. h. t. l.* 13. §. 8. *ad L. Jul. de Adult. Nov.* 123. *c.* 39. *l.* 4. *D. de Divort. l.* 38. *de R. N. l.* 2. *C. h. t.* junct. *l.* 2. *C. de Repud.* & *l. pen. D. h. t.*

TIT. II.

De Ritu Nuptiarum. Cod. 5. 3, 4, 6, 7, 8, 9, 10.

1. Nuptias à *nubendo*, id eſt, *velando* & *operiendo*, dictas eſſe, conſentiens Grammaticorum opinio eſt. Ratio eſt, quia novas nuptas velo, ſeu flammeo lutei coloris, velari moris erat, idque boni ominis cauſa, quod eo Flaminica, ſeu Flaminis uxor, cui divortium facere non licebat, aſſidue uteretur. *Lucan. de Bell. Civ.* 2. *v.* 360. & *ſeq. Martial.* 6. *Epigr.* 22. & 8. *Epigr.* 12. ut & 12. *Epigr.* 42. *v.* 3. *Sueton. in Ner. c.* 28.

2. Inſcriptio tituli eſt de *ritu nuptiarum*, quia nuptias celebrari moris erat, captis prius rite auguriis, & ſolenniter. v. *l.* 66. *de Don. int. V.* & *U. Val. Max.* 2. 1. *Juven. Sat.* 10. *v.*
333.

333. *& ſeqq. Tacit. Ann.* 11. 27. *&* 15. 37. *in f.*

3. Nuptiæ accipiuntur vel pro feſtivitate & ſolennitate nuptiali, *l.* 22. *l.* 24. *C. de Nupt. Tacit. Ann.* 11. 26. *in f. Phædr. Fab.* 6. vel pro *conjunctione viri & mulieris, individuam vitæ conſuetudinem continente.* §. 1. *I. de Patr. Pot.* Quo ſenſu etiamſi matrimonii & nuptiarum appellatio ſæpe promiſcue uſurpetur, *d.* §. 1. *l.* 10. *l.* 65. §. 1. *h.*, proprie tamen matrimonium eſt *conventio de perpetua vitæ ſocietate*; nuptiæ vero *ipſa matrimonii celebratio*, certo ritu, ſecundum cujusque Civitatis leges, inſtitui ſolita; quo modo matrimonium à nuptiis diſtinguitur in §. 12. *I. l.* 13. *C. h. l.* 27. *l. pen. de Don. int. V. & U.*

4. Conjugium, quod Ulpianus in *l.* 10. *D. de Cond. & Dem.* vocat *nuptiale jugum*, non differt à matrimonio. Connubium eſt uxoris jure ducendæ facultas. *Ulp. Fragm. tit.* 5. §. 3. *& ſeq.*

5. Dicitur *viri & mulieris:* quia polygamia ſimultanea & divino, *Gen.* 2: 24. *Matth.* 16: 5. *Luc.* 16: 18. & humaniorum Gentium, & Civili Jure eſt prohibita. §. 7. *I. h. l.* 1. *l.* 13. §. 1. *de His qui not. inf. l.* 2. *de Inc. & Inut. nupt. l.* 18. *C. ad L. Jul. de Adult. l.* 7. *C. de Judæis Suet. in Cæſ. c.* 52.

6. Præcipue autem conjunctio unius mulieris cum pluribus viris. §. 7. *I. h. l.* 11. §. *pen. D. ad L. Jul. de Adult. l.* 7. *& Auth. ſeq. C. de Repud. Gell.* 1. *c.* 23. *Macrob.* 1. *Saturn. c.* 6. *Tacit. de Morib. Germ. c.* 18.

7. *Conjunctio*, id eſt, animorum, non corporum. Neque enim concubitus, ſed conſenſus facit nuptias. *l.* 32. §. 13. *de Don. int. V. & U.*

U. l. 30. *de R. J. l.* 15. *de C. & D. l.* 8. *C. de Inc. Nupt.*

8. *Individuam.* Ad exprimendam irruptam perpetuitatem vinculi conjugalis. v. *l.* 32. §. 6. *de Adm. tut. l.* 46. §. 1. *eod. l.* 65. *de Evict. Horat. lib.* 1. *Ode* 13. *inf.* Eo enim animo contrahuntur matrimonia, ut perpetua ſint, & iiſdem, quibus contrahentium vita, terminis circumſcribantur, quanquam, præter cogitationem & deſtinationem conjugum, ſæpe divortiis ſolverentur.

9. *Vitæ conſuetudinem*, id eſt, convictum, & uſum vitæ quotidianæ perpetuum, ne copulam corporum, quæ non ad perfectionem, ſed ad conſummationem matrimonii pertinet, intelligas; quanquam *conſuetudo* ſæpe accipiatur pro quolibet coitu, ſive concubitu. v. §. *ult. l. l.* 24. *D. h. t. l.* 121. §. 1. *D. de Verb. Obl. l. ult. C. Communia de Manumiſſ. l.* 5. *inf. C. adSc. Orphit.* v. *Terent. Andr. Actu* 3. *Sc.* 3. *v.* 28.

10. Atque hæc vitæ conſuetudo in *l.* 1. *Rer. Amot.* dicitur, vitæ ſocietas. v. *l.* 4. *de Crim. expil. hered.* in *l.* 22. §. 7. *Sol. Matr.* communio utriusque fortunæ. In *l.* 1. *D. h. t. conſortium omnis vitæ, divini & humani Juris communicatio.* In quâ Modeſtini definitione, per *jus divinum* intelligenda ſacra domeſtica, in quâque familiâ privata apud Veteres. Hinc liberi dicuntur eſſe, vel non eſſe in ſacris parentum, id eſt, in familia & poteſtate. *l.* 9. §. 1. *ad L. Jul. pec. l.* 20. *C. de Nupt. l.* 7. *C. de Nat. lib. l.* 12. *C. de Collat. l.* 11. *C. de Donat.*

11. Humani Juris communicatio conſiſtit in communione dignitatis & domicilii: uxor enim ſe-

ſequitur mariti forum, dignitatem, & domicilium. *l.* 1. *l.* 8 *de Senator. l.* 8. *C. de Incol. l.* 5. *h. l. pen. de Juriſd. Gell.* 3. 2. *&* 18. 6.

12. His verbis uti matrimonium abunde diſtinguitur a concubinatu, ita ex illis minime conſequitur, nuptias eſſe contractum, aut continere bonorum conjugalium communionem. vid. *infr. th.* 77. *&* 78.

13. Nuptias contrahere poſſunt omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem quidam 1. Ob Statum. 2. Ætatem. 3. Defectum conſenſus. 4. Vitium corporis. 5. Cognationem. 6. Affinitatem. 7. Honeſtatem. 8. Quaſdam rationes Juris Civilis.

14. Cum jure Romano juſtas nuptias contrahant ſoli cives Romani cum civibus Romanis, *pr. I. h. Ulp. fragm. tit.* 5. §. 4. ob ſtatum prohibentur ſervi, peregrini, deportati. *Ulp. d. loc.* §. 4. *&* 5.

15. Cum ſervis & ancillis non eſt connubium, ſed contubernium. *l.* 14. §. 3. *h. l.* 81. *de cond. & Dem. l.* 3. *C. de Inc. & Inut. l.* 4. *C. de Dol. l.* 12. §. 7. *&* 33. *D. de Inſtructo vel inſtrum. leg. l.* 9. *C. Commun. de ſucceſſ. Plaut. in Caſin. Prol. v.* 67. *& ſeqq. l.* 183. *& ſeq. de V. S. Sueton. in Veſp.* 3. *l.* 5. §. 6. *de Re mil.* Ceterum non modo conjunctio ſervi cum ancilla, vel cum muliere libera, vocatur contubernium, ſed etiam concubinatus. §. 2. *Inſt. de Hered. ab inteſt. l.* 14. *de His quib. ut ind.* ut & matrimonium inceſtuoſum. *l. ult. C. de Inc. nupt.*

16. Peregrini & Latini ſuo, non civium Romanorum jure, nuptias contrahebant, niſi id ipſis conceſſum eſſet. *Ulp. d. Loc.* v. *Dion. Gothofr. ad l.* 32. *D. de Jur. Fiſc. & l.* 1. *C. de Her. Inſtit.*

17. Cum autem cives per deportationem in peregrinitatem redigerentur, *l.* 10. §. 6. *de In jus voc.* id eſt, jus civium & conditionem amitterent, *l.* 17. *de Pœn.* conſequitur, nec deportatos jus connubii hubuiſſe. Ita tamen ut matrimonium, ſemel legitime contractum, non ſolvatur deportatione. *l.* 5. §. 1. *de Bon. Damn. l.* 13. §. 1. *D. l.* 24. *C. de Don. int. V. & U. Nov.* 22. *c.* 8. modo vir mariti, mulier uxoris animum & affectionem retineat. *d. l.* 5. *l.* 1. *C. de Rep. l.* 56. *Sol. matr.*

18. Ob ætatem prohibentur impuberes, maſculi quidem usque ad annum quartum decimum impletum, feminæ ad annum duodecimum. *pr. I. l.* 4. *D. h. l.* 9. *de Sponſ. l.* 32. §. *pen. de Donat. inter V. & U. l.* 68. *de Jur. dot. l.* 74. *eod. l.* 13. §. 8. *ad L. Jul. de Adult. l.* 11. §. 3. *Quod falſo tut. auct. l.* 10. *de Cond. & Dem. Nov.* 100. *c.* 2. Ratio eſt apud *Macrob. Saturn.* 7. *c.* 7. *& lib.* 1. *in Somn. Scip. c.* 6. *& in l. pen. D. Quando dies leg.*

19. Ætas provectior olim quoque impediebat nuptias per legem Juliam & Papiam, & SCtum Claudianum, quibus cavebatur, ne quinquagenaria nuberet minori ſexagenario, neve ſexagenarius quinquagenariâ minorem uxorem duceret. *Ulp. Fragm. tit.* 16. §. *ult.* v. *l.* 15. §. 2. *l.* 17. §. 2. *de Adopt.* Quod a Juſtiniano abrogatum eſt in *l.* 27. *C. h.*

20. Ob defectum conſenſus prohibentur mente capti, & furioſi, *l.* 8. *de Sponſ. l.* 16. §. *ult. h.* Ita tamen, ut ſi filia mente capta auctore patre nupſerit & liberos ſuſceperit, matrimonium pro juſto & legitimo habeatur, & liberi inde nati ſint legitimi, adeoque præferantur fidei-

com-

commiſſariis vocatis ſub conditione, ſi ſine liberis moriatur. vid. *l.* 77. §. *ult. ad SC. Trebell.* ut tamen furor poſtea ſuperveniens matrimonium non ſolvat. *l.* 8. *de His qui ſunt ſui vel al. jur. l.* 22. §. 7. *Sol. matr. l.* 2. *de Sponſal.*

21. Prodigos, licet alias furioſis comparentur, matrimonium recte contrahere, verius eſt, arg. *l.* 20. *D. l.* 8. *C. b. l.* 12. §. *ult. de Tutor.* & *Cur. dat.* Non obſtat *l.* 40. *de R. J.*

22. Ob vitium corporis, generationi obſtans, prohibentur caſtrati. §. 9. *I. de Adopt.* v. *l.* 6. §. *ult. l.* 7. *de Ædil. Ed. l.* 4. §. *ult. ad L. Corn. de Sic. l.* 4. *de Re mil.* quia nuptiæ, licet conſenſu perficiantur, conſummari tamen ſine coitu non poſſunt; unde hic animus contrahentium, hæc formula ſolennis & perpetua erat, *liberorum procreandorum gratiâ uxorem duci. l.* 9. *C. b. l.* 220. §. 3 *de V. S. Gell.* 4. 3. v. *Gotb. ad d. l.* 220. *Suet. in Jul. c.* 52. Spadones (quorum latiore appellatione interdum & ipſi caſtrati continentur. *l.* 39. §. *ult. de Jur. dot. l.* 128. *de V. S.*) vitio temporario laborantes, quia, ſublato vitio, ſoboli quærendæ operam dare poſſunt, recte uxorem ducunt. *d. l.* 39. §. *ult. l.* 14. §. *ult. de Man. vind. l.* 2. §. 1. *l.* 40. *de Adopt. l.* 9. *de Lib.* & *poſtb.*

23. Antequam autem matrimonium contractum, ob temporariam impotentiam coëundi, ſolvatur, olim biennium, *l.* 10. *C. de Repud.* poſtea triennium exſpectari voluit Imperator. *Nov.* 22. *c.* 6. v. *c.* 1. 2. *X. de Frigid.* & *Maleficiat.* Idem juris eſt in feminis, temporario vitio ſive impedimento laborantibus, arg. *tit. Quod quisq. Jur. in alt.* & *l.* 20. *de Re Jud.* Sed feminæ raro ſunt impotentes, quare hac de re altum

eſt ſilentium *in D.* Nam ſemper *noctes atque dies patet atri janua Ditis.*

24. Ob cognationem naturalem, ſive civilem, ſive ſpiritualem, omni jure prohibentur nuptiæ in lineâ rectâ in infinitum. *Levit.* 18: 6, 7, 8. *l.* 53. *l.* 54. *l.* 17. *C. h. Nov.* 12. *c.* 1. Sive cognatio ſit merè naturalis, ex quâlibet, etiam injuſtâ conjunctione, nata, *l.* 14. §. 2. *l.* 54. *h.* ſive mixta ex juſto matrimonio. *dd. ll. l.* 4. §. 2. *de Gradib.*

25. In linea collaterali, ſeu transverſa æquali, non prohibentur nuptiæ, niſi inter fratres & ſorores, ſeu in gradu ſecundo. §. 2. *I. l.* 17. *C. h. Levit.* 18: 19. & 20: 17. *Deut.* 27: 22. Non obſtat *Gen.* 20: 12. vid. *Geneſ.* 13: 8. *Ovid.* 8. *Heroid.*

26. Nec intereſt fratres germani ſint, an conſanguinei, an uterini, *Levit.* 18: 9. 11.

27. Nuptiæ autem inter conſobrinos, ſeu fratrum & ſororum liberos, ſunt licitæ. §. 4. *I. l.* 3. *D. l.* 19. *C. h. l.* 78. §. 8. *ad SC. Treb.* Exemplum v. *Num.* 36: 11. & apud *Liv.* 42: 34.

28. In linea transverſa inæquali Nuptiæ prohibitæ ſunt inter perſonas, quæ ſibi parentum liberorumve loco ſunt. *Levit.* 18: 12, 13. §. 3. 5. *I l.* 17. §. *ult. l.* 39. *D. l.* 17. *C. h. l. ult. C. de Inc. & Inut. nupt. l.* 53. *h. l. ult. C. Si nupt. ex reſc. l. ult. D. de Cond. ſine cauſ. Tacit.* 12. *Ann. c.* 5, 6. 7. *Suet. in vit. Claud. c.* 26.

29. Adeo ut ne quidem concubinatus inter has perſonas conſiſtere poſſit. *l.* 56. *D. l.* 4. *C. h. t.*

30. Ut tamen juſto errori tum in hoc, tum aliis in caſibus ignoſcatur *l.* 57. §. 1. *h. t. l.* 38. §. 1. 2. *ad L. Jul. de Adult. l.* 4. *C. de Inceſt. Nupt.*

31. Ob

31. Ob cognationem civilem, quæ per adoptionem contrahitur, prohibetur matrimonium inter adſcendentes, & deſcendentes, etiam diſſoluta adoptione. §. 1. §. 7. *I. l.* 14. *l.* 55. *h.* Inter fratres ſororesque, aliasque perſonas, quæ ſibi parentum liberorumque loco non ſunt, prohibentur nuptiæ conſtante, non ſolutâ adoptione. *d.* §. 1. *l.* 12. §. *ult. l.* 17. §. *ult. h.* quare patris adoptivi matrem, ſororem (non eodem patre natam) materteram, aut neptem ex filio, ut & ſororis adoptivæ filiam filio adoptivo emancipato ducere licet. *l.* 55. §. 1. *h. d. l.* 12. §. *ult.*

32. Cognatio ſpiritualis, quam vocant, impedit nuptias jure Canonico, & ex novâ Juſtiniani Conſtitutione inter Suſceptorem & Suſceptam ex fonte ſacri baptismatis. *l.* 26. *C. h. t.*

33. Affinitatis ratione prohibentur nuptiæ inter eos, qui ſibi ſunt parentum liberorumve, §. 6. *I. l.* 14. §. 1. *h. l.* 4. §. 7. *de Grad. l.* 4. *C. h. l.* 1. §. 3. *de Concubin. Levit.* 18: 8, 15, 17. 1. *ad Cor* 5. vel fratrum ſororumve loco. *l.* 5. *l. pen. & ult. C. de Inceſt. & Inut. nupt.*

34. Quare illicitæ ſunt nuptiæ non modo cum quondam uxore, ſed & cum ſponſâ filii, & patris. §. 9. *I. l.* 12. §. 1. 2. *D. h. l.* 13. §. 3. *ad L. Jul. de Adult.* & filii adoptivi cum quondam noverca. *l.* 14. *pr. h.*

35. Quanquam primis Reipublicæ temporibus non videantur nuptiæ in transverſâ affinitatis lineâ fuiſſe prohibitæ. v. *Val. Max.* 1. *c.* 5.

36. Cum autem affinitas ultra perſonas matrimonio junctas, & alterius conjugis cognatos non extendatur, conſequitur poſſe me, ex. gr. uxorem ducere eam, quæ fratri uxoris meæ quondam nupta fuit. Quanquam vitrici conjun-

ctio cum uxore quondam privigni, ob honeſtatem, prohibita eſt. *l.* 15. *h.t.*

37. Sed nec cognati conjugum inter ſe ſunt affines; adeoque comprivignorum nuptiæ licitæ ſunt. §. 8. *I. l.* 34. §. 2. *h.t. l.* 134. *de V.O.* etiam jure divino. Nec obſtat *Levit. cap.* 18: *v.* 11.

38. Ob honeſtatem & verecundiam ſæpe abſtinendum eſt a nuptiis, quæ ſummo jure licitæ ſunt, ut in cognatione ſervili, & quaſi affinitate. *l.* 14. §. 2. 3. *l.* 42. *h.t. l.* 144. *l.* 197. *de R.J.* §. 9. *I.h.* Sic quoque prohibitæ ſunt nuptiæ cum ea, quæ poſt divortium ex quondam uxore nata eſt. *d.* §. 9. item quæ rea, vel damnata eſt adulterii, aut adultero nupſit. *l.* 29. §. 1. *D. ad L. Jul. de Adult. l.* 9. *C. eod. l.* 26. *h.t.*

39. Cum autem caſus ratione cognationis, affinitatis, aut honeſtatis, nuptiarum prohibitionem continentes, ſatis accurate Divino & Civili jure ſint enumerati, conſequitur, caſus non expreſſos in lineâ collaterali licitos & honeſtos eſſe; quare, ex. gr. & defunctæ uxoris ſororis, vel fratris, filiam ducere licere, verius eſt. Nec movet in contrarium *Levit. cap.* 18: 14, 20 21. nec *l.* 4. §. 7. *de Gradibus & affin.* Ratio eſt poſita in favore matrimonii & procreationis liberorum. vid. *l.* 64. §. 1. *de Cond. & dem. l.* 2 *de Jur. dot. l.* 1. *Sol. Matr. l.* 12. §. 3. *de Capt & poſtl. l.* 7. §. 3. *de Bon. damn.*

40. Ex eadem ratione & ſponſam fratris ducere, & ſponſo ſororis nubere licet.

41. Sed nec nominum confuſio nuptias, alioquin permiſſas, impedit; quare & Titius filiam Mævii, & Mævius filiam Titii ducere poteſt; ſed & ſi Sempronius filiam Sejæ duxerit, Sempronii filius non prohibetur Sejam ducere. *l. ult.* §. 14. *de Grad. & affin.* v. *Sandii Deciſion. lib.* 2. *tit.*

tit. 1. *defin.* 9. Nempe permiſſum eſt uxorem ducere matrem novercæ. vid. *Huber. in prælect. Inſt. h. t. n.* 10.

42. Ob rationem civilem & politicam prohibentur nuptiæ. (1. Propter diverſitatem religionis, ita ut contrahentes ne quidem in primis & communibus Chriſtianæ religionis principiis conſentiant. *l.* 6. *C. de Jud. & cælic. l.* 1. *C. Th. de Nupt. Gent. l.* 16. *C. de Epiſc. Aud. Exod.* 34: 15. *& ſeq. Deut.* 7: 13. quanquam matrimonium, cum infideli contractum, non ſit temere diſtrahendum. 1 *Cor.* 7: 12.

43. (2. Ob dignitatem prohibebantur Senatores, aliique in dignitate poſiti viri, libertinas, aliasque plebejas & abjectæ conditionis mulieres uxores ducere, ut & feminæ honeſtiore loco natæ nubere vilioris conditionis viris. *l.* 23. *l.* 27. *l.* 31. *l.* 34. *inf. l.* 42. §. 1. *l.* 43. §. 10. *l.* 44. *l.* 47. *l.* 49. *h. l.* 3. *C. eod. l.* 7. *C. de Inc. & Inut. nupt. l.* 3. §. 1. *de Don. int. V. & U. Tacit.* 2. *Annal.* 85. *Suet. in Veſp. c.* 3. Quod eſt à Juſtiniano in *l.* 23. *& l. ult. C. h. t.* & in *Nov.* 78. *c.* 3. *Nov.* 117. *c.* 4. 6. abrogatum.

44. (3. Prohibentur Præſides & Provinciarum Rectores, eorumque liberi & domeſtici, ducere uxores ex illis provinciis oriundas, vel ibi domicilium habentes. *l.* 38. *l* 57. *l.* 63. *l.* 65. *h. l. un. C. Si rect. prov. ſponſ. l. un. C. Si quacunq. præd. poteſt.*

45. (4. Ob Clericatum. *Nov.* 6. *c.* 1. §. 7. *Nov.* 123. *c.* 12, 14, 29. *Nov.* 89. *c.* 9. *l.* 19. *l.* 44. *C. de Epiſc. & Cler.* Quamquam ſub Conſtantino Clericis conjugia permiſſa fuerint, *l.* 2. *in f. C. de Epiſc. & Cler.* & ſummâ ratione, atque ex præſcripto juris Divini permittenda

G 5 ſint.

ſint. 1 *Tim.* 3: 2. & 4: 3. *Matth.* 8: 14. *Hebr.* 13: 4.

46. (5. Prohibentur nuptiæ tutoris, curatoris, ejusque, ad quem periculum tutelæ vel curæ pertinet, & eorum liberorum, cum quondam pupillâ, vel adultâ. *l.* 36. *l.* 59. *l.* 60. *l.* 63. *l.* 66. *h. t. t. C. de Interd. Matr. inter. tut.*

47. (6. Matrimonium raptoris cum raptâ. *l. un. C. de Raptu Virg.*

48. Ad formam nuptiarum, præter conſenſum tum contrahentium, tum parentum, quorum in poteſtate ſunt, nihil omnino requiritur. *l.* 30. *de R. J. l.* 22. *C. h. l.* 32. §. 13. *de Don. int. V. & Ux. Nov.* 22. *c.* 3. *Nov.* 74. *c.* 4. *Nov.* 117. *c.* 4. *in f.*

49. Adeoque nec (1. ſolennis deductio in domum mariti. *dd. ll.* nihil eſt contrarium in *l.* 5. *D. l.* 24. *C. h. l.* 15. *de Cond. & Dem. l.* 68. *l.* 69. §. 3. *de Jur. dot. l.* 13. §. 8. *ad L. Jul. de Adult.* aliisque. vid. *Sand.* 2. *Deciſ. tit.* 1. *def.* 1.

50. Nec (2. inſtrumenta nuptialia. *l.* 9. *l.* 13. *C. h. l.* 31. *de Donat. l.* 4. *de Fid. inſtr. l.* 17. *de Pact. l.* 22. *C. h.* niſi quod in matrimonio illuſtrium aliquando tabulæ dotales deſiderentur. Scilicet quando uxores ducunt mulieres viliſſimæ conditionis. *l.* 22. *l.* 23. §. 1. *l. ult. C. h. t. Nov.* 74. *c.* 4. *Nov.* 117. *c.* 4.

51. Nec (3. benedictio Sacerdotalis, à Leone primum introducta in *Nov.* 89. & *Nov.* 74.

52. Cum ergo ſolus conſenſus perficiat nuptias, conſequitur, furorem, amentiam, item vim metumque, ut conſenſum tollunt, ita & nuptias impedire. *l.* 134. *de V. O. l.* 12. *l.* 14. *C. h.* adeo ut matrimonium, metu contractum, ſit ipſo jure nullum. *d. l.* 14. *C. l.* 21. *D. h. l.* 21. §. 3. *Quod. met. cauſâ.*

53. Mo-

53. Modo metus ſit juſtus, non reverentialis; *l.* 22. *de R. N. l.* 7. *l.* 12. *de Sponſ.* exemplum vid. ap. *van Leeuwen*, *Cenſ. For. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *n*, 6. & 7.

54. Error circa ſubſtantialia matrimonii requiſita impedit nuptias, qualis eſt error in perſona, in ſexu, in ſtatu libertatis aut civitatis, in cognatione, vel affinitate.

55. Error in nomine, divitiis, formâ, (veluti ſi quis uxorem ducat mulierem abſentem & nunquam ſibi viſam, vel ſi cæcus uxorem ducat. *l.* 11. *pr.* & §. 1. *de Contr. empt.*) atque ipſâ, quod amplius eſt, virginitate, (de qua quæſtione vid. *Voet. ad tit. de Divort. n.* 15. *Wiſſenb. ad tit. de Sponſ. th.* 3.) non impedit nuptias, quanquam ob hunc errorem haud dubie ſponſalia per repudium diſſolvi, vel ipſum etiam matrimonium quandoque officio magiſtratus reſcindi poſſit, arg. *l.* 11. §. 5. *de Act. empt.* (ubi pro & leg. *ut.*) *Nov. Leon.* 93. *l.* 27. *C. de Inc. Nupt.*

56. Dolus dans cauſam nuptiis videtur eas facere ipſo jure nullas, non ſi in eas inciderit, arg. *l.* 7. *de Dolo malo l.* 16. §. 1. & 4. *de Minor.* vid. *tit. de Dol. Mal. th.* 6.

57. Conſenſus patris adeo requiritur ad formam nuptiarum, ut nuptiæ liberorum ſine eo contractæ, ſint ipſo jure nullæ. *pr.* & §. 12. *I. h. l.* 12. *C. h. l.* 11. *de Stat. Hom.* Adeo ut nequidem per ſubſecutam copulam carnalem ita confirmari poſſint, ut a parentibus diſſolvi nequeant, cum ſubſecuta copula augeat delictum. vid. *Sand.* 2. *Deciſ. tit.* 1. *def.* 4. Non obſtat *l.* 1. §. *ult. de Liber. exhib.*

58. Ita tamen ut ad conſenſum ſufficiat patris

tris patientia & taciturnitas. *l.* 7. §. 1. *de Sponſ. l.* 5. *C. de Nupt. l.* 142. *de R. J.*

59. Ratihabitio autem patris non facit nuptias, injuſſu ejus contractas, retro legitimas: quia ratihabitio in iis tantum negotiis habet locum & vim mandati, ſeu juſſus, quæ aliquo modo conſiſtunt aut pendent, non quæ ſunt ipſo jure nulla: atque ita accipiendæ *l. ult. C. ad SC. Mac. l.* 16. §. 1. *de Pign. l.* 56. *de Jud. l.* 1. §. 14. *de Vi & vi arm. l.* 1. §. 6. *Quod juſſ. l.* 60. *de R. J.* vid. *Vinn. ad pr. Inſt. h. t. Voet. ad h. t. n.* 3. *Huber. præl. Inſt. & D. h. t.*

60. Illud certi juris eſt, nuptias ex eo tempore incipere fieri legitimas, quo ratihabitio patris eſt interpoſita. vide *l.* 11. *de Stat. hom. l.* 13. §. 6. *ad L. Jul. de Adult. l.* 68. *de Jure dot.*

61. Cum autem ratio requiſiti conſenſus paterni ſit patria poteſtas, conſequitur, parentum, qui carent poteſtate patria, conſenſum in nuptiis liberorum minime eſſe neceſſarium. *l.* 2. *l.* 19. *l.* 25. *h. t. l.* 3. §. 5. *de Bon. poſſ. contra tab. Nov.* 115. *c.* 3. §. 11.

62. Quare ad nuptias neptis ſufficit conſenſus avi, qui & filium, & neptem ex filio habet in poteſtate. *l.* 3. *l.* 9. *h. l.* 16. §. 1. *h.* Licet in nuptiis nepotis requiratur & avi, & patris, licet ipſe ſit in poteſtate, conſenſus. *d. l.* Ne patri invito ſuus heres agnaſcatur. v. §. 7. *I. de Adopt.*

63. Ex eodem principio conſequitur, nec unquam matris, utpote patriâ poteſtate deſtitutæ, v. *Liv.* 38: 57. nec patris conſenſum requiri in nuptiis liberorum emancipatorum. *l.* 25. *h.*

64. Quanquam arbitrium filiæ emancipatæ minoris 25. annis, ob infirmitatem ſexus ætatisque, & honeſtatem, non ſit plane liberum, ſed

ſed neceſſe ſit, ut illa patris, quin &, mortuo patre, matris, propinquorum ac Magiſtratuum conſilium adhibeat, in diſſenſu verò judex filiæ potius, quam patris aut matris voluntatem ſequatur. *l.* 1. *l.* 18. *l.* 20. *C. h.*

65. Si pater ob furorem conſentire nequeat, Magiſtratus & Epiſcopi civitatis, ex ſententia curatoris, patri furioſo dati, & amicorum, de nuptiis liberorum ſtatuunt. *pr. l. l.* 25. *C. h.*

66. Si pater non furioſus ſit, ſed abſens, nuptiæ per triennium ſunt differendæ. v. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 11. *h. t. l.* 12. §. 3. *de Capt. & poſtlim. revers.*

67. Si pater ſine juſta cauſa nuptiis contradicat, vel injuriâ liberos prohibeat ducere uxorem, vel nubere, per Magiſtratum conſentire & dotare cogitur. *l.* 19. *h.* Idque ſine differentia ætatis majorennis ac minorennis, ſecus ac moribus hodiernis. *Voet. ad h. t. n.* 11. & 22. licet autem pater aliquando cogatur conſentire in nuptias liberorum, liberi tamen nec a patre, nec a Magiſtratu cogi poſſunt ad uxorem ducendam. vid. *l.* 21. *l.* 22. *D. l.* 12. *l.* 14. *C. h. t. l.* 5. *in fin. C. de Sponſal.*

68. Nuptias autem impedire parentibus licet, ob malos mores, humiles, aut obſcuros natales, aliasque juſtas cauſas. v. *l.* 3. §. 5. *de Bonor. poſſ. contr. tab.* Sed & liberis ſine piaculo a parentum voluntate diſcrepare hac in parte licet, ſi indignum turpemve illis ſponſum obtrudant, aut ſponſam. *l.* 12. *l.* 13. *de Sponſal. l.* 21. *h.*

69. Effectus nuptiarum olim diverſus erat, pro varia ratione nuptiarum, quæ ut confarreatione, conventione in manum, vel uſu contrahebantur, ita alios ſortiebantur effectus, quorum rituum & effectuum complura exſtant in jure

jure noſtro veſtigia, de quibus conſulendi *Hottomani*, & *Briſſonius*. v. *Ulp. in Fragment. Tit.* 9. Tribonianus autem pro *convenire in manum* aliquando videtur ſubſtituiſſe *convenire in matrimonium. l.* 15. *h. t.* & ibi *Gothofr. l.* 121. §. 1. *de V. O.*; in *l.* 17. *de Act. rer. amot.* ſimpliciter dicitur *convenire* pro *convenire in manum*, id eſt, *nubere*.

70. Jure novo Juſtinianeo, ſive obliteratâ priſca conſuetudine, ſive interpolatione Triboniani, veterum monumentis ad rationem ſui temporis accommodatis, effectus omnium juſtarum Nuptiarum ſunt (1. Ut mulier tranſeat in poteſtatem mariti. v. *Geneſ.* 3: 16. 1 *Cor.* 14: 34. 1 *Petr.* 3: v. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *D. de Liber. exhib. l.* 11. *C. h. t. l.* 48. *D. de Oper. libertor. Liv. lib.* 34. *c.* 2. *Gell.* 10. *c.* 23. ita tamen ne maritus poteſtate ſibi tributa abutatur. v. *Nov.* 117. *c.* 14. arg. *l. un.* C. *de Emend. prop.*

71. (2. Ut marito reverentiam exhibeat uxor. *l.* 14. *inf. Sol. matr.* Nomina autem *domini*, & *dominæ*, quibus conjuges ſe invicem honorare ſolebant, potius erant tituli amoris, & benevolentiæ, quam poteſtatis. v. *l.* 57. *de Donat. int. V. & U. l.* 88. §. 2. *de Legat.* 2. *l.* 41. *pr.* & §. 4. *de Legat.* 3. *l.* 19. §. 1. *de Ann. legat. l. ult.* §. 1. *de Auro agr. legat. Nov.* 74. *cap.* 4. & *ibi Gothofred.*

72. (3. Ut mulier ſequatur mariti forum. *l. pen. de Juriſd. l. ult. C. de Incol.*

73. (4. Domicilium. *d. l. ult. de Incol. l.* 5. *h. l.* 1. §. 15. *de SC. Sylan.*

74. (5. Dignitatem. *d. l. ult. l.* 8. *l.* 1. & *l. ult. de Senator. l.* 13. C. *de Dignit.*

75. (6. Sacra. *l.* 1. *h. l.* 4. C. *de Crim. expil. her.*

ber. ubi pro *domus.* leg. *domum.* pro *ſuſpicitur* autem leg. *ſuſcipitur.*

76. (7. Ut mulier proſperæ adverſæque fortunæ ſocia fiat & particeps. vide *l.* 22. §. 7. *Sol. matr.*

77. (8. Ut conjuges conſequantur promiſcuum rerum uſum. *l.* 1. *h. l.* 1. *Rer. Amot. d. l.* 4. *C. de Crim. expil. hered.*

78. Unde tamen minime putandum eſt, bonorum communionem, aut ſocietatem jure Romano inter conjuges habere locum. Vide *l.* 71. *D. l.* 6. *C. de Don. int. V. & Ux. l.* 1. §. 15. *de SC. Sylan. l. ult. D. de In rem verſo. l.* 12. *de Præſcr. verb.*

79. Niſi aliter convenerit. *l.* 16. §. *ult. de Alim. leg. l.* 17. §. 1. *Solut. matr. Martial. libr.* 4. *Epigr.* 75.

80. (9. Ut reverentia & patria poteſtas acquiratur patri, ſolâ reverentiâ matri ſalvâ. §. 2. *I. de Patr. pot. l.* 4. *D. de Curat. fur. & al. extra min. dandis.* §. 10. *I. de Adopt.*

81. Nuptiæ ſunt vel primæ, vel ſecundæ, quo nomine veniunt omnes poſt primas contractæ, eodem modo ut omnes ſubſtituti heredes, quocunque ordine vel gradu vocati ſint, vocantur heredes ſecundi.

82. Nuptias ſecundas licitas eſſe ratio, ſacri humanique juris auctoritas, & politiorum gentium mores probant. *Rom.* 7: 2, 3. 1 *Cor.* 7: 39. 1 *Timoth.* 5: 14. *Matth.* 22: 25. *& ſeq. l.* 4. *pr. C. de Bon. quæ lib. t. t. C. de Secund. nupt.* Quanquam, præſertim feminis, laudabile fuerit, nuptiis ſecundis abſtinere, & plurium matrimoniorum experientia, quaſi legitimæ cujus-

dam

dam intemperantiæ ſignum haberetur. *l.* 3. §. 1. *C. de Sec. nupt. Val. Max.* 2: 1.

83. Ita tamen licitæ mulieribus ſunt ſecundæ nuptiæ, ut prius viros per legitimum tempus, olim decem, jure novo duodecim menſium, elugeant. *l.* 8. *de His qui not. inf. l.* 2. *C. de Sec. nupt. l.* 8. §. 4. *C. de Repud.* tum ut publicæ honeſtati conſulatur, tum ut prolis incertitudo, & confuſio ſanguinis evitetur. *l.* 1. *d. l.* 2. *d. l.* 8. §. 4. *l.* 53. §. 3. *C. de Epiſc. & Cler. Ovid.* 1. *Faſt.* v. 33. *& ſeq. Tac.* 1. *Annal. cap.* 10.

84. Ratio palmaria, confuſio ſanguinis, cum in marito ceſſet, nullum ei luctus tempus eſt præſtitutum. *l.* 9. *de His qui not. inf. l.* 23. *eod.* v. *Tac. de Morib. Germ. c.* 27. *Senec. Ep.* 63.

85. Pœna mulieris, intra annum luctus, nubentis eſt (1. infamia. *l.* 1. *D. de His qui not. Inf. l.* 1. *l.* 2. *C. de Sec. nupt.* (2. Ne plus tertia parte bonorum, titulo dotis, aut aliter inter vivos, vel teſtamento, ſecundo marito relinquere poſſit. *d. l.* 1. (3. Ne quidquam hereditatis, fideicommiſſi, legati, vel mortis cauſâ donationis titulo ab extraneo conſequatur. *d. l.* 1. (4. Ut amittat omnia à priore marito, titulo hereditatis, legati vel fideicommiſſi accepta *d. l.* 1. (5. Ne ultra tertium gradum admittatur ad hereditates ab inteſtato. *d. l.* 1. Quæ pœnæ etiam tunc locum habent, cum mulier intra annum luctus ſtuprum paſſa peperit. *Auth. Eisdem. C. de Sec. nupt. Nov.* 39. *c.* 2. §. 1. *Auth. Quod hodie. C. de Repud.*

86. Pœnæ ſecundarum nuptiarum, poſt annum luctus contractarum, non tam ad coërcitionem licitæ & permiſſæ conjunctionis, quam

in

in favorem liberorum, ex priore matrimonio quæſitorum, ſunt (1. Quod conjuges, ad ſecundas nuptias tranſeuntes, ſalvo uſufructu, amittant proprietatem rerum, ſibi à priore conjuge relictarum. *l. 5. C. de Sec. nupt.* Ipſum uſumfructum ſibi relictum retinent jure novo. *Nov.* 22. *c.* 32. non jure veteri. *l. un. C. Si ſecundò nupſer. mul.*

87. (2. Conjugi ſecundo, nec inter vivos, nec ultimâ voluntate, plus donare, vel relinquere poſſunt, quam ſingulis ex liberis prioris matrimonii, quibus minimum relictum eſt. *l. 6. C. de Sec. Nupt.* Quod ultra datum eſt, aufertur, lucro liberorum ex priore, non ex poſteriore, matrimonio quæſitorum. *Nov.* 22. *c.* 27. quâ abrogatur *l. 9. C. de Sec. Nupt.* Extraneo etiam integram dotem vel donationem propter nuptias relinquere poſſunt, ſalvâ liberis legitimâ. *l.* 18. *C. de Don. ant. Nupt.*

88. (3. Quod proprietas bonorum, quæ conjux, ſecundas nuptias contrahens, ex ſucceſſione ab inteſtato liberorum prioris matrimonii, quæ à parente eorum profecta ſunt, acquiſivit, æqualiter ſervari debeat reliquis liberis ex priore matrimonio natis. *Nov.* 22. *c.* 46. *Auth. Ex teſtamento. C. de Sec. Nupt.* Bona autem, quæ aliunde, quam a communi parente ad liberos defunctos prioris matrimonii pervenerunt, pleno jure acquiruntur parenti ſuperſtiti, ſcilicet ex ſucceſſione ab inteſtato, licet ſecundas nuptias contraxerit. *d. Nov.* 22. *c.* 46.

89. (4. Amittuntur bona ſub conditione viduitatis relicta, ita ut ne quidem ante ſecundas nuptias ea percipere liceat, niſi præſtitâ cautione Mucianâ. *l. 7. l.* 18. *D. de Cond. & dem.*

Nov. 22. *c.* 43. 44. quâ derogatur *legi pen. & ult. C. de Ind. Viduit. & L. Jul. Miſc.* vid. *Menag. Amœn. pag.* 327. *& ſeq.*

99. (5. Conjux heres inſtitutus, & legato conditionali, vel in diem relicto in gratiam liberorum prioris matrimonii, oneratus, præſtat cautionem fidejuſſoriam legatorum nomine. *Nov.* 22. *c.* 41. contra communem regulam. *l.* 7. *Ut legat. vel fideic.* Atque hæ pœnæ communes ſunt utriusque ſexus conjugibus.

91. (6. Mater ut & avia amittit tutelam ac educationem liberorum. *Auth. Sacramentum. C. Quand. mul. tut. off. Nov.* 22. *c.* 38. *& l.* 1. *C. Ubi pupill. educ. deb. Auth. Eisdem C. de Sec. Nupt.*

92. (7. Ut & dignitatem prioris mariti. *l.* 10. *C. h. t. l.* 8. *l. ult. D. de Senat. l. ult. C. de Incol. Nov.* 22. *c.* 36.

93. (8. Amittit uſumfructum, & portionem rerum propter nuptias donatarum. *Nov.* 127. *c.* 3. *v. & l.* 7. *& Auth. ſeq. C. de Revoc. donat.*

94. Atque has in matre pœnas etiam tum habere locum verius eſt, cum, etiamſi à ſecundis nuptiis abſtineat, inhoneſte vivit, arg. *Nov.* 39. *c.* 2.

95. Ut & omnes pœnæ locum habent, etiamſi vel conjux defunctus, vel ipſi liberi in ſecundas nuptias, a conjuge ſuperſtite contrahendas, conſenſerint. Ratio eſt, quia jus Publicum privatorum pactis vel voluntate, mutari non poteſt. *l.* 38. *de Pact. l. ult. de Suis & leg. hered. l.* 55. *de Legat.* 1. Non obſtat. *Nov.* 22. *c.* 2. *pr. & cap.* 46. Liberi autem conſenſum præbendo rei omni jure licitæ, nempe ſecundo matrimonio parentum, non committunt culpam, amiſſione horum beneficiorum dignam, præterea illorum

dis-

diſſenſus non potuiſſet impedire ſecundas nuptias patris vel matris; qui autem non contradicit, ac qui conſentit in actum, eo videtur nullum ſibi facere præjudicium. Aliud Juris eſt, ſi liberi ſint perfectæ ætatis, & ſpeciatim renuncient pœnis ſecundarum nuptiarum, ſive juri ex illis quæſito vel quærendo; pœnæ enim ſecundi matrimonii ſunt privilegia liberorum prioris matrimonii. *l. pen. de Pact. l.* 145. *de R. J.*

TIT. III.

De Jure Dotium. Cod. 5. 11, 12, 15.

1. Bona mulieris nuptæ triplicis fere apud Veteres creduntur fuiſſe conditionis, *receptitia*, *parapherna*, & *dotalia*.

2. Parapherna ſunt, *quæ, præter promiſſæ dotis quantitatem, in matrimonium adferuntur*. Quorum proprietas uxoris, adminiſtratio mariti, uſusfructus plerumque communis eſt, niſi aliter convenerit. *l.* 9. § 3. *h. t. l.* 8. *l. ult. C. de Pact. conv. l. pen. ad L. Falc. l.* 31. §. 1. *D. de Donat. Menag. Amœn. c.* 3.

3. Receptitia definiuntur, *quæ nullo modo poteſtati & arbitrio mariti permiſſa ſunt. Ulp. Fragm. tit.* 6. Quanquam re vera inter receptitia & paraphernalia vel exigua, vel nulla videtur fuiſſe differentia. v. *Gell. lib.* 17. *c.* 6. omnino enim illa differentia videtur pependiſſe ex arbitrio & voluntate uxoris.

4. Dos eſt *quantitas bonorum, quæ vel à muliere, vel ab alio, in gratiam mulieris, datur marito, ad ſuſtinenda onera matrimonii. l.* 56. §. 1. *l.* 75. *D. l.* 20. *C. h. t.*

5. Dos eſt vel *profectitia*, vel *adventitia*. Profectitia, *quam pater filiæfamilias, aut emancipatæ, vel alius contemplatione patris, conſtituit. l.* 5. §. 2. 6. 9. 10. 11. *h.*

6. Adventitia eſt, *quam vel ipſa mulier, vel extraneus, mulieris, non patris contemplatione, conſtituit.*

7. (2. Eſt vel *æſtimata*, vel *inæſtimata*. Æſtimata, *quæ, ad valorem juſti pretii exacta, ita datur, ut maritus, ſoluto matrimonio, præſtando pretium defungi poſſit, eaque æſtimatio vice venditionis fungatur. l.* 10. §. 4. *& ſeqq. l.* 17. §. 1. *D. l.* 5. *l.* 10. *C. h. l.* 1. *l.* 3. *pro Empt. l. un.* §. *ult. C. de Rei ux. Act.* Inæſtimata, *cum corpora non æſtimata marito dantur. dd. ll.*

8. (3. Eſt vel *cauta*, vel *numerata*. Numerata, *quæ naturali, vel ficta datione ac traditione perficitur.* Cauta, *quæ inſtrumento promiſſa, ſed non data eſt. t. C. de Dot. caut. non num.* Ex qua exceptio non numeratæ dotis competit intra annum à ſoluto matrimonio, ſi id non ſteterit ultra biennium; intra tres menſes, ſi poſt biennium, ſed intra decennium, ſit diſſolutum; ſi poſt decennium, ceſſat exceptio. *Auth. Quod locum. C. eod.*

9. (4. Eſt *voluntaria*, vel *neceſſaria*. v. infra *theſ.* 14. *& ſeq.* (5. Vel *vera*, vel *putativa*, vel proprie dicta. v. *l.* 74. *de Jur. Dot. l.* 17. §. 1. *de Reb. auct. judic. poſſid. t. D. de Dote præleg.*

10. In dotem dari poſſunt omnis generis res, quæ ſunt in commercio, non modo corporales, ſed & incorporales, ut nomina, *l.* 2. *C. de O. & A.* hereditas, ſcilicet hominis mortui. *l.* 13. §. 10. *de Hered. petit.* uſusfructus, *l.* 12. §. 2. *de Uſufr. l.* 66. *h. l.* 57. *Solut. matrim.* æs alie-

num

Digitized by Google

ſum à marito debitum uxori. *l.* 77. *h.* quo caſu uſuræ, quæ poſt matrimonium incipiunt deberi, non augent dotem. *d. l.* 77. niſi id convenerit. *l.* 69. §. 1. *h.* Etiam res alienæ in dotem dari poſſunt, quatenus uſucapi poſſunt. vid. *l.* 6. §. 1. *l.* 16. *h. t. D. Pro dote.*

11. Sed & omnia mulieris bona in dotem dari poſſe, dubium non eſt. *l.* 72. *D. l.* 4. *C. h.*

12. Ita tamen ut mulier, quæ omnia bona, vel plura, quam habet, in dotem promiſit, ſeque læſam probat, reſtitui poſſit in integrum. *l.* 9. §. 1. *D. de Minor. l. un. C. Si adv. dot. l.* 6. §. *ult. h.* v. & *l.* 61. *eod.*

13. Quod ſi mulier (vel extraneus) dotem generaliter promiſerit, quam poſtea arbitrata fuerit, valet promiſſio. *l.* 3. *C. de Dot. prom.* v. *l.* 22. §. 1. *de R. J.* ſin ſimpliciter, detractâ arbitrii mentione, promiſerit, nulla eſt promisſio. *l.* 1. *C. de Dotis prom.* Secus quam ſi pater mulieris hoc modo dotem promiſerit: is enim tenetur dotare filiam, pro modo ſuarum facultatum & dignitate mariti. *l.* 19. *de R. N. l.* 69. §. 4. *h. l.* 43. *de Leg.* 3. Si pater dotem ſupra vires patrimonii promiſerit, à genero conventus, durante matrimonio, gaudet competentiæ beneficio; ſolutâ vero affinitate, in ſolidum tenetur, ſi pacto dotali hoc actum ſit, ut, mortua muliere, dos maneat penes maritum. *l. pen. h. l.* 15. *l.* 17. *Solut. Matr. l.* 21. *l.* 22. *de Re jud.* eâdem ratione ut extraneus, qui dotem pro muliere promiſit. *d. l. pen. h. l.* 41. *de Re jud.*

14. Dotem dare omnes, qui volunt, poſſunt, quidam tenentur, etiam inviti; ut pater liberis ex juſto matrimonio quæſitis. *l.* 41. *h. t. l. ult. C. de Dot. prom.* (non naturalibus. vide *l.* 41.

 §. 11.

§. 11. *de Leg.* 3. *l.* 13. *in f. de R. N. l.* 6. *de Coll. bon.* licet pater eos teneatur alere; diverſa enim hac in parte eſt ratio alimentorum & dotis.) Etiam locupletibus. *d. l. ult.* licet pater eos alere non teneatur. *l.* 5. §. 7. *de Agn. & alend. lib.* argumentum negativum enim non procedit ab alimentis ad dotem, argumentum vero affirmativum a dote ad alimenta quandoque eſt validum. *Vinn.* 2. *Sel. Quæſt.* 14. *Bronkh. cent.* 3. *enant. aſſert.* 14. etiam emancipatis. *d. l. ult.* (nihil obſtantibus *l.* 19. *de R. N. l.* 5. §. 11. 12. *l.* 51. *h.*) etiam ſecundo nubentibus, ex præſcripto *Nov.* 97. *c.* 5. *& Auth. Sed quamvis. C. de Re ux. act.* Quatenus ſcilicet filiæ ſecundas nuptias contrahenti danda eſt nova dos ejusdem quantitatis, licet prima dos non ſit ad patrem reverſa, ſed ſine culpa mulieris perdita vel amiſſa, niſi medio tempore admodum decreverit patrimonium patris. Non indignis aut ingratis, non filiæfamilias, minorenni ſine conſenſu patris nubenti, arg. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 11. v. *l.* 3. §. 5. *de Bon. poſſ. contra tab.* Scilicet ſi pater habuerit juſtas matrimonii prohibendi cauſas, vel filia corpore quæſtum faciat. *l.* 19. *de R. N. Nov.* 115. *c.* 4. §. 11. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 9. *& Huber. ad tit. de R. N. th.* 6.

15. Si pater inops officio ſuo hac in parte parere nequeat, matris eſt dotem conſtituere, arg. *l. ult. in med. C. de Dot. prom. l.* 14. *C. h.* niſi quod mater hæretica, etiam ſimul cum patre, filiæ orthodoxæ dotem conſtituere teneatur. *l.* 19. §. 1. *C. de Hæret.*

16. Sed & fratris eſt, ſororem germanam aut conſanguineam, omni dote deſtitutam, dotare, arg. *l.* 12. §. *pen. de Admin. tut.* quan-

quam

quam nuptiale munus mittere non teneatur. *l.* 13. §. 2. *eod.*

17. Effectus dictæ vel promiſſæ dotis eſt, quod actione ex ſtipulatu, vel condictione ex lege peti poſſit, ſi dos ex nudo pacto ſit promiſſa. v. *Caji Inſtitut. l.* 3. *tit.* 2. §. 3. *l.* 6. *C. de Dot. prom. l.* 1. *C. h. t.* ubi pro *conditione* leg. *condictione*, ut in *l.* 5. *D. de Naut. fœn.*

18. Effectus conſtitutæ dotis eſt, quod maritus verum & ſolidum rerum dotalium dominium adquirat, *princ. I. Quib. alien. lic.* §. 40. *in f. I. de Rer. diviſ. l.* 1. §. 1. *l.* 13. §. 2. *de Fund. dot. l.* 7. §. 3. *D. l.* 23. *C. de Jur. dot. l.* 9. *C. de R. V. l.* 24. *Rer. am.* revocabile illud quidem & temporarium, usque ad finem matrimonii, ſi inæſtimata; perpetuum autem, ſi æſtimata dos ſit. *l.* 10. *pr.* & §. 1. & 5. *l.* 17. §. 1. *D. l.* 30. *C. h. l.* 75. *D. l.* 10. *C. eod. l.* 3. §. 5. *D. de Minor.*

19. Si dos data æſtimataque evicta ſit, actioni de evictione locus eſt. Ratio eſt in *l.* 4. *C. de Evict. l.* 3. *pro Empt.* Si inæſtimata, nec de evictione, nec alteri actioni locus eſt, niſi vel pater, ſive dolo, ſive bona fide, arg. *l.* 69. §. 4. & 7. *h.* vel extraneus dolo malo rem alienam dederit, quo caſu actio de dolo competit; vel ipſa mulier, quo caſu tenetur actione in factum. *l.* 1. *C. h. t.*

TIT. IV.

De Pactis Dotalibus.
Cod. 5. 14.

1. Dotis promiſſioni, vel dationi adjici poſſunt omnia pacta, quæ nec bonis moribus, *l.* 5. *h.* nec naturæ dotis, *d. l.* 5. §. *ult. l.* 21. §. 1. *de Don. int. V. & U. l. un.* §. *ult. C. de Rei ux. act.* nec favori mulierum ſunt contraria; veluti ut maritus dolum, non culpam præſtet. *l.* 6. *h.* ut dos ad defuncti mariti heredes devolvatur, non uxori reſtituatur. *l.* 2. *h.* ut maritus dotem reddat quidem, ſed die ulteriore. *l.* 14. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 17. *h.* In *l.* 10. *D. h.*, quæ contrarium velle videtur, legendum cum Cujacio, *pro nepte dixiſſet*, non, *pro nepote ſuſcepiſſet*, arg. *l.* 23. *de Pact.* v. & *l. ult.* §. 1. *h. t.* Adeoque illa lex accipienda eſt non de dote numerata ſive tradita, reſtituenda a marito, ſed de dote cauta vel promiſſa, a patre vel avo mariti ſolvenda. Diſſ. alii. *vid. Wiſſemb. ad h. t. th.* 21.

2. Sed & pacta dotalia de futura ſucceſſione conjugum prohibita ſunt. *l.* 5. *C. de Pact. Conv. l. ult. D. de Suis & leg. her. l.* 15. *l. ult. C. de Pact.* ſup. *tit. de Pact. th.* 40. *n.* 2. *Sand.* 2. *Deciſ. tit.* 2. *defin.* 7. *in fin. Wiſſenb. ad h. t. th.* 23. nec jure novo alia quælibet valent, niſi quantitas donationis propter nuptias doti ad amuſſim reſpondeat. *Auth. Æqualitas. C. de Pact. conv.*

3. Quanquam autem ſatisdatio, datis fidejuſſoribus, nec mulieri, nec doti obſit, ob reverentiam tamen matrimonii conveniri non poteſt, ut maritus fidejuſſores de dote reſtituendâ

præ-

præſtet. *t. C. Ne fidej. dot. dent. l.* 17. §. *ult. de Teſt. tut.* Ratio eſt in *l.* 1. & *l.* 2. *C. Ne Fidej. dot. dent.* & *d. l.* 17. Idem juris eſt in ſocero & proſocero uxoris, ſive in patre & avo mariti. *d. l.* 2. hæc autem cautio adeo eſt prohibita, ut nec uxor eam a marito exigere poſſit, nec fidejuſſor a marito datus obligetur: *Wiſſenb. ad tit. de Fidej. th.* 2. & *Voet. ad tit. de Fidej. n.* 11.

4. Cum pacta, ut, defunctâ in matrimonio muliere, dos reſtituatur heredibus ejus, vel contra, lucro mariti cedat, mulieribus non noceant, valent haud dubiè eâ pacta, modò ab extraneo in continenti ſint adjecta, non ex intervallo, niſi accedente mulieris conſenſu. *l.* 20. §. 1. *h.* Pater dotis dationi pacto, in continenti adjecto, conditionem apponere poteſt, adeo ut pactum non modò patri paciſcenti, ſed & filiæ noceat: ex intervallo ſive ſolus pater, ſive filia ſola paciſcatur, ſibi, non aliis, obeſſe poſſunt, niſi quod pactum filiæ noceat & patri, adjunctâ filiæ perſonâ agenti. *l.* 7. *h. t.* Conventio avi aut patris prodeſt nepti aut filiæ ad agendum & dotem conſequendam. *l.* 45. *Sol. matr.*

5. Effectus pactorum dotalium eſt, quod proſint vel ad excipiendum, ſi ex intervallo, vel etiam ad agendum, ſi in continenti ſint adjecta. *l.* 1. *C. de Pact. conv.* modo juſtæ nuptiæ interceſſerint, licet per copulam nondum confirmatæ. *l.* 3. *l.* 21. *l.* 22. *l.* 41. §. 1. *D. de Jur. Dot. l.* 4. §. 2. *D. de Pact.* & is, qui vi pactorum agit vel excipit, illis ex ſuâ parte obtemperaverit. *Auth. Sed quæ. C. de Pact. Conv. l.* 15. §. 8. *l.* 25. *de Act. emt. l.* 39. §. 1. *de Oper. libert. l.* 7. *de Bon. libert.*

6. Diſſolvuntur pacta dotalia, ut aliæ quælibet, contrario paciſcentium conſenſu. *l.* 5. *C. de O. & A. l.* 35. *de R. J. l.* 58. *de Pact.* Alter enim conjux altero invito a pactis dotalibus recedere non poteſt. *l.* 17. §. 3. *Commod. l.* 75. *de R. J.* niſi pacta de futura ſucceſſione conjugum, uti hodie moris eſt apud multos, concepta ſint verbis ultimarum voluntatum; vid. *l.* 4. *de Alim. leg.* & *Wiſſenb. ad h. t. th.* 24.

TIT. V.

De Fundo Dotali. Cod. 5. 23.

1. Quanquam maritus verus rerum dotalium dominus ſit, fundum tamen, aliasque res immobiles inæſtimatas, vel quæ fictione juris pro immobilibus habentur (uti ſervitutes prædiales, uſusfructus rei immobilis, obligationes & actiones dotales, quæ pertinent ad res mobiles) per L. Juliam, ab Auguſto de adulteriis & pudicitiâ latam, alienare prohibetur. *Paul. Rec. Sent.* 2. 21. *pr. I. Quib. alien.*

2. Quæ alienationis prohibitio etiam ad ſponſum extenditur. *l.* 4. *h.*

3. Atque hoc ita in voluntaria, non neceſſaria alienatione, ita maritus non poteſt petere diviſionem fundi dotalis, cum alio communis. *l.* 1. *h. t.* junct. *l.* 62. *de Acq. rer. dom. l.* 26. *l.* 27. *l. ult. D. de Jur. Dot. l.* 73. §. 1. *eod. l. ult. C. h. t.* junct. *l.* 1. *C. Comm. utr. jud. l. ult. C. Commun. div. l. ult. C. de Præd. minor.*

4. Res immobiles æſtimatas alienare poteſt, ad pretium, ſoluto matrimonio, reſtituendum, obligatus, quia æſtimatio eſt ſpecies quædam ven-

venditionis, adeoque maritus per æſtimationem fundi dotalis perfectum & irrevocabile dominium rei dotalis conſequitur. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *pro empt. l.* 10. §. 4. *D. l.* 5. *l.* 10. *C. de Jur. dot.*

5. Niſi æſtimatio ſit facta non venditionis, ſed intertrimenti, ſive taxationis cauſâ. *l.* 69. §. 7. *D. l.* 21. *C. de Jur. dot. l.* 50. *Sol. matr.* ita ut probari poſſit, quantum in rebus dotalibus intertritum & deperditum ſit; *intertrimentum* enim ſive *intertritura* eſt proprie *diminutio*, ſive *depretiatio*; ſic cum de argento agitur, eſt, quod inter coquendum de argento perit. *l. ult. in f. de Pign. act.* vel mulier electionem ſibi ſtipulata ſit, utrum rem, an æſtimationem recipere velit. *l.* 11. *D. l.* 1. *C. b.*

6. Res mobiles, licet pretioſas, etiam inæſtimatas, alienare poteſt. *l.* 3. §. 2. *de Suis & leg. her. l.* 3. *C. de Jur. dot. l. ult. C. de Serv. pign. dat. man. l.* 42. *de Jur. dot. l.* 9. *C. de R. V.*

7. Lex Julia alienationem prædiorum dotalium, invitâ muliere; oppignorationem, etiam conſentiente eâ, factam prohibebat. Juſtinianus utramque, ſive invitâ, ſive conſentiente muliere, factam prohibuit. *l. un.* §. 15. *C. de Rei ux. act.* Ratio eſt *in pr. I. Quib. alien.* Ut autem prohibita eſt alienatio & obligatio, ita & conſtitutio, vel remiſſio ſervitutis, v. *l.* 5. *l.* 6. *b. l.* 7. §. 1. *b. t. l.* 3. §. *pen. de Reb. cor.* & uſucapio culpa mariti facta. *l.* 16. *b.* arg. *l.* 1. *C. b.*

8. Effectus prohibitionis eſt, quod mulieri, vi dominii, ad eam, ſolutô matrimonio, reverſi, ſalva ſit rei vindicatio. *l.* 30. *C. de Jur. dot.*

9. Alienatio, ab initio nulla, tractu temporis convaleſcit, ſi, mortuâ in matrimonio muliere, ex pacto dotali dos lucro mariti cedat.

l. 3.

l. 3. §. 1. *l. pen. h. t. l.* 42. *de Uſuc.* Ratio eſt, quia confirmato jure dantis, ſive alienantis, confirmatur etiam jus accipientis; ſimilem caſum vid. *in l.* 41. *de Pign. act.* Non obſtat *l.* 29. *de R. J.* & *tit. D. de Reg. Caton.* quia dicta regula non pertinet ad negotia inter vivos, ſed ad ultimas voluntates.

DIGESTORUM

LIBER XXIV.

TIT. I.

De Donationibus inter virum & uxorem. Cod. 5. 16.

1. Ne conjuges ſe mutuo amore deſpoliarent, moribus Romanorum receptum eſt, ne donationes inter virum & uxorem valerent. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 31. §. 7. *D. h. Nov.* 74. *c.* 4. *in f. princ.*

2. Adeo ut non propria tantum & directa, ſed & indirecta, per fictum imaginariæ venditionis, ſimiliſve contractus titulum, facta donatio, ſit prohibita. *l.* 5. §. 5. *l.* 7. §. 6. *l.* 32. §. 24. *l.* 49. *l.* 52. *h.*

3. Ut & quæ fit per interpoſitam perſonam, vide *l.* 3. §. 2. & *ſeqq. l.* 5. §. 2. *l.* 7. *l.* 32. §. 16. & *ſeqq. D. l.* 3. *C. h.* Et per fictionem brevis manus. *l.* 3. §. *pen.* & *ult. l.* 4. *h.* In dubio præſumitur donatio, & quidem à marito, non ab alio, profecta. *l.* 51. *D. l.* 6. *C. h. t.*

4. Quod

4. Quod tamen prohibitæ donationis jus non amarè, id eſt, non ſtricto & ſummo Jure, ſed habita ratione æquitatis, (ſimilem locutionem vid. *in l.* 18. *de Ædilit. edict.*) nec tanquam inter infeſtos, ſed ut inter conjunctos maximo affectu, & ſolam inopiam timentis, interpretandum eſt; hinc in dubio reſpondendum eſt pro donatione inter virum & uxorem. *l.* 28. §. 2. *l.* 31. §. 7. *l.* 32. *pr.* §. 2. & 4. *h. t.* adeoque valet (1. donatio remuneratoria. *l.* 7. §. 2. *h.* arg. *l.* 19. §. 1. *l.* 27. *de Donat.* (2. & mortis causâ facta. *l.* 9. *inf. l.* 10. *l.* 11. *h. l.* 40. & *l.* 43. *D. de Mort. cauſſ. Donat.* ſecus ſi ſocer genero vel nurui, mortis ſuæ causâ, donet, quia matrimonium filii vel filiæ non diſſolvitur morte ſoceri, adeoque hæc donatio ſi valeret, poſſet habere effectum, licet matrimonio adhuc durante. *l.* 26. §. 1. *l.* 53. *h. t. l.* 11. *de Mort. cauſ. donat.* (3. Si donator non fiat pauperior, licet donatarius locupletior fiat, ut ſi res aliena, conſentiente vel non conſentiente domino, donetur. *l.* 5. §. 8. 16. *h. l.* 25. *l.* 28. §. 3. *l.* 32. §. 9. *l.* 50. *l.* 51. *h. t. l.* 3. *D. pro Don.* Idem juris eſt, ſi donatarius non fiat locupletior, licet donator fiat pauperior. *d. l.* 5. §. 8. *l.* 7. §. 1. & §. *pen.* & *ult. l.* 8. *l.* 31. §. 8. 9. *l.* 34. *l.* 44. *h. t.* (4. Si donatum ſit in refectionem ædium. *l.* 14. *h.* vel ſepulturam. *d. l.* 5. §. 8. vel aliam piam cauſam. *d. l.* 5. §. 12. *l.* 34. *l.* 43. *h. t.* (5. Si uſus ſervorum, veſtimentorum, ſcilicet communium, adeoque tam muliebrium, quam virilium, quibus & vir & fœmina ſine reprehenſione uti poſſunt, item ſcenicorum, ſtragulorum, tapetiorum, & ſimilium. *l.* 23. §. 2. *l.* 33. *de Aur. arg. leg.* aut habitationis, ſcilicet quan-

quando vir & uxor, ſervato invicem honore matrimonii, ſeorſim, ſive ſeparatis in ædibus, habitant. *l.* 4. §. 1. *l.* 8. §. 1. *de Uſu & habit.* junct. *l.* 32. §. 13. *h. t.* & *l.* 15. *Rer. amot.* Ceterum hoc intelligendum eſt de habitatione ad breve tempus & neceſſitatis cauſa, ne huic ſententiæ obſtet *l.* 52. *h. t.* vid. *Huber. ad h. t. n.* 2. ſimiliumve rerum non magni momenti donetur. *l.* 18. *l.* 28. §. 2. *h.* (6. Si donatio ſit facta ſimul in gratiam donantis, vel ut neceſſariis oneribus ſuccurratur. *l.* 21. *pr. l.* 47. *h.* (7. Si uxor donaverit marito, honoris vel dignitatis adipiſcendæ cauſâ. *l.* 40. *l.* 41. *l.* 42. *D. l.* 21. *C. h. t.* v. *Sueton. in Jul. c.* 33. *in Aug. c.* 40. 41. *in Veſp. c.* 17. Ratio eſt, quia uxor ſequitur dignitatem & honorem mariti. *Ulp. in Fragm. tit.* 7. *in fin.* Ceterum *d. l.* 40. intelligenda eſt de ſupplendo cenſu dignitatis Equeſtris vel Senatoriæ; In *d. l.* 41. verba: *ad proceſſus viri*: ſignificant ad virum per legitimos tramites provehendum & evehendum ad honores & dignitates. vid. *l.* 3. *de Off. Rect. Prov. l.* 45. *de Neg. geſt. l.* 11. *pr. de Muner. & hon. Juven. Sat.* 1. 39. Unde dignitas ſæpe vocatur gradus. vid. *l.* 49. *de R. N. l. pen. ad L. Corn. de Sic.* (8. Si donatio in modicis ſolennibusque muneribus conſiſtat. *l.* 31. §. 8. *D. h.* v. *Martial.* 5. *Epigr. ult. Juven. Sat.* 6. v. 203. & *ſeq. Plin.* 4. *Epiſt.* 9. *Suet. in Veſp. c.* 19. Quo modo & lex Julia repetundarum marito, in magiſtratu vel poteſtate poſito, à cognatis & uxore dona, & munera in infinitum, accipere permittit, ita tamen ut non excederet ſummam centum aureorum, quæ ſumma reſpectu aliarum perſonarum erat definita in ſingulos annos, v. *l.* 1. *l.* 6. *l.* 7.

ad

ad L. Jul. repet. cum alia ſit munerum, alia donationum cauſa. v. *Cujac. 6. obſ.* 18. (9. Si Princeps donet conjugi ſuæ. *l.* 26. *C. h.* (10. Si donatio confirmetur per mortem donantis, licet eodem naufragio aliove fato ſimul pereant. v. *l.* 32. §. 1. 2. 13. 14. *D. l.* 24. *l.* 25. *C. h. l.* 8. *l.* 9. §. 3. *de Reb. dub. l.* 26. *de Mort. cauſ. Donat.*

5. Idque ad ſummam quingentorum aureorum, niſi ſumma excedens vel inſinuatione apud acta, §. 2. *Inſt. de Donat.* vel teſtamento confirmata, *l.* 25. *C. h.* nec per donantem revocata ſit; revocatione enim factâ, tum res ipſa, tum fructus naturales, non induſtriales, ad donatorem redeunt. *l.* 15. §. 1. *l.* 16. *l.* 17. *D. h. l.* 45. *de Uſur.*

6. Revocatio tamen donationis, aut voluntatis mutatio non præſumitur ex obligatione neceſſaria, veluti pignoris. *Nov.* 162. *c.* 1. §. 1. ſecus ac jure veteri. *l.* 32. §. 5. *D. l.* 12. *C. h.*

7. Revocatio per heredem facta non nocet. *l.* 32. §. 2. *h.* niſi probet, defunctum donationis pœnituiſſe. *l.* 32. §. 3. 4. *h.* quod aliquando ex probabili conjecturâ præſumitur, ut ſi vel matrimonium, per divortium malâ gratiâ diſſolutum, nullâ reconciliatione coierit, *l.* 32. §. 10. 11. 12. & 13. *h.* vel donatarius donatorem occiderit, arg. *l.* 10. §. 1. *Sol. matr. l.* 3. *l.* 9. *D. de His quib. ut. ind.* veluti ſi maritus occiderit uxorem donatricem in adulterio a ſe deprehenſam. *l.* 1. §. *ult. ad L. Corn. de Sicar. l.* 38. §. 8. *ad L. Jul. de Adult.* vel id egerit, ut per negligentiam & culpam ſuam uxor moreretur *d. l.* 3. veluti ſi non adhibuerit Medicum. *l.* 31. §. 11. & 12. *de Ædil. edict.* Huc referri poteſt parœmia

mia juris Belgici: de bloedige hand neemt geen erffeniſſe: vid. *Matth. in Parœm. Jur. Belgic. parœm.* 5.

8. Ut autem Naturalis, ita & Civilis mors, veluti deportatio, confirmat donationem, quatenus, publicatis defuncti donatoris bonis, donatio donatario ſalva manet; ita tamen, ut Donatori integrum ſit, eam, etiam poſt deportationem, revocare. *l.* 13. §. 1. *D. l.* 24. *in f. C. h.* Si conjux donator in privati civis ſervitutem recidat, non confirmatur, ſed evaneſcit donatio. *l.* 32. §. 6. *h.*

9. Quæſitum eſt, an tantum vera propriaque donatio, an & conventio de donatione, in nudis placiti finibus conſiſtens, morte promittentis confirmetur, ita ut donatario ſuperſtiti, contra donatoris heredem, promiſſæ donationis exactio petitioque detur? Quod verius eſt tum veteri, tum novo Jure. *l.* 28. §. 2. *l.* 32. §. 1. §. 4. & 23. *l.* 33. §. 1. *h. l.* 2. *C. de Dot. cauſ. non num. Nov.* 162. §. 1. Quanquam Oratione D. Severi aliter cautum fuerit. *l.* 23. *h.* Diſtinguendum autem eſt inter Orationem Severi, de qua loquitur *d. l.* 23. & Orationem Antonini Caracallæ, qui fuit filius Severi, quæ fuit plenior, & multum laxavit de rigore Juris. *d. l.* 32. *pr.* & §. 1. & 23. *D. l.* 3. *C. h. t.* adeoque non obſtat *d. l.* 23. ſive legamus *putabat*, ſive legamus, ut in quibusdam editionibus, *recte putabat*. vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 11. & *Voet. ad h. t. n.* 5. Diſſentit *Vinn.* 2. *Sel. Quæſt.* 15.

10. Valet etiam donatio (11. Si ex prædiis donatis fructus ſint percepti, *l.* 17. *h. l.* 45. *de Uſur.* contra quam ſi ipſi fructus ſint donati: hi enim repetuntur, quatenus donatarius eſt locuple-

pletior. *l.* 8. *C. h. l.* 20. *C. de Jur. dot.* *l.* 9. §. 1. *D. de Donat.* Idem juris eſt in uſuris ex ſorte donatâ perceptis. *l.* 15. *l.* 16. *d. l.* 17. *l.* 21. §. 1. *h.*

11. Si (12. mutua & compenſatoria ſit donatio, qua alter conjux alterum ſine notabili differentia honorat. Supr. *tb.* 4. *n.* 1. *l.* 25. §. 11. *de Her. pet.* *l.* 7. §. 2. *l.* 32. §. 9. 14. *h.* (13. Si maritus hereditatem vel legatum in gratiam uxoris ſubſtitutæ, vel heredis legitimæ repudiet. *l.* 5. §. 13. *& ſeq. h.* aut legaturum, vel hereditatis nomine relicturum ſibi, roget ut uxori relinquat. *l.* 31. §. 7. *h.* Secus ſi maritus donaturum ſibi roget, ut uxori donet. *l.* 3. §. *ult.* *l.* 4. *D. h.* Ratio eſt, quia non acquirere, ſive negligere occaſionem acquirendi, non eſt alienare, vel patrimonium ſuum diminuere. *l.* 6. *Quæ in fraud. cred.* *l.* 134. *de R. J.* (14. Si donatio fiat divortii causâ. *l.* 60. §. 1. *h.* vel poſt divortium. *l.* 64. *h.* ubi pro *Decenatem* legendum eſt *Mæcenatem.* v. *Suet. in Aug. c.* 66. *&* 69. Secus ſi divortium donationem, ſimpliciter factam, ſequatur. v. *l.* 32. §. 10. *& ſeqq. h.*

12. Effectus prohibitæ inter conjuges donationis eſt, quod ipſo jure nulla ſit. *l.* 3. §. 10. *h.* quatenus dominium in donatarium non transmittit, ſed donator rem vel exſtantem vindicare poteſt, (niſi donatarius, præſtitâ ſibi cautione de evictione, ſimpli æſtimationem reſtituere malit. *l.* 36. *h.*) vel dolo conſumtam condicere, *l.* 37. *h.* vel etiam abſque dolo, quatenus accipiens tempore litis conteſtatæ locupletior eſt factus, *l.* 5. §. *ult.* *l.* 6. *l.* 7. *h.* Vel res ex pecunia donata comparatas, quatenus donatum eſt. *l.* 7. §. 3. *& ſeqq.* *l.* 28. §. 3. *& ſeqq.* *l.* 50. §. 1. *l.* 55. *h.*

13. Effectus donationis, morte donantis confirmatæ, eſt, quod donatio tum quoad dominium, tum quoad fructus, retrotrahatur ad initium negotii, ex quo tempore donatarius jam intelligitur dominus fuiſſe. *l.* 25. *C. h.* arg. *l.* 40. *de Mort. cauſ. Donat.*

14. Quod autem de Donationibus inter virum & uxorem traditum eſt, pertinet etiam ad conjuges injuſtis nuptiis junctos. *l.* 3. §. 1. *l.* 32. §. 27. *h.* minime vero, ad ſponſas ſponſosque. *d. l.* 3. §. 1. *l.* 5. *l.* 27. *l.* 66. *h.* aut concubinas. *l.* 31. *D. de Donat. Nov.* 89. *c.* 12. §. 2. *l.* 2. *C. h.* aut meretrices. *l.* 5. *D. de Donat. l.* 4. §. 3. *de Cond. ob turp. cauſ.* vide tamen *d. l.* 2. *l.* 14. *de His, quæ ut indign. l.* 41. *D. de Teſtam. mil.*

15. Licet autem donatio prohibita ſit, emtio tamen venditioque, & mutuum aliique contractus, non in fraudem legis facti, inter conjuges valent. *l.* 5. §. 5. *l.* 31. §. 3. *h. l.* 12. *de Præſcr. Verb. l.* 28. §. *pen. de Liber. leg. l.* 38. *de Contr. emt. l.* 17. *ad. SC. Vell.*

TIT. II.

De Divortiis & Repudiis. Cod 5. 17, 24.

1. Solvitur matrimonium vel per mortem, tum naturalem, tum civilem, v. *l.* 1. *l.* 6. *h.* vel per divortium. Eſt autem divortium *diſſolutio matrimonii, eo animo facta, ne divertentes unquam iterum conjungantur.* v. *l.* 101. §. 1. *l.* 191. *de V. S. l.* 2. *l.* 3. *h.* ita ut diſtinguatur à jurgio & fribuſculo. *l.* 3. *b. t. l.* 48. *de R. J. l.* 32. §. 12. *de Donat. int. V. & U.* & a ſeparatione thori & menſæ.

2. Fie-

2. Fiebat vel inter præſentes, vel inter abſentes per internuncios, aut libellum, tum Divino, tum Civili Jure. *Evang. Matth.* 19. 7. *l.* 7. *D. l.* 6. *C. h. t.* Inter præſentes, adhibito liberto, qui divortium renunciaret, & teſtibus ad minimum ſeptem. *l.* 9. *h. Juven. Sat.* 6. *v.* 145.

3. Divortium primis Reip. temporibus per 520. annos ignotum, primus exemplo ſuo introduxit Sp. Carvilius Ruga, qui uxorem ſterilitatis cauſâ dimiſit. v. *Gell.* 4. 3. & 17. *c.* 21. *Val. Max.* 2. *c.* 1. *Sen. de Benef.* 3. *c.* 16.

4. A quo tempore adeo invaluit divortiorum licentia, ut vel bonâ vel malâ gratiâ fierent. *l.* 6. *D. l.* 9. *C. h. l.* 32. § 10. *l.* 62. *de Don. int. V. & Ux. Nov.* 22. *c.* 4.

5. *Malâ gratiâ*, quæ, alterâ parte invita, ob cauſam, ſeu culpam alterius fiebant. *Bonâ gratiâ*, cum Conjuges mutuo conſenſu diſcederent. *l.* 32. §. 10. *l.* 60. §. 1. *l.* 61. *l.* 62. *de Don. int. V. & U* quod abrogatum in *Nov.* 117 *c.* 10. *Nov.* 127. *c.* 4. reduxit Juſtinus Secundus in *Nov.* 140.

6. Cauſæ divortii & veteri & novo jure ſunt complures & leviores, ut ſterilitas, ſævitia, inſidiæ, furor, impotentia mariti triennalis, crimen, diuturna abſentia, ſacerdotium, votum continentiæ, adulterium (etiam a marito commiſſum. *l.* 13. §. 5. *ad L. Jul. de Adult. Nov.* 117. *c.* 9.) quanquam uxor maritum adulterii poſtulare nequeat. *l.* 1. *C. ad L. Jul. de Adult. Gell.* 10. 23. *Plaut. Merc.* 4: 6. Has cauſas vide in *l.* 60. §. 1. *l.* 61. *l.* 62. *de Don. int. V. & U. l.* 22. §. 7. *Sol. matr. l.* 1. *l.* 6. *D. l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *C. h. Nov.* 22. *c.* 4. & *ſeqq. Nov.* 117. *c.* 8. 9. & *ſeq. Menag. Amœn. cap.* 11. & *Tit. de R. N. ib.* 44.

7. Nota tamen, quod jure novo divortium fieri nequeat ob captivitatem aut abſentiam conjugis. *Nov.* 117. *c.* 11. contra *l.* 1. *D. l.* 7. *C. h.* nec ob deportationem, aut ſervitutem pœnæ. *Nov.* 22. *c.* 8. 13. contra *l.* 1. *C. h.*

8. Divortii, citra juſtam cauſam facti, pœna eſt, amiſſio dotis, vel ante nuptias donationis. *l.* 8. §. 4. *C de Repud.* Sic ut dos aut donatio propter nuptias cedat communibus liberis, vel, ſi hi non exſtent, conjugi innocenti. v. *Nov.* 117. *c.* 13. *Nov.* 127. *c.* 4. *Nov.* 134. *c.* 11.

9. Jure divino divortii cauſæ tantum duæ ſunt, adulterium, & malitioſa deſertio. *Matth.* 5: 32. *&* 19: 9. *Luc.* 16: 18. 1 *Cor.* 7: 15. *v. Nov.* 22. *c.* 14. Alii, ut *Vinn. ad* §. 1. *Inſt. de Patr. pot.* tantum admittunt unam divortii cauſam, ſcilicet adulterium; ſed verius eſt, dari duas cauſas, imo tres, quatenus impotentia mariti triennalis præbet juſtam divortii cauſam. vid. ſup. *th.* 6. *& tit. de R. N. th.* 22. *&* 23.

10. Effectus divortii ex juſtâ cauſâ facti, eſt ſeparatio matrimonii, adeo ut non modo innocenti ſemper, (modo mulier exſpectet annum. *Nov.* 22. *c.* 18. *inf. l.* 8. §. 4. *l.* 9. *C. h.*) ſed & nocenti, poſt quinquennium, integrum ſit alteri ſe jungere, vivente licet priore conjuge. *l.* 8. §. 4. *C. h. Nov.* 22. *c.* 15. *in f.* contra *l.* 29. §. 1. *D. l.* 9. *C. ad L. Jul. de Adult. l.* 26. *de R. N.*

11. Repudium, licet, latius ſumptum, idem ſit cum divortio, *l.* 101. §. 1. *& l.* 191. *de V. S. l.* 8. *h. t. l.* 12. *de R. N.*, propriè eſt *diſſolutio ſponſaliorum, cum alter alterius conditione non uteretur. l.* 2. §. 2. *D. l.* 2. *C. h. l.* 8. *de Cond. cauſ. dat.*

12. Repudium fit vel impune, vel ſub pœnâ. Im-

impune, ſi juſta & probabilis repudii cauſa ſit. *l.* 2. *l.* 5. *C. de Sponſ. l.* 2. *C. h. t.* Sub pœna arrhæ amittendæ, vel duplicatæ reſtituendæ, ſi nulla ſit juſta repudii cauſa. *d. l.* 5. Præterquam quod in id quod intereſt agi poſſit contra repudiantem, arg. *l.* 13. *de Re jud. l.* 72. *pr. de V. O.*

TIT. III.

Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur.
Cod. 5. 18, 19, 23.

1. Soluto, per divortium aut mortem, matrimonio, uxor, vel heres ejus, dotem repetere poteſt actione bonæ fidei ex ſtipulatu, quæ actioni rei uxoriæ ſucceſſit, & locum habet, etſi nulla ſtipulatio interceſſerit. §. 29. *I. de Act. l. un. pr.* §. 2. 6. 13. *C. de Rei ux. act.* contra maritum vel ejus heredes. *d. l. un.*

2. Contra extraneum poſſeſſorem mulier agit rei vindicatione, vel hypothecariâ. *l.* 30. *C. de Jur. dot.*

3. Conſtante matrimonio mulier dotem repetere non poteſt. *l.* 9. *C. de R. V. l.* 5. *C. de Collat. l.* 7. §. 4. *C. de Præſcr.* 30. *vel* 40. *ann. l. un. C. Si dos conſt. matr. ſol. fuer. Nov.* 22. *c.* 39.

4. Niſi (1. maritus vergat ad inopiam. *l.* 24. *b. l.* 29. & *l.* 30. *C. de Jur. dot.* & uxor ignorans inopi nupſerit, arg. *l.* 13. §. *ult. ad L. Jul. de Adult. l.* 21. *de Manum.* (2. niſi deportetur. *l.* 1. *C. de Repud.* (3. niſi uxor dote, ad cauſas maxime neceſſarias, indigeat. *l.* 73. §. 1. *de Jur. dot.*

5. Finito autem per mortem mariti, vel per divortium matrimonio, adventitiam dotem re-

petit ipſa mulier; emancipata quidem ſola ſine patre, filiafamilias ſimul cum patre, vel pater adjunctâ perſonâ filiæ. *l.* 34. §. 5. *de Leg.* 2. *l.* 14. *ad L. Falc.* *l.* 34. §. 6. *de Solut.* *l.* 7. *C.* *l.* 22. §. 5. *h.* *l.* 71. *de Evict.* (non obſtat. *l.* 2. §. 1. *h. t.* vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 18.) ejusve heres, vel extraneus, ſi is, cum dotem conſtitueret, in continenti, vel ex intervallo, conſentiente muliere, eam reddi ſibi ſtipulatus ſit. *l. un.* §. 13. *C. de Rei ux. act.*

6. Sed & profectitiam repetit filia, ſi vel per mortem patris, vel per emancipationem ſui juris ſit facta *d. l. un.* § 14. *l.* 21. *l.* 22. §. 5. *l.* 34. *h.* arg. *Nov.* 97. *c.* 5. *in pr.*

7. Filia vero mortuâ, vel adhuc in poteſtate conſtitutâ, & diſſoluto per divortium vel mortem mariti matrimonio, dotem repetit pater, *dd. ll.* etiamſi liberi ex filiâ defunctâ ſuperſint. *l.* 6. *de Jur. dot.* *l.* 12. *l.* 26. *pr.* & §. 2. *de Pact. Dotal.* *l.* 5. *de Divort.* *l.* 48. *l.* 59. *h.*; nec aliud voluerunt JCti in *l. ult.* §. *pen.* *Ut legat. nom. cav.* *l.* 40. *h.* *l.* 4. §. 5. *de Minor.* junct. §. 2. *I. de Hered. ab int.* & *Nov.* 118. *c.* 1. *l.* 56. §. 1. 2. *de Jur. dot.* *l.* 17. *de SC. Maced.*

8. Quod ſi avus pro nepte dotem dederit, competit & ipſi dotem repetendi facultas, ita tamen ut avo, qui dotem in gratiam patris intermedii conſtituit, mortuo, haec actio in patrem transmittatur. *l.* 6. *de Collat.* junct. *l.* 5. §. 2. *de Jur. dot.* ſecus quam ſi dos in gratiam ipſius neptis ab avo ſit conſtituta. *l.* 79. *de Jur. dot.*

9. Deficiente patre vel avo, dos profectitia, mortuâ in matrimonio filiâ, olim lucro mariti cedebat. *Ulp. fragm. tit.* 6. §. 4. jure novo ad mulieris heredes defertur. *d. l. un.* §. 6. Sed &

dos adventitia, per mortem mulieris diremto matrimonio, apud maritum manebat. *Ulp. d. tit. 6. §. 4. l. ult. §. pen. D. Ut legat. cauſ. cav. l.* 1. §. 20. *de Collat. l.* 15. *de Fund. dot.* quæ & ipſa hodie ad heredes mulieris transmittitur. *d. l. un.* §. 6.

10. Atque hæc ita, ſi dos vere numerata ſit, ne agenti obſtet exceptio dotis cautæ, non numeratæ. *t. C. de Dot. caut. non numer. Nov.* 100. *c.* 1. 2. v. *Tit. de Jur. Dot. theſ.* 8.

11. Formam modumque repetendæ reddendæque dotis quod attinet, olim non niſi annuâ, bimâ, trimâ die reſtituebatur. *Ulp. Fragm. tit.* 6. §. 8. *l.* 7. §. 5. *D. de Pact.* jure novo immobilia ſtatim, mobilia intra annum. *d. l. un.* §. 7. omnia cum fructibus & acceſſionibus, ante perfectum, vel poſt diſſolutum matrimonium perceptis. *l.* 6. *h.*

12. Anni poſtremi fructus pro rata temporis, quo ſtetit matrimonium, dividendi ſunt. *l.* 7. §. 1. *l.* 11. *l.* 31. §. *ult. h.*

13. Dotis repetitio ſæpe ceſſat vel pro parte, vel in totum. *Pro parte*, ob impenſas, & beneficium competentiæ marito datum, ne teneatur ultra id, quod facere poteſt. v. *t.* 1. *lib. ſeq.* §. 37. *l. de Action. l.* 12. *& ſeq. D. h. l.* 17. *de Re jud. t. t. C. Ne pro dote mulieris bona quond. mar. addic.* Competit & ſocero, qui dotem pro filio ſuſcepit, ut & liberis ex eodem matrimonio ſuſceptis, non heredibus extraneis. *l.* 15. *pr.* §. 1. 2. *l.* 16. *l.* 17. *l.* 18. *h.*

14. *In totum.* (1. Ob adulterium mulieris, *Nov.* 117. *c.* 8. *l.* 11. §. 3. *ad L. Jul. de Adult.* niſi vel maritus ejuſdem delicti reus ſit. *l.* 39. *h*, vel dos ſit profectitia, & pater vivus filiam ha-

beat in poteſtate. *Nov.* 22. *c.* 19. (2. Si dos ſit æſtimata, quo caſu æſtimationem reddi ſufficit. *l.* 10. §. 4. *& ſeqq. l.* 17. *de Jur. dot. l.* 24. §. 5. *h. t.* (3. Si dos inæſtimata ſine dolo, latâ, levique culpâ mariti perierit. *d. l.* 10. *pr. &* §. 1. *d. l.* 16. (4. Si recte pactum conventum ſit, ut maritus dotem lucraretur. v. *l.* 20. §. 1. *de Pact. dot.*

15. Tantum de dote ejusque repetitione. Doti in pleriſque reſpondet donatio propter nuptias. Olim quidem donationes ſponſalitiæ, quæ à ſponſo in ſponſam, vel à ſponſâ in ſponſum conferebantur, eandem vim habuerunt, quam donationes ex merâ liberalitate factæ; ut nullo caſu, ne quidem ſi nuptiæ non eſſent ſecutæ, ad donatorem reverterentur. *l.* 1. §. 1. *de Donat. l.* 2. *l.* 8. *& ſeqq. l.* 12. *C. de Don. ante nupt.*

16. Donec ex lege Conſtantini omnis donatio inter ſponſum & ſponſam facta, tacitam in ſe habere cœpit futurarum nuptiarum conditionem *l.* 15. *C. eod.* ita ut ſi per eum, qui donationem accepit, ſteterit, quo minus nuptiæ ſequantur, donanti competat condictio cauſâ data, cauſâ non ſecutâ; ſin per donantem, vel donati retentio, vel promiſſi exactio *d. l.* 15.

17. Quod ſi alterutrius morte ſpes nuptiarum decollaſſet, tum, ſi ſponſa donaſſet, omnino, ſine diſcrimine utrum oſculum interveniſſet, ſive non, integri repetitio eſt, ſin ſponſus, non niſi adhibita diſtinctione *legis* 16. *C. eod.* Scilicet, an oſculum intervenerit, an non, ſi enim poſt ſumtum oſculum deceſſerit ſponſus, dimidiam partem ſponſalitii muneris retinebat ſponſa vi oſculi, alteram partem heredibus ſponſi reddere cogebatur; quod ſi ſponſa poſt ſumtum

oſcu-

oſculum fuerit mortua, heredes ſponſæ dimidiam partem rerum donatarum lucrabantur, dimidiam partem ſponſus retinebat; ſi autem oſculum non intervenisset, totum erat reddendum.

18. Nuptiis ſecutis res pleno jure adquiritur donatario. *dd. ll.*

19. Ab hac donatione multum differt ea, quam Juſtinianus *propter nuptias* dici voluit, *quæ à marito, vel ſponſo, adeoque ante, vel poſt nuptias, mulieri in ſecuritatem & remunerationem dotis datur.* §. 3. *I. de Donat.* Cujus effectus eſt (1. Ut mulier in rebus donatis, nec dominium, nec fructus, ſed jus ſpecialis hypothecæ, in ſecuritatem dotis, conſequatur. *l.* 29. *C. de Jur. dot. Nov.* 61. *c.* 1. (2. Ut donatio propter nuptias doti & in quantitate & in qualitate reſpondeat. *Nov.* 97. *c.* 1. 2. (3. Ut, quibus caſibus maritus ex pacto dotem partemve ejus lucratur, iisdem & mulier rerum propter nuptias donatarum dominium, vel in totum, vel pro parte conſequatur. *l.* 9. *l.* 10. *C. de Pact. conv. Nov.* 61. *c.* 1. *Nov.* 91. *c.* 2. *Nov.* 97. *c.* 1. *Auth. æqualitas C. de Pact. conv.* (4. Ut ſicut maritus ob delictum uxoris dotem, ita illa, ob delictum mariti, ſcilicet ob adulterium, vel divortium ſine juſta cauſa factum, donationem propter nuptias lucretur. *l.* 8. §. 4. *C. de Repud. & Divort.* (5. Ut donatio propter nuptias, poſt matrimonium conſtitutâ vel auctâ dote, & ipſa non modo augeri. *l.* 19. *C. de Don. aut. nupt.* ſed & conſtitui poſſit. *l. ult. C. eod. d.* §. 3. *I. de Donat.*

DIGESTORUM

LIBER XXV.

TIT. I.

De Impenſis in rem dotalem factis.

1. Impenſæ ſunt vel neceſſariæ, vel utiles, vel voluptuariæ. *l.* 79. *de V. S. l.* 38. *de Pet. her. l.* 38. *de R. V.* Neceſſariæ ſunt, *quibus non factis, dos, aliave res, peritura vel deterior futura eſſet, adeoque quæ neceſſitatem impendendi continent. l.* 1. §. 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 14. *h.* Utiles, *quibus non factis, res non quidem deterior futura eſſet, factis tamen melior & fructuoſior effecta eſt. l.* 5. §. *ult. l.* 6. *l.* 7. *h. d. l.* 79. Voluptuariæ, *quæ non utilitatis aut fructuum proventum, ſed ſpeciem & amœnitatem augent. d. l.* 79.

2. Maritus ad reſtituendam dotem conventus, impenſas in eam factas retentione dotis conſequi poterat. *l.* 56. §. *ult. de Jur. dot.* Neceſſariæ & olim & nunc dotem, vel in totum vel pro parte in quantitate conſiſtentem, minuunt. *l.* 5. *pr. h. l. un.* §. 5. *C. de Rei Ux. act. l.* 1. §. 4. *de Dot. præl. d. l.* 56. §. *ult. de Jure dot.* adeoque vel per retentionem dotis (quam reſpectu neceſſariarum non prohibuit Juſtinianus in *l. un.* §. 5. *C. de Rei Ux. act.*) ſervantur, vel actione mandati, aut negotiorum geſtorum, dote reſtitutâ, repetuntur. *l.* 5. *pen. l.* 12. *h. t.*

3. Utiles etiam actione mandati, vel nego-

tiorum geſtorum repetuntur. *d. l. 5. §. pen. l. 7. h.* non retentione dotis *d. l. un. §. 5.* Voluptuariæ, etſi volente muliere factæ, non deducuntur, ſed tolluntur, *l. 38. de R. V. l. 40. de Damn. inf.* quatenus ſine detrimento rei tolli poſſunt. *l. 9. l. 11. h. d. l. un. §. 5.* Niſi (1. factæ ſint in res promercales, ſive venales, *l. 5. C. de Cond. ob turp. cauſ. l. 10. h.* (2. Niſi mulier maritum impenſas tollere non patiatur. *l. 9. h. d. l. un. § 5.*

4 Impenſæ in tempus præſens, ad fructuum perceptionem, tributorumque ſolutionem, non in perpetuam & duraturam rei utilitatem factæ, nec per actionem, nec per exceptionem repetuntur, ſed cum fructibus compenſantur. *l. 1. l. 2. l. 3. h. t. l. 12. l. 13. l. pen. h. l. 7. §. ult. Sol. matr. l. 46. de Uſur. l. 48. de R. V.*

5. Si maritus impenſas in aperturam lapidicinarum fecerit, quid juris ſit, vide in *l. ult. de Fund. dot. l. 7. §. 13. Sol. matr. & l. 32. de Jur. Dot.* De ſenſu & conciliatione *dd. ll.* vid. *Wiſſenb. ad tit. de Fund. dot. th. 29. & Voet ad h. t. n. 5.* quem uſum hæc quæſtio hodie habeat in metallifodiris & paludibus bituminoſis, in uſumfructum conceſſis, vel fideicommiſſo relictis, vid. ap. *Sand. 5. 3. 2. & 3.* Scilicet uſufructuarius omnium bonorum & fiduciarius etiam uti frui poteſt metallifodinis & lapidicinis, ſi metallum vel lapis in illis renaſcatur; ſi non renaſcatur, habet tantum uſumfructum pecuniæ ex metallis vel lapidibus perceptæ. Idem juris eſt in paludibus bituminoſis, nam ibi ceſpites vel materia ceſpitum non renaſcuntur; ſed & uſufructuarius & heres fideicommiſſo gravatus habet uſumfructum in metallifodinis etiam non re-

renaſcentibus, ut & in paludibus bitumino-ſis, ſi ab eodem ſunt ſuis ſumtibus præparatæ & apertæ.

TIT. II.

De Actione rerum amotarum. Cod. 5. 21.

1. Actio rerum amotarum eſt, *perſonalis, civilis, competens, ſoluto matrimonio, conjugi contra conjugem, ad res, ſtante matrimonio, divortii cauſa amotas, reſtituendas.*

2. *Rerum amotarum.* Ita dicta, quia ob vitæ ſocietatem & honorem matrimonii, actio furti contra conjugem danda non videbatur, lenitate verbi turpitudinem rei mitigante. v. *l.* 52. §. 1. 2. *D. l. ult.* §. *ult. C. de Furt. l.* 1. *l.* 2. *l. pen. D. h. Cic.* 1. *de Off.* 12.

3. *Perſonalis.* Quia naſcitur ex delicto fraudulentæ amotionis. *l.* 1. *& ſeqq. h. t.* nam veritate furtum fit, etſi lenius coërceatur. *l.* 21. §. *pen. & ult. h. l. pen. eod.* unde & condictio dicitur. *l.* 26. *h. l. pen. de Cond. furt.*

4. *Conjugi contra conjugem.* Adeoque non tantum marito contra uxorem, ſed & uxori contra maritum. *l.* 1. *l.* 6. §. 2. *l.* 7. *l.* 11. *D. l.* 2. *C. h. l.* 9. *in f. de Jur. dot.*

5. Datur & heredibus. *l.* 6. §. 35. *l.* 21. §. *pen. h.* & fiſco in locum mariti, aut mulieris, publicatis bonis, ſuccedenti. *l.* 16. *h.*

6. Non modo contra conjugem amoventem, ſed & patrem ejus, quatenus ex rebus amotis lucrifecit, vel quatenus eſt in peculio. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. §. 2. *h. l.* 3. §. *pen. de Pecul. l. pen. de Cond. furt.*

7. Da-

7. Datur & contra heredem, in ſolidum, ſi ſolus heres ſit, arg. *l.* 7. §. 1. *l.* 9. *de Cond. furt.* §. *ult. l. de Obl. quæ ex del.* junct. *l.* 6. §. 4. *l.* 21. §. *pen. h.* ſin plures ſint heredes, quatenus ad eos pervenit ex hereditate. *d. l.* 9. Quo ſenſu accipienda *l. ult. C. h.* ubi in quibusdam editionibus peſſime legitur: *uti prohiberis:* cum addita particula *non* legendum ſit: *uti non prohiberis:* hæc enim actio, cum ſit perſonalis, non datur contra tertium poſſeſſorem, ſed is tenetur Rei vindicatione. Ratio eſt, quia eſt actio rei perſecutoria. *l.* 6. §. 4. *l.* 21. §. *pen. h. t.*

8. Si mulier, deſperans de vitâ mariti ægrotantis, convaſatis & amotis ejus rebus, diverterit, marito convaleſcenti utilis competit rerum amotarum actio *l.* 21. *h.* heredibus vero, ſi ex morbo in fata concedat maritus, vel hereditatis petitio, ſcilicet ſi mulier titulo univerſali pro herede vel pro poſſeſſore bonorum posſideat; vid. *l.* 9. *l.* 10. *de Hered. petit.* vel condictio ob injuſtam cauſam, vel actio ad exhibendum datur. *l.* 6. §. 5. *l.* 22. §. 1. *h.*

9. *Divortii cauſâ.* v. *l.* 3. §. 3. *l.* 11. §. 1. *l.* 19. *h. l. ult.* §. *ult. de Divort.* ſi, ſtante matrimonio, res ſine divortio amotæ ſint, non hac actione, ſed vel rei vindicatione, vel condictione, ſive actione in factum, repeti poſſunt: *l.* 24. *l.* 25. *D. l.* 2. *C. h. t.*

10. *Amotas reſtituendas.* Sive mariti, vel uxoris propriæ ſint, ſive titulo commodati, aut pignoris, aliove poſſeſſæ, ſive dotales. *l.* 17. §. *ult. l.* 24. *D. h. l. ult. C. de Furt.* Si conjux rem conjugis, alteri commodatam, ſurripuerit, commodatario competit actio furti, conjugi non niſi actio rerum amotarum. *l.* 28. *h.* quod non

eſt

eſt per *l. ult. in f. C. de Furt.* abrogatum. vid. *Voet. ad h. t. n.* 6.

11. Datur autem ad id, ut vel ipſa res, ſi exſtet, reſtituatur, vel, ſi perierit, pretium, quanti valuit tempore amotionis. *l.* 17. §. 2. *l. pen. h.* item ad id, quod intereſt. *l.* 21. §. 4. *h.* aut quanti eſt juratum in litem. *l.* 8. §. 1. *l.* 9. *h.* & quidem in ſolidum, ceſſante beneficio competentiæ. *l.* 21. §. *ult. h. l.* 52. *de Re jud.*

12. Effectus eſt condemnatio in reſtitutionem rei, cum fructibus & acceſſionibus. *dd. ll.* non autem infamia. Hæc enim actio, exemplo ceterarum condictionum hujus generis, famoſa non eſt. *l.* 36. *de O. & A. l.* 13. *de Vi & vi arm. l.* 32. *de Pœn.*

13. Ceſſat actio rerum amotarum (1. Si conjuges mutuo ſibi furtum fecerint. *l.* 7. *h. l.* 39. *Sol. matr. l.* 10. §. 2. *de Comp.* (2. Si ſervus conjugis, ſine juſſu ejus, conjugi furtum fecerit. *l.* 3. §. 1. *l.* 21. §. 1. *h. l.* 52. §. 5. *de Furt.* (3. Si vel ante perfectum, vel (4. poſt ſolutum matrimonium, vel (5. ſi ei, cui alter conjux heres exſtitit, conjux furtum fecerit. *l.* 25. *D. l.* 2. *C. h. l.* 3. *pr.* & §. 2. *D. eod.* Quibus caſibus ſummo jure actio furti competit, ex æquo tamen & bono, ut honori & reverentiæ matrimonii conſulatur, ſola datur condictio furtiva. *d. l.* 3. (6. Inter injuſto matrimonio, vel concubinatu junctos. *l.* 17. *h. t.*

TIT.

TIT. III.

De Agnoſcendis & Alendis liberis, vel Parentibus vel Patronis, vel libertis. Cod. 5. 25.

1. De liberis, tum ſoluto, tum conſtante matrimonio, agnoſcendis, duo fuere SCta, alterum Planeianum, ſive Plautianum, alterum temporibus Hadriani conditum.

2. Planciani SCti duo fuere capita. Primo cautum eſt, ut mulier, facto divortio, ſi putet ſe ex marito prægnantem eſſe, id intra 30. dies proximos & continuos ex die divortii, denunciet marito, vel patri, cujus in poteſtate eſt, ut cuſtodes mittant, qui ventrem inſpiciant & cuſtodiant, niſi maritus, mulierem ex ſe gravidam non eſſe, renunciet. *l.* 1. *pr.* & §. 1. 2. 3. 4. 9. 12. *l.* 3. §. 1. *h.* Sive autem cuſtodes mittat, ſive eam ex ſe gravidam eſſe neget, audiendus eſt, ſi partum ſuum non eſſe probare velit, interim ad alimenta obligatus. *l.* 1. §. 11. 14. *h.* Quo ſenſu accipi poſſunt verba Pauli 2 *Sentent. tit.* 24. §. 5. v. *l.* 10. *D. de His, qui ſunt ſui vel al. jur.*

3. Quanquam enim ex miſſis & appoſitis cuſtodibus præſumtio naſcatur, partum eſſe mittentis, admittitur tamen probatio contrarii. *l.* 1. §. 11. 14. *h.*

4. Quod ſi maritus nec renunciaverit, mulierem ex ſe gravidam non eſſe, nec cuſtodes miſerit, tenetur partum agnoſcere. *l.* 1. §. 4. *h. l. pen. C. de Patr. pot.* Denique quidquid vel à marito, vel ab uxore, in denunciando prætermiſſum fuerit, ipſis, non partui nocet. *d. l.* 1. §. 8.

§. 8. 13. & *pen. h. t. l.* 11. §. 9. *ad L. Jul. de Adult. l.* 29. *de Man. teſt. l.* 3. §. 3. *de Jurej.*

5. Altero SCti Planciani capite agitur de partu ſuppoſito. *l.* 1. *h.* quod delictum plectitur pœna falſi. *l.* 30. *D. l.* 1. *l.* 10. *C. ad L. Corn. de Falſ.* & quidem ut videtur ultimo ſupplicio. *d. l.* 1. *C. ad L. Corn. de Falſ.* ubi per *cauſam capitalem*, & *periculum capitis*, intelligenda videtur pœna mortis, quia hoc crimen eſt gravius aliis ſpeciebus falſi, & quia deportatio opponitur pœnæ capitali; *Paul. rec. Sent.* 5. 25. §. 1. *l.* 22. *ad L. Corn. de Falſ.* licet alioquin appellatio pœnæ capitalis latius pateat, & complectatur etiam pœna deportationis. *l.* 103. *de V. S. l.* 12. §. *ult. de Accuſ.* Plura vid. ap. *Matth. de Crim. lib.* 48. *tit.* 7. *cap.* 2. Publice enim intereſt, partus non ſubjici, ut ordinum dignitas familiarumque ſalva ſit. *l.* 1. §. 13. *de Inſp. vent. l.* 9. *C. de Reſtit.*

6. Si partus conſtante matrimonio ſit editus, etiam de eo agnoſcendo agere licet ex SCto, tempore Hadriani facto. *l.* 3. §. 1. *h.* ita tamen ut & hic contrarii probatio recipienda ſit, ſi quis fidem facere poſſit, partum non eſſe ex ſe conceptum. *l.* 1. §. 14. *h. l.* 6. *de His qui ſunt ſui jur.*

7. Parentes non modo ad agnoſcendos, ſed & ad alendos liberos teneri, non ſcripta, ſed omnium mortalium animis divinitus impreſſa lex eſt, adeo ut qui alimenta negat, occidere videatur. *l.* 4. *D. h.*

8. Quanquam enim olim pro immenſâ illâ, nec finem nec modum habente, patriâ poteſtate, arbitrii paterni fuerit, velletne liberos recens natos in terra depoſitos tollere & alere, an

oc-

occidere, vel abjicere, & exponere, *Ter. And.* 1: 3. 14. *Hecyr.* 4: 4. *Heaut.* 4: 1. 13. *&* 21. *Tac.* 5. *Hiſt. c.* 5. *Sueton. in Aug. c.* 5. *in Ner. c.* 6. v. *l.* 11. *D. de Lib. & poſth. l. pen. C. de Poſth. ber. l.* 6. §. 2. *de Jur. patron. l.* 92. *de Adq. ber. l.* 29. *de Manum. teſt. l.* 16. *C. de Nupt.*: ſucceſſu tamen temporis non leve crimen fuit infantes exponere, adeó ut is, qui loco frequenti & publico prætereuntium miſericordiæ eos expoſuerit, extra ordinem puniatur; *l.* 2. *l. pen. C. de Infant. expoſ. l. pen. C. de Patr. Pot. l.* 8. *C. ad L. Corn. de Sicar.*; qui in locis ſolitariis, pœnis legis Corneliæ de ſicariis, vel Pompejæ de parricidis obnoxius ſit, *d. l.* 4. *b. l.* 15. *ad L. Corn. de Sicar.*

9. Alendi ſunt autem a patre liberi non modo in poteſtate poſiti, ſed & emancipati, non modo prioris, ſed & ulterioris gradus. *l.* 5. §. 1. 2. *b.* tam naturales, quam legitimi. *l.* 5. §. 6. 8. *b. Voet. ad b. t. n.* 5. quin & ex inceſtu vel adulterio quæſiti, arg. *dd. ll.* Ratio eſt. (1. Quia ſimplicitas Juris Naturalis, quod jubet liberos ali & educari, non diſtinguit inter liberos naturales, adulterinos, & inceſtuoſos. *l.* 1. §. 3. *de J. & J.* (2. Flagitium paternæ & maternæ libidinis non debet obeſſe liberis innocentibus. *l.* 26. *D. & l.* 22. *C. de Pœn. l.* 2. §. *pen. l.* 6. *de Decur.* (3. Quia liberi ex inceſtu vel adulterio nati debent alere parentes, licet illi innocentes, hi autem nocentes, & flagitioſi ſint. *infr. tb.* 12. (4. Quia alioquin parentes adulterio & inceſtu maculati ſuo delicto conditionem ſuam facerent meliorem, quam eſt parentum, qui liberos ex juſto matrimonio procreaverunt, quos utique, licet res ſit anguſta domi, alere

 te-

tenentur. *l.* 12. *de Furt. l.* 134. *de R. J.* (5. Quia alioquin liberi ex ejusmodi damnato concubitu nati vel publicis ſumtibus, vel aliorum eleemoſynis ali deberent, ſi non propriis manibus victum quærere poſſent. (6. Quia alimenta præbere favorabilis res eſt, quare in ambiguis pro illis reſpondendum eſt, nihil obſtantibus verbis Juſtiniani in *Nov.* 89. *l. ult. Auth. Ex complexu. C. de Inceſt. nupt. Auth. Licet. C. de Natur. lib.*

10. Quod ſi pater egenus, vel mortuus, vel incertus ſit, aut ſi liberi vulgo quæſiti ſint, onus alendi matri incumbit: *Nov.* 117. *c.* 7. *l.* 5. §. 1. 2. 3. 4. *h.* quin & legitimos liberos, ex patre certo ſublatos, per triennium alere tenetur. *l. pen. C. de Patr. pot.* Scilicet donec infans ſit ablactatus, ſive donec non amplius alatur lacte materno, *lib.* 2. *Machab.* 7. 27. ceterum in *d. l. pen. C. de Patr. pot.* pro *denunciata pœna*: leg. *denunciati pœna*: & pro *petenti*: leg. *petendi*.

11. Hæc parentum, ad alendos liberos, obligatio, ceſſat (1. Si liberi ſint ingrati. *l.* 5. §. 11. *h.* (2. Si liberi locupletes ſint, vel artificio aliquo exhibere ſe poſſint. *l.* 5. §. 7. *h.* quo caſu ſi parentes alant liberos, videntur alimenta animo credendi & repetendi erogata. *l.* 34. *de Neg. geſt. l.* 11. *l.* 15. *C. eod.*

12. Ut autem liberi à parentibus, ita parentes quoque à liberis alendi ſunt. *l.* 5. §. 1. 2. & 13. *h. t. d. Nov.* 117. *c.* 7. arg. *l.* 15. *de Inoff. teſt. l.* 7. §. *ult. Si tab. teſtam. nullæ exſtab. unde liberi.* etiamſi ob inceſtum, aliudve crimen, alimentis indigni videri poſſent. *Auth. Inceſtas. C. de Inceſt. nupt. Nov.* 12. *c.* 2.

13. Sed & frater & ſoror alendi, arg. *l.* 12. §. *pen. D. de Adm. tut. l.* 1. §. 2. *de Tut. & rat. diſtr.*

diſtr. l. 73. §. 1. *de Jur. Dot.* Appellatione fratrum & ſororum intelligendi ſunt non modo germani, ſed & conſanguinei & uterini, arg. *l.* 5. §. 2. *h. t.* & *Nov.* 22. *cap.* 7. *Sand. Deciſ. lib.* 2. *tit.* 8. *def.* 2.

14. Denique liberti a patronis, & patroni à libertis & eorum liberis alendi ſunt. *l.* 5. §. 18. *l.* 6. *h. l.* 5. §. 1. *de Jur. patron. l.* 33. *D. de Bon. libert.*

15. Onus autem alendi, cum ex obligatione & officio meré perſonali naſcatur, ad heredes non transmittitur. *l.* 5. §. 17. *h.*

16. Quid juris ſit, ſi quis ad alendum obligatus, alere nolit, v. in *l.* 5. §. 10. *D.* & *l. ult. C. h. t.*

TIT. IV.

De Inſpiciendo Ventre, cuſtodiendoque partu.

1. Quod ſi mulier, poſt ſolutum divortio matrimonium, gravidam ſe eſſe neget, ad petitionem quondam mariti, ſe patrem optantis, poſt præſtitum jusjurandum calumniæ, tres mittuntur obſtetrices probatæ artis & fidei, ex quibus duabus mulierem prægnantem renunciantibus, ventri cuſtos apponitur. *l.* 1. *h.*

2. Si vero, mortuo marito, ſe prægnantem dicat, denunciari id oportet eis, ad quos ea res, ob ſucceſſionem, pertinet. Quo caſu non tres, ſed quinque mittuntur obſtetrices, ita ut plurium renunciationi ſtandum ſit; item procuratores, qui, tempore partus, caveant, ne partus alienus ſubjiciatur, denique cuſtodes, qui partum cuſtodiant. v. *l.* 1. §. 10. & *ſeqq. h.*

TIT. V.

Si, Ventris nomine, muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur.

1. Si mulier poſſeſſionem, in quam ventris nomine, ante editum partum, interim miſſa eſt, dolo malo in alium tranſtulerit, tenetur actione in factum perpetuâ, ad id quod intereſt actoris, poſſeſſionem ita tranſlatam non eſſe. *l.* 1. *pr.* §. 1. 2. 4. *l.* 2. *h.*

TIT. VI.

Si Mulier, ventris nomine, in poſſeſſione, calumniæ causâ, eſſe dicatur.

1. Si mulier, ſciens ſe non eſſe prægnantem, per calumniam, facto colore, quaſi uterum gereret, in bonorum poſſeſſionem miſſa ſit, tenetur actione in factum, annali, famoſâ, *l. un.* §. 1. *& ſeqq. h.* quâ vel ipſa mulier, ſi ſui juris ſit, vel pater ejus, ignominiâ notatur, ſi ipſe filiam in poteſtate conſtitutam mitti petierit. *d. l. un.* §. 5. *h. l.* 15. *& ſeqq. l.* 19. *de His qui not. inf.*

TIT. VII.

De Concubinis. Cod. 5. 26.

1. Concubinatus eſt *conjunctio, qua vir caelebs mulierem vilioris conditionis, loco uxoris in domo habebat, dignitate & animi deſtinatione ab uxore differentem.*

2. *Vir-*

2. *Vir cælebs.* Maritis enim concubinam habere non licuit. *l.* 121. §. 1. *de V. O. l.* 144. *de V. S. l. ult. in f. D. de Divort. l. un. C. h. l. ult. in f. C. Comm. de manum. Paul.* 2. *Sent.* 20. *Gell.* 4: 3.

3. *Dignitate & animi deſtinatione* v. *l.* 3. *l.* 4. *h. t. l.* 41. §. 1. *de R. N. l.* 49. §. 4. *de Leg.* 3. In dubio mulier, niſi corpore quæſtum fecerit, juſta uxor potius, quam concubina præſumitur. *l.* 24. *de R. N. l.* 31. *de Donat.*

4. Concubinatum licitam apud Romanos fuiſſe conjunctionem, tum ex modo dictis colligere eſt, tum probatur per *l.* 1. *pr.* & §. *ult. l.* 3. §. 1. *D. l. un. C. h. t. l.* 13. *ad L. Jul. de Adult. l.* 3. *C. de Nat. lib. l.* 5. *in f. C. ad SC. Orphyt. Nov.* 12. *c. ult. Nov.* 89. *pr.* & *c.* 6. *l.* 41. §. 1. *de R. N. l.* 46. *de Oper. lib.* (ubi pro *concubitu*: leg. *concubinatu*: ut in editione Haloandri) *l. ult. h. t.* junct. *l.* 38. *de R. N.* Non obſtant verba *Pauli* 2. *Sent. tit.* 20. nam ibi pro *delicto*: leg. *dilectu*: id eſt, animi deſtinatione, nec *l.* 41. §. 1. *de R. N.* nam *honeſtas* ibi non eſt honeſtas ethica, ſive moralis, ſed honor, ſive dignitas: *l.* 49. §. 4. *de Legat.* 3. *l.* 13. *ad L. Jul. de Adult. l.* 3. §. *pen.* & *l. pen. ad L. Corn. de Sicar.* Cum concubinatu, qui vocatur inæquale conjugium, *l.* 3. *C. de Nat. lib.*, aliquam affinitatem habet matrimonium ad Morganaticam contractum, vid. *lib.* 2. *Feud. tit.* 29. Unde ex concubina nati liberi, naturales dicuntur, non ſpurii. *t. C. de Naturalib. lib. d. Nov.* 89. *in Præfat.*

5. Videntur autem duplicis admodum fuiſſe conditionis concubinæ, aliæ honeſtiores, ut mulieres ingenuæ, quæ, teſtatione interpoſita, ſe

ſe alicui in concubinatum dabant. *l.* 3. *h.* vel libertæ, quæ ſuis patronis jungebantur. *l.* 41. §. 1. *de R. N. l.* 3. §. 1. *de Don. int. V. & U. l.* 13. *ad L. Jul. de Adult.* Aliæ paulo vilioris veluti libertæ, quæ ſe alteri quam patrono in concubinatum tradebant. *d. l.* 41. *l.* 16. §. 1. *de His quib. ut ind.*

6. De legitimatione, qua liberi naturales jus liberorum, ex juſtis nuptiis quæſitorum, conſequuntur, dictum eſt ad *tit. de His qui ſunt ſui vel al. jur.*

DIGESTORUM

LIBER XXVI.

TIT. I.

De Tutelis. Cod. 5. 28. *& ſeqq.*

1. Tutela potiſſimum duplex eſt, alia *ætatis*, alia *ſexus*. Tutela ætatis recte definita eſt à Servio in *l.* 1. *D. h.*

2. Etiamſi autem tutor, quantum ad providentiam pupillarem attinet, domini loco habeatur, *l.* 27. *de Adm. tut. l.* 7. §. 3. *Pro empt. l.* 56. §. 4. *de Furt. l.* 157. *de R. J.* nihil tamen poteſtas tutoris cum dominicâ aut patriâ commune habet, ſed in ſola adminiſtratione & auctoritatis interpoſitione conſiſtit.

3. Tutela eſt munus publicum, quatenus ci-

cuivis, ad eam gerendam apto, publicâ auctoritate injungi poteſt, & ad curam quodammodo publicam, id eſt, defenſionem pupillorum pertinet. *pr. I. de Exc. tut. l.* 1. §. 4. *de Mun. & bon. l.* 3. *C. de Suſp. tut. l.* 2. §. 2. *Qui pet. tut.* non munus Reipublicæ ſeu publicum & civile propriè dictum. *l.* 6. §. 15. *l.* 15. §. 12. *de Exc. tut. l.* 2. §. *pen. ad Munic. l.* 12. §. 1. *D. l.* 3. *C. de Exc. Mun.*

4. Tutelæ officio fungi poſſunt omnes, qui non prohibentur, non modo patres, ſed & filiifamilias. *pr. I. Qui teſt. tut. l.* 7. *b. l.* 9. *de His qui ſunt ſui vel al. jur. l.* 14. *ad SC. Treb.* Ratio eſt, quia hi in publicis cauſis, inter quas etiam eſt tutela, pro patribus familias habeantur. Quæſtio autem hæc hodie ſupervacua eſt, quoniam nemo ante annum ætatis 25. tutor eſſe poſſit.

5. Prohibentur autem (1. Servi, §. 1. *I. Qui teſt. tut. l.* 10. §. *ult. de Teſt. tut.* (2. Milites. §. 14. *I. de Exc. tut. l.* 4. *C. Qui dar. tut.* (3. Mulieres. *l.* 16. *l.* 18. *B. l.* 26. *de Teſt. tut. l.* 2. *de R. J.* vide infra *tit. de Legitim. tut.* (4. Monachi & Epiſcopi. *l.* 52. *C. de Ep. & Cler.* Reliqui clerici, licet nec dativâ, nec teſtamentariâ tutelâ fungi poſſint, ad legitimam tamen admittuntur, ſi intra quatuor menſes ſe non invitos tutelam ſuſcepiſſe, teſtatum faciant. *Nov.* 123. *c.* 5. *Auth. Presbyteros C. de Ep. & Cler.* Quid moribus receptum ſit in verbi divini Miniſtris, *vid. ap. Sand.* 2. *Deciſ. tit.* 9. *def.* 7. *& Groenew. de Leg. abrog. ad d. l.* 52. (5. Jure noviſſimo debitores & creditores pupillorum. *Nov.* 72. *c.* 4.

6. Hi tamen hodie admittuntur, adeo ut ne juſtam quidem excuſationem habeant; optimum autem eſt, ut hic pro ratione circumſtantiarum

judex judicet, utrum hoc pupillo conducat, nec ne. Prohibentur etiam tutores eſſe, quos pater aut mater tutores eſſe vetuit. *l. unic. C. Si contr. matr. vol. tut. dat. fit. l.* 21. §. 2. *D. de Tut. & Cur. dat.* etiam transfugæ, qui malo animo ad hoſtes tranſeunt, arg. *l.* 19. §. 4. *de Captiv. l.* 5. §. 1. *de Cap. min. l.* 8. §. 2. *de Pœn.* non autem illi, qui explorandi animo ad hoſtes abeunt, & ſic accipienda eſt *l.* 15. *h. t.* ubi *transfuga fungatur Legato.* Infames autem non poſſunt creari tutores, ſi jam infamia ante tutelam ſuſceptam notati ſunt. *l.* 17. §. 1. *de Teſt. tut.* Sed ſi durante tutela infames fiunt, non deſinunt ipſo jure eſſe tutores, ſed tamen ut quaſi ſuſpecti removeri poſſunt, ſi pateat, pupillos inde damnum ſenſuros. (6. Minores 25. annis. *l. ult. C. de Leg. tut. tit. Inſtit. de Fiduc. tut.* §. 13. *I. de Exc. tut.* (7. Muti, ſurdi, & quicunque, ipſi alieno auxilio indigentes, propriis bonis adminiſtrandis ſupereſſe nequeunt. *l.* 1. §. *pen. & ult. l. pen. D. h.*

7. Dantur tutores pupillis ſui juris, non filiisfamilias aut ſervis. *pr. I. h. pr. I. Quib. mod. tut.* perſonis, non rebus, niſi per conſequentiam. §. 4. *I. Qui teſt. tut. l.* 12. *& ſeqq. D. de Teſt. tut.*

8. Quare certæ rei vel cauſæ tutor dari nequit, niſi (1. Rei longius diſtanti. *d. l.* 12. *& ſeqq. l.* 21. §. 2. *de Exc. tut.* (2. Ad hereditatem adeundam. *l.* 9. *l.* 13. *de Tut. dat. l.* 10. *de Teſt. tut. l.* 17. §. 1. *de Appell.* quia ad hoc procurator non ſufficit; nam hereditatis aditio eſt actus legitimus, quem procurator ſuſcipere nequit.

9. Tutores ſunt, quaſi tuitores, qui habent vim ac poteſtatem in *lege* 1. *h. t.* memoratam.

§. 2.

§. 2. *I. b.* Ab his differunt curatores, v. *l.* 13. *pr. D. de Exc. tut.* actores, *l.* 13. §. 1. *b. l.* 24. *de Adm. tut. l. un. C. de Act. à Tut. vel cur. dand.* §. *ult. I. de Curat.* protutores, v. *l.* 1. *de Eo, qui pro tut. vel cur.* procuratores. *l.* 11. *C. de Procur.*

10. Tutores ſunt vel adminiſtratores, vel honorarii, vel notitiæ cauſâ dati. v. *l.* 14. §. 1. & 6. *de Solut. l.* 26. §. 1. *de Teſt. tut. d. l.* 3. §. 2. *de Adm. tut. l.* 32. §. 1. *de Teſt. tut. d. l.* 3. §. 1. *l.* 47. *de Adm. tut. l.* 15. §. 9. *de Exc. tut. l.* 60. §. 2. *de R. N.*

11. Tutela ſexus eſt, *vis & poteſtas in mulierem, ad defendendam eam, quæ ſe ipſa, ob infirmitatem ſexus, & lubricam judicii inconſtantium, defendere, ac rebus ſuis, propriâ auctoritate adminiſtrandis, ſupereſſe nequit.* In quam recidebant mulieres, per ætatem 12. annorum à tutelâ ætatis liberatæ. Quæ erat vel Legitima, vel Ceſſitia, vel Prætoria, ſeu Dativa. v. *Ulpian. in Fragm. Tit.* 11.

12. Olim enim mulieres in manu parentum, fratrum, maritorum, patronorum fuiſſe; nullamque, ne privatam quidem, rem, ſine arbitro agere potuiſſe, certum eſt. *Liv.* 34. *c.* 2. 7. & *lib.* 39. *c.* 9. *Gell.* 10. 23. Nec unquam, ſalvis ſuis, exuebatur hæc quaſi ſervitus muliebris. *Liv. d. lib.* 34. *c.* 7. Licet autem per viduitatem & mortem patris, à nexu tutelæ paternæ & maritalis liberarentur, *d. loc.* perpetuo tamen ipſis tutor dabatur à Tribunis & Prætore, ſi non ad negotia adminiſtranda, ſaltem ad auctoritatem in ſolennibus & civilibus negotiis, veluti in judiciis, atque id genus aliis negotiis interponendam, ut in dictione dotis, alienatio-

ne rerum mancipi, teſtamenti factione. *Lib. d. lib. 39. c. 9. Cic. in Topic. in Orat. pro Flacco, & pro Cæcin. Boët. ad Topic. Cic.*

13. Atque hæc ita jure veteri conſtituta, ſucceſſu temporis in univerſum abrogata eſſe non conſtat. Sic vix aliter, quam de tutore ſexus, intelligi poſſe videntur *l. 7. C. de Suſp. tut. l. 1. C. de Nupt. l. 36. D. de R. N. l. 61. de Jur. Dot.* Quanquam ex legibus poſterioribus maritus uxori curator ætatis dari prohibeatur, *l. 14. D. de Cur. fur. l. 2. C. Qui dare tutor. l. pen. C. Si ſæp. in int. reſt. l. 4. C. de Exc. tut. §. 19. Inſt. eod.* ut & mariti pater *l. 17. C. eod. l. 3. C. de Interd. matr.* Adeo ut non modo minori, ſed ne quidem furioſæ uxori maritus curator dari poſſit, *d. l. 14. de Cur. fur. l. 22. §. 8. Sol. matr.*

14. Ita tamen, ut mulier perfectæ ætatis marito rerum omnium, quas extra dotem habet, adminiſtrationem committere poſſit, &, ſi non prohibeat, tacitè commiſiſſe intelligaur. *l. ult. C. de Pact. conv. l. 21. C. de Procur. l. pen. D. ad L. Falc. l. 9. l. 82. D. de Jur. dot.* Quæ tamen tacita, vel expreſſa commiſſio non impedit, quo minus mulier, inſcio, vel invito, marito, res parapliernales & receptitias alienare & hypothecæ obligare poſſit. *l. 12. C. de Pign. l. 6. C. de Revoc. don.* Prohibente muliere, nullum marito jus eſt in his ſibi bonis partes adminiſtratoris aut curatoris ſumendi. *l. 8. C. de Pact. conv.*

15. Moribus noſtrarum regionum jus antiquum, legibus proxime citatis partim obliteratum, quodammodo in uſum revocatum videri poteſt, cum hodie non modo maritus ſit legitimus uxoris ſuæ curator, ſine quo illa nec alienare, nec obligari, nec in judicio conſiſtere

pot-

poteſt; *Stat. Friſ.* 1. *tit.* 2. *Johann. Sandii.* 2. *Deciſ. tit.* 4. *def.* 3. & 4. *Grot. Manud.* 1. *c.* 4. *pen.* & *cap.* 5. *Frider. Sandii Tract. de Effectu,* c. 2. *n.* 1. & *c.* 4. *n.* 10. *Huberi. Prælect. ad h. Tit. num.* 3. & *ſeqq.* ſed & innuptis puellis, tum in judicio, tum extra judicium, in pluribus locis ad negotia civilia curator dari ſoleat.

TIT. II.

De Teſtamentariâ Tutelâ. Cod. 5. 28.

1. Tutela ætatis eſt vel *teſtamentaria*, vel *legitima*, vel *dativa.* Teſtamentaria eſt vel *propria*, vel *impropria.* Propria eſt, *cum paterfamilias liberis impuberibus, ſive natis, ſive naſcituris, in poteſtate conſtitutis, vel conſtituendis, teſtamento, vel codicillis, teſtamento confirmatis, tutorem dat.* §. 3. & *ult. Inſt. l.* 3. *l.* 4. *D. h.*

2. Cujus ratio cum in vi patriæ poteſtatis conſiſtat, ſequitur, patrem non modo inſtitutis, ſed & exheredatis liberis tutorem dare poſſe. *d. l.* 4. *h.* arg. §. 4. *I. de Pup. ſubſt.* Non obſtat *l.* 73. *pr.* & §. 1. *de R. J.* (ubi cum Hotomanno leg. *quo hereditas redit, eo tutela pervenit.*) junct. *l.* 1. §. *pen. de Suis* & *leg. her. l.* 53. *de V. S. l.* 26. §. *ult. h.*

3. Impropria, ſeu quaſi teſtamentaria tutela eſt, qua pater liberis emancipatis, vel in poteſtate quidem conſtitutis, ſed, codicillis teſtamento non confirmatis, vel fideicommiſſo tutorem dat, qui tamen, ſine inquiſitione, eſt confirmandus. *l.* 1. §. 1. 3. *de Confirm. tut.* Ut & cum mater vel avia liberis inſtitutis, (non exheredatis, aut præteritis) tutorem dat. *l.* 1.

l. 2.

l. 2. *de Conf. tut. l.* 69. §. 2. *de Leg.* 2. *l. ult. de Confirm. tut. l.* 4. *b. t.* cui non derogat *lex* 4. C. *eod.* ubi expungenda cum Cujacio particula *non*, ante verbum *inſtituerit*.

4. Atque hic quoque à magiſtratu eſt confirmandus, ſed cum inquiſitione. *d. l.* 4. *l. ult. in f. Qui pet. tut.*

5. Patris autem in dando tutore poteſtas latiſſimè patet, ſive perſonas, quas, ſive modum, ad quem dat, reſpicias, *l.* 120. *de Verb. ſign.* Dari enim teſtamento tutores poſſunt, non modo patres, ſed & filiifamilias. *pr. I. b.* non modo liberi, ſed & ſervi. §. 1. *I. b.* qui, ſi proprii, ſive cum libertate, ſive ſimpliciter dati ſint, directam, ſi alieni ſint, fideicommiſſariam libertatem conſequuntur. *d.* §. 1. *I. l.* 10. *in f. l.* 32. §. *ult. b. l. pen. C. de Neceſſ. ſerv. her. inſtit.* Quin, hoc amplius, & furioſi, & minores, tutores teſtamento dari poſſunt, ut, dum furioſus ſanæ mentis, minor perfectæ ætatis fiat, à Magiſtratu curator detur. §. 1. *I. de Attil. tut.* §. 5. *I. de Curat. l.* 10. §. 3. *b. l.* 13. *de Tutel.*

6. Modum quod attinet, & hic voluntas teſtatoris ſuprema lex eſt, adeo ut, non modò pure, ſed & ſub conditione, & ex tempore, & ad conditionem, diemve certam, teſtamento tutor dari poſſit, ut, dum dies vel conditio exſpectatur, alius detur à magiſtratu. *l.* 11. *b. t.* §. 1. *I. de Attill. tut.* vel, finito tempore, ad quod, aut exiſtente conditione, ad quam datus eſt, tutor eſſe deſinat. *l.* 8. §. 1. 2. *b. l.* 14. §. 3. & *l. pen. de Tutel. l.* 9. §. 2. *de Tut. & rat. diſtr.*

7. Tutor tamen incertus dari non poteſt. *l.* 20.

l. 20. *l.* 23 *b.* §. 27. *l. de Legat.* & verba, quibus in dando tutore uſus eſt teſtator, ſtricte & proprie ſunt accipienda. Quare ſi liberis, vel poſteris, dederit, cenſetur quidem dediſſe omnibus ex ſe vel natis, vel naſcituris, tum filiis, tum nepotibus; §. *ult. I. b. l.* 6. *D. b. l.* 220. *de V. S.* ſi filiis dederit, & poſtumis dediſſe intelligitur. *d.* §. *ult. l.* 5. *b.* (non obſtante *l.* 17. *pr. de Leg.* 1. ubi legatum ſive prælegatum relictum filiabus non pertinet ad poſthumum: nam ratio differentiæ eſt, quod tutor detur ex officio paternæ pietatis erga liberos, quorum appellatione & numero etiam continentur poſthumi; legatum autem & prælegatum non relinquuntur liberis ut liberis, ſed ut dilectis magis, quæ erga poſthumos non præſumitur, nec in illos cadit, quia nihil incertius poſthumo.) non autem nepotibus. *dd. ll.* quanquam alias *filiorum* appellatione, etiam nepotes, cæterique ex nobis deſcendentes, contineantur. *l.* 84. *l.* 201. *l.* 220. *de V. S.* Exempla v. in *l.* 59. *de R. N. l.* 14. *de SC. Mac. l.* 2. §. 28. *ad SC. Tertyll.*

8. Appellatione filiorum & nepotum continentur etiam filiæ & neptes. *l.* 1. *l.* 152. *l.* 195. *de V. S.* non vice verſâ. *l.* 45. *de Leg.* 2. Poſthumis datus, intelligitur datus tam ſecundi & ulterioris, quam primi gradus poſtumis; modo in poteſtate teſtatoris naſcituri ſint. *l.* 1. §. 1. *& ult. in fin. b. t.*

TIT.

TIT. III.

De Confirmando Tutore.
Cod. 5. 29.

1. Tutor non jure datus confirmatur à magiſtratu, vel cùm, vel ſine inquiſitione. Sine inquiſitione, ſi pater vel (1. filio emancipato, vel (2. ſuo quidem, ſed fideicommiſſo, vel codicillis, teſtamento non confirmatis, vel (3. filio naturali, cui aliquid reliquit, tutorem dedit. *l.* 1. §. 1. *l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *h.* §. *ult. l. de Tut. l. ult. C. h.*

2 Niſi juſta ſit cauſa denegandæ confirmationis, *l.* 8. *l.* 9. *h.* vel adhibendæ inquiſitionis. *d. l.* 8. & *ſeq. l.* 4. *de Teſt. tut. l.* 3. §. 3. *de Adm. tut.*

3. Cum inquiſitione (1. Si mater aut avia tutorem dederit liberis inſtitutis; *l.* 2. *l. ult. D. l.* 1. *C. h. l.* 4. *de Teſt. tut. l.* 69. §. 2. *de Leg.* 2. *l.* 32. *de Exc. tut.* (2. Si extraneus extraneo heredi inſtituto; *l.* 4. *l.* 5. *h. l.* 32. *de Exc. tut.* vel (3. Si Pater filio naturali, cui nihil reliquit, tutorem dederit, *l.* 7. *h.* (4. Si tutor à patrono datus ſit liberto impuberi. *l.* 4. *h. t. l.* 28. §. *ult. de Teſt. tut.*

4. Cum inquiſitione confirmati non ſatisdant. *l.* 2. *h. l.* 13. *in f. de Tut. dat.* cæteri non, niſi præſtitâ ſatisdatione, confirmantur. *l.* 5. *h.*

5. In Inquiſitione, magiſtratuum eſt explorare, an tutor, non jure datus, ſit bonæ frugi & diligens, aut aptus ad tutelam gerendam, an ſatis locuples, an ſe ingeſſerit, an duraverit teſtatoris, tutorem dantis, voluntas. *l.* 1. §. 2.

l. 8.

l. 8. *l.* 9. *h. l.* 21. §. *pen.* & *ult. de Tut. dat. ab his. l.* 18. §. 1. *ad L. Corn. de Falſ. l.* 29. *de Teſtam. tut.*

6. Cæterum tutor confirmatus proprie nec teſtamentarius eſt, nec dativus, ſed mixtam tutelae ſpeciem conſtituit: nam & ex voluntate magis teſtatoris, quam magiſtratus, adeoque ex neceſſitate juris confirmatur; *l.* 1. §. 1. *l.* 3. *D. h. l.* 32. *de Excuſ. tut.* & omnem tamen auctoritatem ex decreto confirmantis magiſtratus conſequitur. *l.* 26. §. *ult. de Teſt. tut. l.* 3. *C. h.* nec ante confirmationem, neglectæ aut excuſationis aut adminiſtrationis nomine, tenetur. *l.* 13. §. 12. *de Excuſ. tut. l.* 1. *l.* 2. *C. h. l.* 40. *l.* 58. §. 2. *de Admin. tut.*

TIT. IV.

De Legitimis Tutoribus. Cod. 5. 30, 35.

1. Tutela legitima eſt, quæ, deficiente ſpe tutelæ teſtamentariæ, *l.* 11. *pr.* & §. 3. *de Teſt. tut. l.* 9. §. 1. *de Tut. & rat. diſtr. act. l.* 98 *de R. J. l.* 39. *de Adq. her.* ex L. XII. Tabb. ipſo jure defertur proximis agnatis, ut, qui ſperarent ſucceſſionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur. *l.* 1. *l.* 5. *D. pr. I. h. l.* 73. *de R. J.*

2. Ita tamen, ut in locum tutoris teſtamentarii excuſati, vel remoti, non legitimus, ſed datus a magiſtratu ſuccedat. *d. l.* 11. §. 1. & 2.

3. Eſt vel ordinaria, vel extraordinaria. Ordinaria alia eſt ex jure veteri, alia ex jure novo. Ex jure veteri, id eſt, L. XII. Tabb. alii tutores fiunt ex ipſis verbis, alii per conſequentiam,

tiam, ex mente Legis, vel interpretatione Prudentum.

4. Ex ipſis verbis legis vocantur proximi agnati. *pr. I. l.* 1. *D. h.* Per conſequentiam ſucceſſionis & hereditatis, Parentes, ad liberorum impuberum emancipatorum, Patroni, ad libertorum impuberum tutelam. *Tit. I. de Legit. patron. & parent. tut. l.* 1. *l.* 3. *h. l.* 73. *de R. J. Ulp. Fragm. tit.* 11. ut & fratres ad tutelam fratrum impuberum. *t. Inſt. de Fiduc. tut. l.* 4. *C. h. t.*

5. Sublatâ, jure novo, in tutelis & ſucceſſionibus, juris agnatorum & cognatorum differentiâ, tutela legitima defertur promiſcuè proximis agnatis & cognatis: *Nov.* 11. *c.* 4. & 5.

6. Quod fallit in feminis, quæ, licet ſucceſſionem ſperent, tutelæ tamen munere non funguntur. *d. l.* 73. *l.* 1. §. 1. *h. t. tit. Inſt. in f. de Legit. patr.* niſi facultatem adminiſtrandæ tutelæ à Principe impetraverint. *l. ult. de Tut. l.* 1. *C. Quando mul. tut. off. l.* 2. *de R. J. Liv.* 39. *c.* 9.

7. Jure noviſſimo mater & avia præferuntur in tutelæ adminiſtratione omnibus cognatis, non modo collateralibus, ſed &, ex veriore ſententia, remotioribus adſcendentibus maſculini ſexus, legitimæque adeo tutrices eſſe poſſunt liberorum, ſive legitimorum, ſive naturalium *l.* 2. *l.* 3. *C. Quand. mul.* licet eorum debitrices ſint, aut creditrices. *Auth. ad hæc. C. eod.* idque ipſo jure, etiam ſine ſpeciali Principis aut Magiſtratus conceſſione. *Auth. Matri & Aviæ eod.* ut tamen utraque teſtamentariis poſtponatur. *d. Auth. matri.* ratio eſt in *l. ult. pr. C. de Curat. fur.* Mater autem aviæ præferatur. *Nov.* 94. c. 2. *Nov.* 118. *c.* 5.

8. Mo-

8. Modò utraque, antequam ſe immiſceat, renunciet (1. Secundis nuptiis. *d. l.* 2. *d. Auth. matri & aviæ. Nov.* 94. *Nov.* 118. *c.* 5. olim quidem præſtito jurejurando; *l.* 2. *C. eod.* ſed ejus neceſſitatem remiſit Juſtinianus in *Auth. Sacramentum. C. eod. Nov.* 94. *c.* 2. Quæ, inſuper habitâ renunciatione, animum ad ſecundas nuptias appulit, ipſo jure removetur à tutela, & adminiſtrationis rationem reddere tenetur, *d. Auth. Sacramentum. Nov.* 94. (2. Modò renuncient Scto Vellejano. *d. Auth. Matri. d. Nov.* 118. *c.* 5. (3. Modò bona ſua pignori obligent, in ſecuritatem pupillorum, & fidem ſedulæ adminiſtrationis, præter & ſupra tacitam & legalem hypothecam, quam liberi habent in bonis matris & aviæ tutricis, ut & in bonis vitrici ſui, ſic ut diſpoſitio legis hic non excludat diſpoſitionem hominis. *l.* 2. *l.* 3. *C. Quand. mul.*

9. Atque ita admittuntur, ſi velint, invitæ ad tutelam non coguntur. *l.* 2. *l.* 3. *C. eod. tit.*

TIT. V.

De Tutoribus & Curatoribus datis ab his, qui jus dandi habent, & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt. Cod. 5. 34.

1. Ceſſante in univerſum Legitimâ tutelâ, & Teſtamentariâ, vel ad tempus, vel in perpetuum, locus eſt Dativæ, quam Magiſtratus, vi jurisdictionis legitimæ, deferunt. *t. t. I. de Attil. tut. l.* 11. *de Teſt. tut.*

2. Eſt enim tutelæ datio non imperii, non

juriſdictionis ordinariæ, ſed ſpecialis & legitimæ, nemini competens, niſi cui eam poteſtatem ſpecialiter dedit, vel Lex, vel SCtum, vel Princeps: *l. 6. §. 2. de Tut. pr. I. de Attil. tut. l. 1. §. 1. h. t.*

3. Etſi poteſtas cogendi, removendi, coërcendique tutoris, mixti imperii, *l. 1. pr. de Admin. tut. §. 3. I. de Attil. tut.* junct. *l. ult. §. 1. de Off. ejus cui mand.* cognitio autem de ſuſpectis tutoribus juriſdictionis ordinariæ ſit. *l. 1. §. 4. de Suſp. tut. l. 4. de Off. ejus.*

4. Dari à Magiſtratibus tutores & curatores poſſunt omnes, ad hæc munera gerenda idonei ſexu, moribus, induſtriâ, facultatibus. *l. 21. pr. §. 5. 6. h. l. 26. de Teſt. tut.* modo juriſdictioni dantis ſint ſubjecti. *§. 4. I. de Attil. tut. l. 3. l. 21. §. 4. l. 24. l. 27. D. l. 5. C. h. t. l. 3. C. Qui pet. tut.* & nullâ legitimâ excuſationis causâ muniti. *t. de Exc. tut.*

5. Quare & filius, ſi ſobrie & honeſte vivat, patri, furioſo aut prodigo, curator, *l. 12. §. 1. h. l. 1. in f. l. 4. de Cur. fur.* & collega à collegâ tutor vel curator dari poteſt. *l. 19. §. 1. h. l. 3. Qui pet. tut.* licet ab eo invitus ad tutelam ſuſcipiendam cogi nequeat, arg. *l. 13. §. 4. ad SC. Treb.*

6. Dari autem tutores & curatores prohibentur debitores ac creditores pupilli vel minoris. *Nov. 72. c. 2. 4. 5. Auth. Minoris debitor. C. h. t.*

7. Ut & quos mater vel pater ultima voluntate tutores dari prohibuit; qui removentur ſine infamiâ. *l. 21. §. 2. h. t.* (ubi verba: *ſalva epithimia*: idem ſignificant, quod ſalva exiſtimatione, ſive ſalvo honore.) *l. un. C. Si contra matr. volunt.*

8. De-

8. Denique qui ſe ipſi ingerunt, & tutelam vel curam captarunt. *l. 9. de Tut. l. 21. in f. h. l. 3. §. 15. de Suſp. tut.*

9. Ex eadem ratione nemo ſe ipſe tutorem dare poteſt. *l. 4. h. l. 5. de Off. Præſ. l. 4. de Off. Prætor.*

10. Dantur autem tutores pupillis, ratione patrimonii, domicilii, vel originis, juriſdictioni dantis ſubjectis. *l. 1. §. ult. l. 3. l. 24. l. 27. h. l. un. C. Ubi pet. tut. l. 10. de Tutel. §. 4. I. de Attil. tut.*

TIT. VI.

Qui petant tutores, vel curatores, & ubi petantur. Cod. 5. 31. 32.

1. Tutores pupillis petere quidam poſſunt, & ſolent, ut agnati remotiores, affines, familiares *l. 2. h.* quidam tenentur, ſub pœna amittendæ ſucceſſionis ab inteſtato, ut mater & avia, quæ liberis impuberibus *confeſtim*, id eſt, intra annum, tutorem petere tenentur. *d. l. 2. §. 1. 2. l. 2. §. 28. 43. & ult. D. & l. 6. C. ad SC. Tertyll. l. 10. C. de Legit. her.* Hoc autem eſt ſingulare, nam alioquin is, qui aliquid facere debet confeſtim, ſtatim, vel in continenti, tantum habet dilationem trium dierum. *l. ult. C. de Error. advoc. l. ult. C. de Judic.*

2. Si non petierint, à legitima liberorum, intra pubertatem morientium, hereditate excluduntur. *l. 2. §. 1. h. l. 3. C. ad SC. Tert. §. 6. I. eod. tit.* niſi mater ſit minor 25. annis, *l. 2. C. Si adv. del.*

3. Cura, ſive Curatela, eſt *vis & poteſtas ad-*

miniſtrandi bona eorum, qui per ætatem, vel aliud corporis, aut animi vitium ipſi rebus ſuis ſupereſſe nequeunt. v. *pr.* & §. 1. & *ſeqq. I. de Curat.*

4. Hæc ut in multis cum tutela convenit, *l.* 13. *D. de Excuſ. tut.* ita in pluribus ab eâ differt.

5. Minores utriusque ſexus ipſi ſibi curatores petere, ſi velint, poſſunt. *l.* 2. §. 4. *D. l.* 1. *C. b. l.* 43. §. 3. *de Proc. l.* 13. *in f. de Tut. dat.*

6. Inviti enim invitæve adoleſcentes, vel puellæ curatorem accipere non tenentur. §. 2. *I. de Curat. d. l.* 13. *l.* 2. §. *pen.* & *ult. b. d. l.* 43. §. 3. *l.* 3. *C. de In integr. reſt. l.* 6. *C. b. t.* in verbis: *Si res eorum exigit:* non obſtat *pr. I. de Curat.* quia ibi minores dicuntur accipere curatorem, ſed non cogi: nec *l.* 1. §. *ult. de Minor.* vid. *infr. tb.* 8. nec *l.* 6. *C. qui pet. tut.* nam dicuntur *debere petere curatorem, cum res eorum id exigere videtur.* vid. *Huber. in præl. ad tit. I. de Curat.* & *p.* 1. *Digreſſ. l.* 3. *c.* 15. & 16. *Voet. ad tit. de Curat. furioſ. dand. n.* 2.

7. Quanquam olim ex lege Lætoriâ, ut circumſcriptioni adoleſcentum via præcideretur, conſanguineis permiſſum fuerit, minoribus, etiam invitis, curatorem petere; non omnibus tamen, ſed laſcivioribus, & diſſolutè viventibus, redditâ causâ, ob quam curator dabatur. Quæ cauſæ redditio cum ſugillaret & oneraret exiſtimationem adoleſcentum, cautum eſt Conſtitutione M. Antonini, non utique ut minores inviti curatorem acciperent, ſed ut accipere indiſtinctè omnes poſſent, remiſsâ neceſſitate probandi allegandique cauſas dationis, quas lex Lætoria exigebat. v. *Capitol. in Marco cap.* 10.

8. Quod ſi minores ſibi ipſi ſemel curatorem pe-

petierint acceperintque, vis & effectus curæ, ſemel conſtitutæ, eſt, quod curatorum auxilio regantur, uſque ad annum 25. impletum, nec ipſis; etſi ſobriis, rerum ſuarum adminiſtratio committenda ſit. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *de Minor.*

9. Hæc autem regula fallit. (1. In lite. *d.* §. 2. *l.* 2. *C. Qui leg. perſ. ſtand. l.* 3. §. 2. *D. de Tutel. l.* 1. *C. h. t.* ratio eſt in *l.* 45. §. 2. *l.* 54. *de Re jud. l.* 4. *C. Si adv. rem jud.* exceptio eſt in cauſâ momentaneæ poſſeſſionis. *l. ult. C. Qui legit. perſ. ſtand. in jud.* (2. Si debitor aut velit, aut cogatur minori ſolvere. *l.* 7. §. 2. *de Minor.* (3. Si is, qui tutoris officio functus eſt, rationes adminiſtrationis redditurus ſit. *l.* 7. *C. Qui pet. tut.*

10. Cura in minoribus utriusque ſexus finitur (1. Per ætatem majorem 25. annis. *l.* 1. *l.* 3. §. 3. *de Minor. t. I. de Fiduc. tut. in f.* (2. Per veniam ætatis. *t. C. de His qui ven. æt.* de qua ad *tit. de Minor. theſ. ult.*

11. Dantur autem curatores plerumque quidem minoribus, aliquando tamen & impuberibus, ſi vel tutor teſtamento datus, aut legitimus, non idoneus adminiſtrationi, vel tutor ad tempus excuſatus, vel conſanguineus ſuſpectus ſit. §. 5. *I. de Cur. l.* 9. *D. de Suſp. tut.*

12. Ratio eſt: quia tutorem habenti alius tutor dari non poteſt. *l.* 27. *de Teſt. tut. d.* §. 5. *I. l.* 9. *C. Qui pet. tut. l.* 9. *C. Qui dar. tut.*

13. Qui tamen curator, quia tutoris vicem & perſonam ſuſtinet, ſæpe tutor dicitur. *v. l.* 12. *de Tutel.* junct. *l.* 15. *de Tut. dat.* Et ſic carere poſſumus Interpretum ab hac regula exceptionibus. *v. t. C. In quib. caſib. tut. vel cur.*

TIT. VII.

De Adminiſtratione & Periculo tutorum vel curatorum, qui geſſerint vel non, & de agentibus, vel conveniendis, uno vel pluribus.

Cod. 5. 37. 38.

1. Tutoris curatoriſque officium verſatur vel circa Tutelam Curamve ſuſcipiendam vel circa ſuſceptam adminiſtrandam.

2. In officio ſuſcipiendo, antequam ſe adminiſtrationi accingant, (1. præſtanda eſt Repromiſſio, de pupillo vel minore defendendo. *l. ult.* §. 4. *C.* junct. *l.* 30. *D. b.* (2. Jusjurandum. *Nov.* 72. *c. ult. l.* 7. §. 5. *& Auth. Quod nunc, C. de Cur. fur.* (3. Satisdatio, datis fidejuſſoribus, rem pupilli, vel minoris, ſalvam fore; non tamen ſemper. v. *tit. I. de Satiſd. tut. l.* 1. *C. de Tut. & Cur. qui non ſatis ded. l.* 6. §. 1. *de Tutel. tit. D. Rem pup. ſalv.* (4. Conficiendum ſummâ diligentiâ rerum pupillarium, vel ad minores pertinentium, inventarium. *l.* 7. *D. l.* 24. *C. b.* Inventarii confectio hoc in caſu debet fieri intra tempus arbitrio judicis definiendum, cum id nunquam ſit expreſſum, ſecus ac juris eſt in jure hereditario. vid. *infr. tit. de Jur. delib. th.* 14.

3. Cujus neglecti pœna eſt, quod contra omittentem in litem jurari poſſit, & ut ſuſpectus à munere tutelæ vel curae removeatur, & perpetuâ infamiâ notetur. *d. l.* 7. *D. h. t. l. ult.* §. *ult. C. arb. tut.* ſic ut ne pater quidem teſtamento inventarii confectionem remittere poſſit. *l.* 5. §. 7. *h.* arg. *l.* 119. *de Leg.* 1. *l.* 10. *de Conf. tut.*

tut. ubi pro *ipſa* leg. *ipſe*, ſcilicet Prætor. Quanquam ſolennem & publicam inventarii confectionem remittere poſſit. *l. ult.* §. 1. *C. Arb. tut.* ratio eſt in *l.* 2. *C. de Alim. pup. præſt.* & in *l.* 2. *C. Quand. & quib.* (x. 34.)

4. Suſcepto jam onere, tutorum curatorumque officium eſt, eam in adminiſtratione adhibere curam & diligentiam, quæ à diligente & frugi patrefamilias in curandis rebus propriis adhiberi ſolet; adeoque neceſſe eſt, ut omnia, habitâ ratione tum utilitatis, tum dignitatis pupillorum & minorum, pro quantitate patrimonii, & natalium honore gerant. *l.* 12. §. 3. *l.* 13. *D. b.* nihil temere & ſine causâ donent, aut profundant. *l.* 12. §. 3. *l.* 13. §. 2. *l.* 22. *l.* 46. §. *ult. D. l.* 16. *C. b. l.* 1. §. 1. *de Tut. & rat. diſtr. l.* 4. *C. de Præd. min.* donare enim eſt perdere. *l.* 7. *de Donat. l.* 54. §. 1. *de Furt. l.* 28. §. *ult. de Pact.* & ſpecies lucri imo furti eſt ex alieno largiri. Res ſartas tectas conſervent. *l.* 22. *C. b.* æs alienum, à pupillo vel minore debitum, aut creditum ſolvant & exigant. *l.* 13. *l.* 46. §. *ult. b.* adeo ut ante *Nov.* 72. tutor vel curator, non modò ſi eſſet in ære pupilli vel minoris, pecuniam a ſe ipſo exigere debuerit, *l.* 46. §. *ult. b.* ſed &, ſi eſſet eorum creditor, ſibi quoque ſolvere potuerit & debuerit. *l.* 9. §. 5. 7. *b. l.* 7. *de Auct. tut.* idque etiam ſine decreto. *d. l.* 9. niſi pupillus aut minor tutori vel curatori hereditatem reſtituere rogatus ſit. *l.* 1. §. 13. *l.* 37. §. 1. *ad SC. Treb.* vel pecunia pupilli aut minoris, unde ſibi ſolvere poterat tutor vel curator, ad comparationem prædiorum ſit depoſita. *l.* 3. §. 6. *de Contr. & ut. tut. act.* *l.* 13. §. 1. *b. t.* Hæc enim pecunia ob favo-

rem minorum fictione juris habetur pro re immobili.

5. Sed & pecuniam pupillarem aut in emptionem prædiorum, aut idoneis nominibus fœnori collocare tenetur. *l.* 3. §. 2. *l.* 5. *D. l.* 24. *C. h.*

6. Quod ſi officio ſuo hac in parte defuiſſet tutor, vel curator, initio ſuſceptæ adminiſtrationis poſt ſex, deinde, in ſingulos annos, poſt duos menſes ad uſuras tenebatur. *l.* 7. §. 3. 11. *l.* 15. *l.* 58. §. 3. *h. l.* 3. *C. de Uſur. pup.*

7. Jure *Novellæ* 72. *c.* 6. 7. defungi poſſunt cuſtodiendo pecuniam pupillarem vel minoris, ſterilem & non occupatam, nec eam in fœnore ponere tenentur, niſi pupillo aut minori aliunde deſint reditus, unde ſe commode exhibere poſſint.

8. Tenentur & conditionibus, unde lucrum facturus eſt pupillus, aut minor, obtemperare. *l.* 21. *C. h.* eosque in judicio, ob juſtam litigandi cauſam, defendere. *l.* 9. §. 6. *D.* (ubi obſervanda eſt loquendi formula: *denunciatum ſibi verum debet*, id eſt, agnoſcere bonam fidem, & a ſupervacua & temeraria litigandi cauſa abſtinere. *Quintil.* 5. *Inſtit.* 7. *Petron. in Satyr.* 36. *l.* 29. §. 4. *Mand.* an & quatenus tutores & curatores poſſint de rebus pupilli vel minoris tranſigere vid. *l* 54. §. *ult. l.* 56. §. 4. *de Furt. l.* 12. *C. de Tranſact. l.* 26. §. *ult. D. l.* 16. *C. h. t. & Voet. ad h. t. n.* 13.) *l.* 6. *l.* 11. *l.* 28. *C. h. l.* 7. *C. Arb. tut.*

9. Quibus in rebus præſtatur omne damnum levi culpa datum. *l.* 7. *C. Arb. tut. l.* 33. *h. l.* 1. *pr. de Tut. & rat.* atque hæc in Rubrica voce *periculi* comprehenditur. Non præſtatur caſus fortuitus. *l.* 4. *C. de Per. tut.* nec culpa leviſſima.

ma. *d. l.* 7. quia ex neceſſitate hoc officium ſuſcipiunt. *l.* 1. *h. t.* junct. *l.* 20. *C. de Neg. geſt.* Unde & eo caſu culpam præſtant leviſſimam, quo ſe, oblatâ ſatisdatione, adminiſtrationi ingeſſerunt. *l.* 53. §. 3. *de Furt. l.* 1. §. 36. *Depoſ.*

10. Quod ſi, in comparandis prædiis, non ſatis bonam conditionem elegerint, vel nomina paternorum debitorum, ſive obligationes paternæ, minus idonea eſſe cœperint, liberantur præſtando culpam latam. *l.* 7. §. 2. *l.* 15. *l.* 39. *pr. h. t. l.* 2. *C. Arbitr. tut. l.* 19. *de Tut. & rat. diſtr.* ut & in caſu *l.* 5. §. 7. junct. *l.* 41. *h. t.* Scilicet quando pater remiſerit in teſtamento rationum redditiones. *l.* 149. *de Legat.* 1. *Voet. ad tit. de Tutel. & rat. diſtr. n.* 12. v. & *l.* 72. §. 3. *l.* 111. *de Cond. & Dem.*

TIT. VIII.

De Auctoritate, & Conſenſu Tutorum, & Curatorum. Cod. 5. 59.

1. Auctoritas Tutoris eſt, *negotii à pupillo cum aliquo periculo rei familiaris, cum extraneo gerendi, approbatio & confirmatio. l.* 3. *h.*

2. Interponenda eſt auctoritas (1. a tutore volente, præſente, & ſciente, quid agatur. *l.* 1. §. *ult. l.* 14. *h.* licet præſentia ejus, qui cum pupillo contrahit, non deſideretur. *l.* 9. §. *ult. h.* (2. Statim in ipſo, calente adhuc, negotio, *d. l.* 9. §. *pen.* §. 2. *l. h.* vel in continenti à negotio jam perfecto. *l.* 25. §. 4. *de Adq. her.* non initio negotii. *l.* 31. *de Uſuc.* (3. Pure, etſi pupillus ſub conditione contraxerit. *l.* 8. *h.* (4. In negotio contracto a pupillo infantiam

egreſſo. *l.* 1. §. 2. *de Adm. tut. l.* 5. *de R. J.*

3. Ratio requiſitæ auctoritatis in promptu eſt: nam pupillus infantiâ major ex contractibus ſuis naturaliter obligatur quidem, v. ſuprâ *tit. de Pact. theſ.* 33. ſed jus Civile eam obligationem omni vi & effectu, qui poſſet pupillo obeſſe, deſtituit; adeoque, ut pupillus civiliter obligetur, neceſſaria eſt tutoris auctoritas, in illis quidem negotiis, ubi aliquod rei familiaris periculum vertitur. *pr. I. l.* 5. §. 1. *h. l.* 13. §. 29. *de Act. emti.* etiamſi in criminali judicio, ſive accuſatoris, ſive rei perſonam ſuſtineat. *l.* 4. *C. h.*

4. Non in negotiis, ubi pupillus ſtipulando, vel accipiendo conditionem ſuam haud dubie facturus eſt meliorem. *d. pr.* niſi quod ne lucroſam quidem hereditatem ſine auctoritate tutoris adire poſſit. §. 1. *I. h. l.* 9. §. 3. *l.* 11. *h. t. l.* 11. *de Acq. rer. dom.*

5. In obligatione ex delictis, & plerisque quaſi contractibus, unde ex re ipſâ naſcitur obligatio, tutoris auctoritas neceſſaria non eſt. *l.* 111. *de R. J.* §. *pen. I. de Obl. quæ ex del. l.* 46. *de O. & A.*

6. Auctoritatem interponere poſſunt omnis generis tutores, etiam honorarii. *l.* 32. §. 1. *de Teſt. tut. l.* 14. §. 1. *de Solut. l.* 49. *de Adq. her.* non tamen illi, quibus negata vel interdicta eſt adminiſtratio. *l.* 4. *l.* 6. *h. t.*

TIT.

TIT. IX.

Quando ex facto Tutoris vel Curatoris Minores agere vel conveniri poſſint.

Cod. 5. 39.

1. Regula tralatitia, nemini per alium obligationem, aut actionem adquiri poſſe, §. 4. §. 18. *I. de Inut. ſtip. l.* 73. §. *ult. de R. J. l.* 11. *de O. & A. l.* 38. §. 17. *de V. O.* fallit in contractibus tutorum & curatorum, unde *minoribus*, ut habet inſcriptio tituli, (id eſt, pupillis & adoleſcentibus, v. *l.* 2. *in f. C. Quand. mul. tut. off.*) obligationes & actiones, ſi non directæ, at utiles certe acquiruntur. *l.* 2. *D. l. pen. C. h.* Exempla vide in *l.* 2. *l.* 6. *D. l.* 2. *l.* 4. *C. h. l.* 5. §. 9. *de Pecun. conſtit.*

2. Ex circumventione tamen, ſeu dolo tutoris, vel curatoris, non acquiritur illis actio. *l.* 3. *h. l.* 4. §. 23. *de Dol. mal. exc. l.* 49. *de R. J.*

3. Ut autem minori per tutorem vel curatorem actio quæritur, *l. ult. C. h.* ita ex quibusdam tutoris vel curatoris factis conveniri quoque poteſt, ut ſi rem à ſe mutuo ſumtam in rem minoris verterit. *l.* 3. *C. h.* aut nomine minoris condemnatus ſit. *l.* 7. *D. l.* 1. *C. h. l.* 4. §. 1. *de Re jud. l.* 2. *de Admin. tut.*

4. Ut ex dolo agere, ita & conveniri prohibetur, ſi dolus extra rem minoris ſeu pupilli, ſive in negotio tutoris proprio & quod ſuo nomine geſſit, admiſſus ſit. *l.* 3. & *l.* 4. *h. t. l.* 198. *de R. J.* Quod ſi in adminiſtratione dolus ſit admiſſus, & pupillus vel minor inde factus ſit locupletior, haud dubie tenetur, quatenus

ad

ad eum pervenit. *l.* 3. *h. l.* 15. *de Dol. d. l.* 4. §. 23. 24. 25. *de Dol. Exc.*

5. Quod ſi inde non ſit factus locupletior, & tutor vel curator non ſit ſolvendo, pupillus vel minor plane non tenetur: ſin tutor vel curator habeat, unde ſolvat, ita tenetur pupillus, vel minor, ut per actionem tutelæ directam regreſſum habeat contra tutorem, vel curatorem. *l.* 1. *h. l.* 1. §. 6. *Ne vis fiat ei qui in poſſ.* & liberari poſſit cedendo actionem, ſibi contra tutores, aut curatores competentem. *l. ult. de Admin. tut. l.* 3. §. 1. *de Trib. act.* Hoc tamen jure novo videtur abrogatum per *l. ult. C. Quand. reſt. nec. non eſt.* quia præſtat, minores res ſuas intactas ſervare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *l.* 171. *de R. J. l.* 6. *de Minor.*

TIT. X.

De Suſpectis Tutoribus & Curatoribus. Cod. 5. 43.

1. Suſpectus Tutor vel Curator eſt, *qui non ex fide tutelam vel curam gerit.* §. 5. *I. h.* Non ex fide autem gerere intelligitur, qui non modò fraudulenter, ſed & negligentius, neque ea ſollicitudine, qua diligentem & frugi patremfamilias decet, adminiſtrat. *d.* §. 5. *l.* 3. §. 5. *pen. & ult. D. l.* 5. *C. h.*

2. Quaſi ſuſpectus eſt, *qui non ex fide tutelam vel curam geſturus eſt. d.* §. 5. ſeu qui, antequam ſe geſtioni immiſceat, non vanam ſuſpecti tutoris aut curatoris de ſe opinionem concitavit; ut, ſi ſatisdare nolit, *l.* 1. *l.* 3. *C. de Tut.*

qui ſat. non ded. vel aliter contumax ſit. *l.* 3. *C. h.* vel, ſi ob ignaviam, aut dolo id egerit, quo minus gereret. *l.* 4. §. *ult. eod.* vel aliud quid animadverſione dignum, antequam tutelam gereret, commiſerit. *l.* 3. §. 5. *h.*

3. Suſpecti tutoris & curatoris *crimen* (id eſt accuſatio. *l.* 7. §. 1. *de Accuſ. l.* 21. *de SC. Sylan. l.* 109. *de R. J.*) ex L. XII. Tabb. deſcendit. *l.* 1. §. 2. *h. Cic.* 3. *de Offic. cap.* 15.

4. Cognitio de ſuſpectis tutoribus, vi juriſdictionis ordinariæ, competit omnibus majoribus Magiſtratibus. §. 1. *I. h. l.* 1. §. 11. *ad SC. Turp.* quare tranſit in eum, cui, ſive in ſpecie, ſive in genere, mandata eſt jurisdictio. *l.* 1. §. 4. *h. l.* 4. *de Off. ejus cui mand.* Excluduntur ſoli Magiſtratus inferiores in Municipiis. *d. l.* 1. §. 11. *l.* 105. *de R. J.*

5. Suſpecti poſtulari poſſunt omnes, ſive Teſtamentarii, ſive alterius generis tutores, etiam Legitimi. §. 3. *I. l.* 1. §. 5. *h. t.* Quanquam his, ob neceſſitudinis vinculum, potius curator adjungendus eſt, quam ut, notata exiſtimatione, removeantur. *l.* 9. *h.* quin & parentes & patroni, modo famæ eorum parcatur. *d. l.* 1. §. 5. & §. 2. *I. h. t. l.* 1. *C. Si tutor vel cur. non geſſ. l.* 5. *l.* 9. *de Obſeq. par. l.* 11. *D. de Dolo. l.* 1. §. 43. *de Vi & vi arm.*

6. Suſpectos poſtulare poſſunt omnes: quia quaſi publica eſt hæc accuſatio. §. 3. *I. l.* 1. §. 6. *h.* etiam mulieres, non modo conſanguineæ, ſed & aliæ quævis, ſingulari pietate & verecundia motæ. *d.* §. 3. ſed & ipſi puberes, ex conſilio neceſſariorum, §. 4. *I. l.* 7. *D.* (ubi pro *cauſa cognitionis* leg. *cauſæ cognitione*) *l.* 6. *C. h. t.* non impuberes, *d.* §. 4. *d. l.* 6. *l.* 8. *de Accuſ.*

ne-

nequidem ex conſilio neceſſariorum, vel auctore contutore. Non obſtat *l.* 7. *C. h. t.* Ibi enim forte delenda eſt vocula *tuarum*, quæ eſt ſuſpecta, & ideo poſita inter aſteriſcos, ut ſenſus ſit, non quod ipſe pupillus vel pupilla, ſed alius vel alia præter matrem pupilli tutorem accuſare poteſt; vel *d. l.* poteſt intelligi de tutore ſexus, non autem de tutore ætatis: *Vid. tit. de Tutel. th.* 12. quin &, nemine accuſante, ipſius Magiſtratus eſt, manifeſte ſuſpectum removere. *l.* 3. §. 4. *b. l.* 13. *de Off. Præſ. l.* 1. *pr. Cod. de Cuſt. reor.*

7. Effectus alius eſt inſtitutæ, alius finitæ accuſationis. Inſtitutæ effectus eſt, quod accuſato ſtatim interdicatur adminiſtratio, alio in locum ejus ſubſtituto. §. 5. *I. l.* 6. *l.* 7. *C. h. l.* 14. §. 1. *de Solut.* Hoc autem eſt ſingulare & receptum in favorem minorum, contra regulam traditam *in l.* 17. §. 12. *ad Munic. l. unic. C. de Reis poſtul. l.* 58. *de Re Jud.*

8. Finitæ Accuſationis effectus eſt, quod tutor, vel curator, ob dolum, & latam culpam remotus, fiat infamis. §. 6. *I. l.* 7. §. 1. *D. l. ult. C. h. t. l.* 32. *Depoſ. l.* 226. *de V. S. l.* 11. *in f. de His qui not. inf. l.* 1. §. 2. *Si is qui teſt. lib.* Non obſtat, quod vita & fama, mors & infamia æquiparentur, ſive pari paſſu ambulent, & eodem jure cenſeantur, culpa autem lata dolo non comparetur in criminibus capitalibus, *l.* 9. *de Man. vind.* junct. *l.* 7. *ad L. Corn. de Sicar.* Hæc enim non eſt regula juris, ſed brocardicum ab interpretibus fabricatum, quod ſæpe fallit, nec comparatio illa eſt abſolute vera. *vid. Wiſſenb. ad tit. de Manum. vind.* Diſſent. *Brunkh. cent.* 3. *Enant. aſſ.* 9. & *Noodt.* 1. *Pro-*

bab.

Lib. 13. Cæterum hæc regula fallit & ceſſat pœna infamiæ, ſi parentes aut patroni ut ſuſpecti accuſantur & removentur. *l.* 2. *l.* 9. *h. t. l.* 2. *l.* 5. *l.* 9. *de Obſeq. par. & patron. præſt.* modò cauſa remotionis decreto ſignificetur. *l.* 4. §. 1. 2. *h.* ob levem culpam non æque. *d.* §. 6. *l.* 3. §. *ult. h.*

9. Sed & tutor, ſi copiam ſui non faciat, ne pupillus alimenta conſequatur, vel præſens per mendacium neget, ei alimenta ſuppetere, vel ſi libertus tutelam liberorum patroni fraudulenter geſſerit, vel ſi qui miniſterium tutelæ, data pecunia, redemerint, vel conſultò in patrimonio edendo quantitatem minuerint, corporali pœna adficiuntur. §. 10. 11. *I. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. §. 15. *D. h. l.* 1. §. 7. *de Off. Præf. Urbi. l.* 9. *D. de Tutel.*

10. Si tutor latitet, ita ut pupillo alimenta decerni non poſſint, mittitur pupillus in bonorum ejus poſſeſſionem, cum poteſtate, dato curatore, ad cuſtodienda, obſervanda, & adminiſtranda bona tutoris, diſtrahendi ea, quæ morâ deteriora futura ſunt. §. 9. *I. h.*

11. Nec liberatur ab his pœnis, etiamſi ſatisdederit, vel ſatisdare paratus ſit. §. 5. §. *ult. Inſt. l.* 5. *l.* 6. *D l.* 5. *C. h.*

12. Ex moribus enim, non ex facultatibus aut paupertate, tutores & curatores ſuſpecti poſtulandi ſunt. §. *ult. I. l.* 8. *D. l.* 5. & 6. *C. h. l.* 31. §. 1. *de Reb. auct.* ubi verbum *commendare* accipitur in malum pro notare, niſi forte commendare ibi idem ſit quod probare, ut in *l.* 2. *C. Qui Teſt. fac. poſſ. l.* 6. *in fin. C. Qui milit. poſſ. l.* 28. §. *ult. D. de Stip. Serv.* Ratio eſt, quia ſæpe bonæ mentis ſoror eſt paupertas,

l. 17.

l. 17. §. 1. *de Teſt. tut.* Poteſt tamen illis curator adjungi, ſi metus ſit, ne patrimonium pupilli vel minoris detrimentum capiat. *d. l.* 6. *C. b. t.* ſed & removeri poſſunt ex eo capite, quod ſatisdare non poſſunt. *l.* 2. *C. de Tutor. qui ſatis non ded.* ſed ſalva fama & exiſtimatione eorum. Tutores autem & curatores in hoc differunt a teſtibus, quos non modo mores, ſed etiam rerum familiarum anguſtiæ ſuſpectos faciunt, ut & ab heredibus, quos non mores, ſed ſolæ facultates ſuſpectos faciunt.

DIGESTORUM

LIBER XXVII.

TIT. I.

De Excuſationibus Tutorum & Curatorum. Cod. 5. *Tit.* 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69.

1. Cum tutela & cura ſint munera publica, *l.* 6. §. 15. *b.* publica autem munera etiam invitis deferantur, *l.* 9. *de Mun. & bon.* conſequitur, tutores & curatores ad delati ſibi muneris adminiſtrationem invitos cogi poſſe. *d. l.* 9. *l.* 1. *de Adm. tut. l.* 3. *C. de Suſp. tut.*

2. Niſi legitimis excuſationum cauſis id onus deprecari à ſe, & avertere poſſint. Sunt autem excuſationum cauſæ vel communes tutelæ & curæ, vel alterutri propriæ & peculiares.

3. Rem-

3. Item accommodatæ vel tantum ad munus recens injunctum rejiciendum; vel etiam ad deponendum jam ſuſceptum.

4. Cauſæ communes ſunt (1. Numerus liberorum, Romæ trium; in Italia quatuor; in Provinciis quinque; modò ſint nati, *l.* 2. §. 6. *h.* Naturales; non adoptivi, *pr. I. l.* 2. §. 3. *h. l.* 2. §. 1. 2. *l.* 8. *de Vacat. & Excuſ. mun. Gell. lib.* 5. *c.* 19. *inf. l.* 51. §. 1. *de Leg.* 2. denique ſuperſtites, *l.* 2. §. 4. *h. d. l.* 2 §. 5. *de Vacat.* non mortui, niſi in acie occubuerint. *d. pr. l.* 18. *h. l. ult. de Vacat. Gell.* 2. 15.

5. (2. Adminiſtratio Fiſci vel cujuſcunque, etiam privatæ rei; cura à Principe commiſſa. *v. l.* 22. §. 1. *l.* 30. *l.* 41. *D. l.* 10. *C. h. l. un. C. Ne tutor vect. cond. l.* 49. *D. Loc. cond. l. ult. C. Qui dar. tut. l.* 11. §. 2. *de Minor. l.* 8. §. 1. *de Vacat. l. pen.* §. 10. *de Jur. immun.* Adminiſtratio rerum ad civitatem pertinentium non excuſat. *l.* 15. §. 7. 10. *h. l.* 10. *ad Munic. l.* 16. *de V. S.*

6. (3. Abſentia Reipublicæ cauſâ. §. 2. *I. & l.* 41. §. 2. *D. h.* Hæc autem cauſa non modò à ſuſcipiendâ & ſuſceptâ tutelâ excuſat, ſed & reverſis, & ad novam tutelam vel curam vocatis, anni tribuit vacationem. *l.* 10. §. 1. 2. *D. & d.* §. 2. *I. h. t. Tit. C. Si tutor. vel curat. Reip. cauſa abfuerit.*

7. (4. Dignitas cum poteſtate conjuncta in Magiſtratibus majoribus. §. 3. *I. h.* non minoribus. *l.* 17. §. 4. *h.* Magiſtratus tamen municipales excuſantur. *l.* 6. §. 16. *h.* ſi actu ſint Magiſtratus. *l.* 23. *h.* licet tutores dari poſſint. *l. pen. Qui pet. tut. l.* 19. *in f. de Tut. & Cur.* Sola dignitas, ut olim Senatorum Romanorum,

non excuſat, niſi à tutela filiorum non Senatoris, non item à tutela liberorum ex collegâ defuncto relictorum. *l.* 15. §. 2. (ubi delenda eſt vocula *quam*, ut tollatur contradictio.) *&* *ſeqq.* *l.* 41. §. *ult. h.*

8. (5. Lis de omnibus bonis, vel maxima bonorum parte. *l.* 20. *&* *ſeq. h. t.* non alia levior. §. *ult. I. de Auct. tut.*

9. (6. Tria onera tutelæ vel curæ non adfectatæ. §. 5. *Inſt. l.* 2. §. *ult. l.* 3. *l.* 15. §. 15. *l.* 31. *D. h. l. un. C. Qui num. tut.* Quæ non ex numero pupillorum aut minorum, ſed ex diverſitate patrimoniorum & difficultate adminiſtrationis æſtimantur. *d.* §. 5. *l.* 3. *l.* 31. §. *ult. h. t.* ſufficitque ea periculo unius patrisfamilias, licet a diverſis perſonis, adminiſtrari. *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *h.*

10. (7. Magna paupertas. §. 6. *l. l.* 7. *l.* 40. §. 1. *h. l.* 6. *de Mun. & hon.* quis autem eſt pauper, potius eſt quæſtio facti quam juris, adeoque arbitratu Judicis eſt æſtimanda; nam quod in *l.* 10. *de Accuſ.* dicitur, pauperem eſſe, qui non habet 50. aureos in bonis, hoc ſingulare in accuſationibus publicorum criminum eſt. Alioquin tutori pauperi ſalarium ex bonis pupillaribus decerni poteſt, *l.* 33. §. *ult. de Admin. tut.* vel curator adjungi. *l.* 6. *C. de Suſp. tut.*

11. (8. Adverſa valetudo ſeu morbus ſonticus. §. 7. *I. l.* 10. *inf. l. pen.* §. *ult. h. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. Qui morbo ſe excuſant.* (x. 50.) *&* *l. un.* (v. 67.) Quid autem ſit morbus ſonticus vid. *in l.* 113. *de V. S. l. ult. de Ædil. edict. l.* 60. *de Re Jud.*

12. (9. Imperitia literarum, niſi tutela vel cura facilis ſit expeditionis, & tutor aut cura-

tor, qui litteras neſcit, negotiis gerendis par ſit. §. 8. *l. l. 6. §. ult. D. h.*

13. (10. Inimicitiæ capitales cum Patre pupilli aut minoris, vel cum ipſis minoribus aut pupillis. §. 11. *l. h. l.* 3. §. 12. *de Suſp. tut.*

14. (11. Datio propter inimicitias, ut teſtator hominem, infenſum ſibi, moleſtiis exponeret. §. 9. *l. l.* 6. §. 17. *D. h. l. un. C. Si propt. inim.* (x. 66.)

15. (12. Status controverſia à patre pupillorum tutori, vel à tutore pupillo mota. §. 12. *l. l.* 6. §. 18. *h.*

16. (13. Ætas 70. annis major. §. 13. *I. h. t. Cod. Qui ætate exc.* (v. 68.) *t. C. Qui ætat. vel prof.* (x. 49.) *l.* 3. *D. de Jur. Immun.* non obſtat *l.* 3. *C. de His qui ætate vel prof.* Hæc enim eſt accipienda de excuſatione a muneribus civilibus ſive Reipublicæ, veluti de Decurionatu, non autem de tutela & cura. *l.* 2. §. *ult. l.* 11. *de Decur. l.* 13. *C. eod.* & ſic non opus eſt cum Cujacio pro 50. leg. 70.

17. (14. Militia; quatenus Veterani, honeſte miſſi & ſacramento ſoluti, tutelæ delatæ, ſi velint, vacationem habent. *l.* 8. *h. t. Tit. C. de His qui non implet. ſtip.* (x. 54.) Milites armatæ militiæ, actu militantes, non tam excuſantur, quam potius, ſicut minores, ne volentes quidem ad tutelæ aut curæ geſtionem admittuntur. §. 14. *I. h. t. l.* 4. *C. Qui dar. tut. l.* 8. *C. de Legat. l.* 31. *C. Loc. cond.*

18. (15. Ob Studia liberalia & profeſſionem humanioris ſapientiæ, excuſantur Antecеſſores juris, *l.* 6. §. 12. *h. l.* 6. *C. de Prof. & Med.* Ut & JCti in conſilium Principis abhibiti. *l.* 11. §. 2. *de Minor. l.* 30. *h.* De Theologis, ſeu Cleri-

cis. v. *l.* 52. *C. de Ep. & Cler. Nov.* 123. *c.* 5. ſupra *tit. de Tutel. Theſ.* 6. Medici; ſi vel Profeſſores ſint, vel ægros curando medicinam actu exerceant. *l.* 6. §. 1. 6. *D. h. t. l.* 5. *C. de Profeſſ. & Med.* Philoſophi. *l.* 6. §. 5. 7. *h. l.* 2. §. 4. *de Vacat. & exc. mun.* Sophiſtæ. *l.* 6. §. 1. *h.* Grammatici, Rhetores, Oratores. §. 15. *I. l.* 6. *h. l.* 2. *l.* 6. *C. de Prof. & Med.* non Grammatiſtæ, qui prima litterarum rudimenta docent. *l.* 2. §. *ult. de Vacat. & Exc. l.* 11. §. *ult. de Mun. & hon.* non Muſici, *l.* 4. *C. de Excuſ. Mun.* (x. 47.) Sic enim Cujacius in *d. l.* 4. recte videtur interpretari *hydraulas* contra Accurſium, aliosque. vid ibi *Gothofr. Suet. in Ner.* 41. & 54. *Petron. in Satyr.* c. 36. nec Poëtæ. *l.* 3. *C. de Prof. & Med.*

19. Ut autem perſonis memoratis excuſationem tribuat litterarum profeſſio, neceſſe eſt (1. Ut in patriâ ſuâ has artes doceant. *d.* §. 15. *I. h. l.* 6. §. 9. *D. h.* cum verò Roma communis omnium patria ſit, *l.* 17. *de Stat. hom. d. l.* 6. §. 11. *l.* 33. *ad Munic. Sen. de Conſol. ad Helv. c.* 6. *Plin. H. Nat.* 3. *c.* 5. eâdem prærogativa gaudent, qui, licet alibî nati, Romæ docent. *d. l.* 6. §. 11. & 12. *l.* 9. *de Vacat. Mun.* Sive cum, ſive ſine ſalario doceant. *d. l.* 6. §. 11. (2. Ut intra numerum ſint. *d.* §. 15. *I. d. l.* 6. §. 4. *h. l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *C. de Prof. & Med. l.* 1. *D. de Decret. ab ord. fac.* (3. Ut decreto Ordinis, ſcilicet Collegii Decurionum, probati ſint. *d. l.* 6. *l.* 2. *l.* 5. *C. de Profeſſ. & Med. d. l.* 1. *D. de Decret. ab ord. faciend.* (4. Ut actu has artes exerceant, & bene ac ſedulò ſuo munere fungantur. *d. l.* 6. §. 4. 6. *d. l.* 2. & *l.* 8. *C. de Profeſſ. & Med.* (ubi pro *colluſione*

leg.

leg. *colluvione*) *l.* 11. §. 3. *de Mun. & hon.*

20. (16. Excuſat officium Menſorum frumentariorum. *l.* 26. *h. l.* 9. §. 1. *de Vacat. mun.*

21. (17. Athletarum, in ſacris certaminibus, virtute, non gratia, aut ſordibus parta, victoria. *l.* 6. §. 13. *h.* v. *l. un. C. de Athlet.*

22. (18. Exilium perpetuum. *l.* 28. §. *ult. l.* 29. *h.*

23. (19. Inquilini caſtrorum excuſantur, præterquam a tutelis eorum, qui & ipſi in eodem caſtro, eademque conditione ſunt. *l.* 17. §. *ult. h.* Hi ſunt, qui in caſtris, ſive cohortibus urbanis militant, nec unquam in expeditionem prodeunt. vid. *l.* 8. §. 9. *h. t. l.* 35. §. 4. *Ex quib. cauſ. maj. l.* 15. §. 3. *ad L. Jul. de Adult. Donell. Comm. Jur. Civ. lib.* 3. *cap.* 9. *pag.* 43. *n.* 10.

24. (20. Ingenuus libertino tutor datus excuſatur, ex oratione D. Marci. *l.* 1. §. 4. *l.* 44. *D. l.* 3. *C. h.*

25. (21. Quædam collegia, quibus id nominatim conceſſum eſt. *l.* 17. §. 2. 3. *h. l.* 41. §. *ult. d. l. pen. C. h.* Ita tamen, ut à tutela impuberum, ad idem corpus pertinentium, ſeu ex collegis genitorum, non excuſentur. *dd. ll.*

26. Atque hæ quidem cauſæ tutoribus cum curatoribus communes ſunt; illa in curatore ſpecialis eſt, quod qui tutelam alicujus geſſit, ejusdem curam gerere non compellatur. §. 18. *I. h. l.* 20. *C. h.* ratio eſt in *l.* 39. §. 2. *D. de Adm. tut. & l.* 20. *C. de Neg. geſt.* Maritus à cura uxoris non tam excuſatur, quam repellitur. §. *pen. I. h.* vide *lib.* 26. *tit.* 1. *in f.* ut & minores & milites. §. 13. 14. 19. *I. h.*

27. Cauſæ memoratæ excuſant, niſi quis ſe

 jam

jam immiſcuerit. *l.* 17. §. 5. *b. l.* 2. *C. Si tut. falſ. alleg.* quod ita ſe habet in tutoribus & curatoribus jure datis: nam qui tutores curatoresve eſſe nequeunt, aut excuſantur, aut removentur, etſi ſe immiſcuerint. §. 13. 14. *& pen. I. b. t.*

28. A tutelâ ac curâ, non modo delatâ, ſed & ſuſceptâ, excuſant cauſæ ſequentes. (1. Abſentia Reipublicæ causâ trans mare. *l.* 11. §. 2. *de Minor.* (2. Mutatio domicilii, juſſu ſeu reſcripto Principis facta. *l.* 12. §. 1. *b.* (3. Dignitas Senatoria, reſpectu tutelæ vel curæ in liberis, ex aliis, quam ex Senatore oriundis. *l.* 15. §. 2. *b.* (4. Ut & conſiliariorum Principis. *l.* 30. *b. d. l.* 11. §. 2. (5. Adverſa valetudo tutoris vel curatoris, cæci, ſurdi, muti, aut ſimili vitio laborantis. *l.* 10. §. *ult. l.* 11. *l.* 40. *b.*

29. His autem excuſationibus uti poſſunt cujuſcunque generis tutores, ſive teſtamento, ſive lege, ſive à magiſtratu dati. §. 16. *I. l.* 4. *l.* 5. *l.* 20. *l.* 30. §. 2. *D. b. l.* 3. §. 8. *D. l.* 1. *l.* 4. *C. de Leg. tut. l.* 9. *C. Qui dare tut.* Diſſ. alii.

30. Sed & pluribus excuſationibus, ſimul propoſitis & conteſtatis, uti quis poteſt. §. 16. *I. l.* 8. *l.* 21. §. 1. *l.* 13. §. 8. *b. l.* 43. *de R. J. l.* 3. *l.* 8. *de Except.* modo una ſaltem excuſationis cauſa ſit juſta & legitima & perfecta ac liquide probata, plures enim cauſæ imperfectæ & minus juſtæ non efficiunt cauſam unam perfectam, adeoque hic non locus eſt, quod dicitur, & quæ non proſunt ſingula, multa juvant. vid. *l.* 15. §. 11. *b. t. l.* 1. §. *ult. de Vacat. & excuſ. mun.*

31. Qui autem falſis excuſationum cauſis tutelæ vel curæ vacationem obtinuit, non excuſatur. *l.* 1. *l. ult. C. Si tut. falſ. alleg.* §. *ult. I. b.*

l. pen.

l. pen. C. Si contr. Jus vel util. publ. l. ult. C. de Div. Reſcr. Aliud juris eſt in cauſa falſa manumiſſionis ex lege Ælia Sententia, vid. §. 7. *Inſt. Qui & quib. cauſ. manum. poſſ.*

32. Modus proponendæ excuſationis eſt, ut tutor vel curator, ſi quam putat ſe habere juſtam excuſationis cauſam, eam intra præſtituta tempora proponat, probetque magiſtratui, qui ſi eam rejecerit, tum demum à rejectione, non à datione appellet. §. 16. *b.* ibique Vinn. *l.* 1. §. 1. *Quando app. l.* 13. *pr. &* §. 1. 6. *b.* quo ſenſu accipiendæ *l.* 4. *b. l.* 39. §. 6. *de Adm. tut. l.* 2. *& pen. d. tut. & cur. dat. l.* 17. §. 1. *de Appell.* Quod eſt ſingulare, cum in aliis muneribus cauſæ immunitatis non, niſi interpoſitâ appellatione, allegentur. *l.* 1. §. 1. 2. *Quando app.*

33. Sed & excuſatio non per libellum, ſeu de plano & citra cauſæ cognitionem, ſed pro tribunali fieri poteſt & debet. *l.* 25. *b. l.* 9. §. 1. *de Off. Proc. l.* 71. *de Reg. jur.* licet, ſubmovendæ præſcriptionis cauſâ, per libellum conteſtari poſſit. *l.* 13. §. 10. *b.*

34. Abſentem autem tutorem per procuratorem excuſari poſſe, verius eſt. *l.* 19. *C. de Adm. tut.* arg. *l.* 5. *D. de Tut. & Cur. dat.*

35. Tempus proponendæ excuſationi præſtitutum, eſt 50. dierum continuorum; §. 16. *I. l.* 13. §. 1. *& ſeqq. D. b.* Scilicet quando quæſtio eſt de tutore vel curatore excuſando a tutela vel cura ſuſcipienda; nam allegationes & probationes cauſarum poſtea ſupervenientium, quæ excuſant a tutela vel cura jam ſuſcepta, nunquam præſcribuntur. vid. ſupr. *th.* 28. & *Voet. ad b. t. n.* 2. Qui tamen non cedunt, niſi ex quo quis cognoverit, ſe tutorem aut curatorem

rem eſſe datum. *d.* §. 16. *l.* 13. §. 9. *D. l.* 6. *C. h.* Peragendo toti negotio præſtituti ſunt quatuor menſes continui, ex die nominationis computandi. *l.* 38. *h.*

36. Atque hoc ita, ſi tutor, vel curator in eadem civitate, vel intra centeſimum lapidem ſit ab eo loco, ubi datus eſt; ſin ultra, dantur in ſingula 20. milliaria ſinguli dies, & inſuper dies 30. quorum tamen omnium ita ſubducenda ratio eſt, ut tutor vel curator, ſi ultra centeſimum lapidem abſit, non pauciores, quam quinquaginta dies habeat, *d.* §. 16. *l. l.* 13. §. 1. *& ſeqq. h.*

37. Tritum autem & pervulgatum eſt, Veteres lapidibus, ſive columnis lapideis, ſpatiorum ſigna inſcripta habentibus, milliaria, ſive mille paſſus, & locorum ſpatia fuiſſe dimenſos, & lapidem pro milliario, ſive mille paſſibus accipi. *l.* 1. §. 4. *de Off. Præf. Urb. l.* 21. §. 2. 3. *h.* ubi *Gothofr.* v. *Quintil. Inſt. Orat.* 4. *c. ult. Briſſon. Select. Antiq. lib.* 4. *c.* 8. paſſus hic intelligendi ſunt geometrici, ſive quinque pedum, quatuor millia paſſuum conficiunt milliare germanicum; vid. *Cluver. Geogr. l.* 1. *c.* 9.

38. Quæ dinumeratio non à decantato illo milliario aureo, ſive aurata columna in capite Fori Romani ad ædem Saturni poſita, ut plerique omnes exiſtimant, ſed a porta, ex qua, vel in quam iter faciebant, vel à continentibus ædificiis inſtituta fuit; id quod diſſentientes vel ſola *Lex* 154. *de V. S.* docere poteſt.

TIT.

TIT. II.

Ubi pupillus educari, vel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis.

Cod. 5. 49. 50.

1. Ubi pupillus morari atque educari debeat, cauſâ cognita, Magiſtratus ſtatuit. *l.* 1. *l.* 5. *h. t.*

2. Ita tamen, ut ei, quem pater deſignavit, plerumque committenda ſit educatio, niſi is ſuſpectus ſit. *d. l.* 1. §. 1. *d. l.* 5. *l.* 8. *& ſeq. de Confirm. tut. l.* 22. *ad L. Jul. de Adult. l.* 7. *de Ann. Leg.*

3. Vel matri. *l.* 1. *C. h. Nov.* 22. *c.* 38. *l.* 11. *C. Commutr. jud.* niſi ſecundas nuptias contraxerit, *l.* 1. *C. h. d. Nov.* 22. *c.* 38. aut inhoneſte vivat, arg. *l.* 5. *h.*

4. Non temere apud ſubſtitutos, ob metum inſidiarum, *l.* 1. §. 1. *D. l.* 1. *l.* 2. *C. h. Juven. Sat.* 6. *verſ.* 629. *& ſeq.* quibus, in maturanda pupillorum morte, fere infames erant ſecundi heredes. v. §. 3. *I. de Pup. ſubſt. l.* 39. *de Pœn. Suet. in Galbâ c.* 9.

5. Alimentorum quantitas Magiſtratus arbitrio, pro modo facultatum & dignitate natalium, definienda, augenda, minuendave eſt. *l.* 2. §. *ult. l.* 3. *pr.* §. 1. *ult. h.* ubi pro *ſit.* leg. *ſic.* potius quam *ita*, ut vult Charondas, ut levior ſit mutatio. Curandum tamen eſt, ut ſi fieri poſſit ſemper aliquid ex re ſuperſit, ne merganturpupilli, *l.* 3. *C. de Contr. tut. act.* Quandoque etiam decernendæ ſunt mercedes, ut liberalibus artibus inſtituantur pupilli, imo & pu-

pillæ. *l.* 3. §. *pen. l.* 4. *h. t. l. ult. C. de Alim. pup. præſt. l.* 12. §. *pen. de Admin. tutor.*

6. Quid juris ſit, ſi tutor, ne alimenta pupillo decernantur, deliteſcat, vel præſens ei alimenta competere per mendacium negét, vide in §. 9. 10. *I. l.* 3. §. 14. *l.* 7. §. 2. *D. de Suſp. tut. l. ult. h. t. l.* 7. §. 8. *de Admin. tut.*

TIT. III.

De Tutelæ & Rationibus diſtrahendis, & Utili, curationis causâ, actione.

Cod. 5. 51.

1. Ex quaſi contractu, & adminiſtratione Tutelæ datur actio tutelæ directa & contraria. §. 2. *I. de Obl. quæ quaſi ex contr. naſc.*

2. Actio tutelæ directa eſt Civilis, perſonalis, bonæ fidei, competens finitâ quovis modo tutelâ, ſaltem in perſonâ tutoris. *l.* 4. *h. l.* 9. *pr.* & §. 1. 2. 3. 4. *l.* 18. *h. t. l.* 1. §. 3. *de Contr. tut. act. l.* 4. §. 5. *Rem pup. Salvam fore.* pupillo, ejusque heredi, contra tutorem, ejusque heredem. *l.* 1. §. 16. *h. t. D. de Fid.* & *her. tut.*

3. Ad id (1. Ut reddat rationem adminiſtrationis, geſtique & non geſti. *l.* 1. *h. l.* 1. *l.* 2. *C. Si tut. vel cur. non geſſ. l.* 7. *l.* 9. *C. Arb. tut.* idque in loco, ubi adminiſtrationi præfuit. *l.* 1. *l.* 2. *C. Ubi de ratiocin. l.* 5. *C. Arbit. tut.*

4. (2. Ut reſarciat damnum dolo, latâ, levique culpâ datum. *l.* 23. *de R. J. d. l.* 7. *l.* 1. *l.* 18. *h. l.* 23. *C. de Adm. tut. l.* 3. *C. de Per. tut.*

5. (3. Ut reliqua ſolvat. *l.* 9. *l.* 20. §. 1. (ubi pro *conciderct* leg. *concederet.*) *l.* 28. §. 4. *de Liber. leg. l.* 69. §. 4. *de Evict.* Quanquam pater pu-

pupilli, vel ipſe pupillus poſt pubertatem, ſive minor in teſtamento, vel aliter, ei rationum reddendarum gratiam fecerit. *l. 5. §. 9. de Admin. tut. d. l. 20. §. 1. l. 28. §. 3. 4. l. ult. §. 1. 2. de Lib. leg.*

6. (4. Ut & ad uſuras reliquorum, ſi tutor vel moram in gerendo, aut ſuſpectis poſtulandis contutoribus fecerit, *l. 7. §. pen. & ult. l. 28. §. 1. de Admin. tut. l. 2. C. de Uſur. Pup.* vel pecuniam pupillarem in ſuum emolumentum averterit. *l. 7. §. 4. 10. l. 47. §. 6. l. 54. de Admin. tut.*

7. Cæterum tutelæ actio generalis eſt, multasque ſpecies complectitur. *l. 38. Pro ſoc.* Unde ſemel inſtituta & finita, ob cauſam omiſſam, repeti poteſt. *l. 2. C. de Judic. l. 29. §. 1. de Minor.*

8. Ad exemplum actionis directæ, datur minori, in eundem finem, utilis curationis cauſâ actio. *l. 20. §. 1. h. l. 17. C. de Neg. geſt.* quæ & utilis negotiorum geſtorum actio dicitur in *l. 7. C. Arbit. tut.* quæ ad id, ut reddantur rationes adminiſtrationis, non niſi finitâ curâ locum habet *l. 2. l. 14. C. de Admin. tut.* certæ vero rei vel cauſæ nomine, etiam durante curatione. *l. 4. §. ult. l. 16. §. ult. h. t. l. 26. de Admin. tut. l. 4. §. 4. Rem pup. ſalv.*

9. Actio de rationibus diſtrahendis eſt pœnalis ex delicto, mixta, in duplum, competens finitâ tutelâ, pupillo, ejusque heredibus, contra tutorem, qui pecuniam pupilli ſurripuit, rationesque turbavit, non contra ejus heredes, niſi ex dolo defuncti locupletiores factos. *l. 1. §. 19. & ſeqq. l. 23. & ult. l. 2. §. ult. h. t.*

10. Concurrit hæc actio cum aliis, ita ne bis

idem

idem petatur. *l.* 47. *de R. J.* Quare ſimul cum actione furti, Legis Aquiliæ, & ſimilibus inſtitui poteſt. *l.* 1. §. 22. *l.* 2. §. 1. *b. l.* 55. §. 1. *de Admin. tut.* Cum actione tutelæ ita concurrit, ut, ſi per eam res ipſa petita ſit, hæc nihilominus detur ad pœnam. *l.* 1. §. 21. *b.* arg. *l.* 7. §. 1. *de Cond. furt. l.* 7. §. 1. *Commod.*

11. Cum autem tutela, vel ab uno, vel à pluribus, iisque ſingulis ſeparatim, vel à pluribus pro indiviſo adminiſtretur, diſtinguendum eſt, utrum unus, an plures ſint tutores. Si unus tantum, is prior & ſolus convenitur, poſt eum fidejuſſores dati, actione ex ſtipulatu, denique magiſtratus minores actione ſubſidiaria. Si plures dati ſint, aut unus geſſit, aut omnes; ſi unus, is ſolus ante alios, ordinis beneficio tutos, convenitur, ut & heredes ejus, *l. ult. C. de Divid. Tut. l.* 6. *C. Arbitr. tut.*

12. Si omnes geſſerint, diſtinguendum, an æqualiter & indiviſâ tutelâ, an pro diverſis, diviſisque partibus adminiſtraverint.

13. Primo caſu, ſinguli ſummo jure tenentur in ſolidum, ſed ex æquo & bono, exemplo fidejuſſorum, gaudent beneficio diviſionis, ſi vel ceteri ſolvendo ſint, vel culpâ aut morâ quondam pupilli aut minoris, ſolvendo eſſe deſierint. *l.* 1. §. 11. *b. l.* 1. *C. de Divid. tut. l. ult. Rem. pup. ſalv.*

14. Ita tamen ut Prætor vel in ſingulos pro parte, vel contra unum in ſolidum, cum exceptione cedendæ actionis, contra contutores concedere poſſit actionem, quo ſenſu accipiendæ *l.* 2. *pr. C. de Divid. tut. l.* 6. *in f. Arbitr. tut. l.* 2. *C. de Contr. tut. Jud.*

15. Quâ exceptione omiſſâ, utilis nihilominus

nus tutori, in ſolidum condemnato, contra contutores competit actio, ſive tutelæ, ſive negotiorum geſtorum. *d. l.* 2. *C. de Contr. jud. tut. l.* 1. §. 13. *h. t. l.* 30. *de Neg. geſt.*

16. Quod ſi tutela diviſa per partes ſit adminiſtrata, diſtinguendum, an ab ipſis tutoribus privatâ auctoritate facta ſit adminiſtrationis diviſio, quo caſu periculum nihilominus commune eſt, *l.* 2. *in f. C. de Divid. tut. l.* 38. *de Pact. l. ult. de Tutel. l.* 1. §. 9. *de Magiſtr. conv.* an Magiſtratus vel teſtatoris juſſu, quo caſu ſinguli pro partibus à ſe, non ab alio, adminiſtratis, tenentur & conveniri poſſunt; niſi collegas ſuſpectos poſtulare ſuperſederint: tum enim ipſi in pœnam neglectæ accuſationis, poſt adminiſtratorem prius excuſſum, ante Magiſtratus tenentur. §. 2. *I. de Satisd. tut.* arg. *l.* 2. *C. de Divid. tut. l.* 7. §. *pen. l.* 51. *de Admin. tut.*

17. Quod ſi abſque hac in poſtulandis contutoribus negligentiâ fuerit, poſt ſuſpectum ipſum ſine aliorum tutorum periculo, in ſubſidium conveniuntur Magiſtratus *l.* 1. §. 15. *h.* ubi ſtandum videtur emendationi Cujacii, expungenti particulam, *non*, in fine.

18. Cæterum ſi plures tutores, eorumve heredes ſimul ſint conveniendi, omnes ad eundem judicem vocandos eſſe, ratio continentiæ cauſarum, & favor pupillaris, & expreſſa juris auctoritas volunt. *l.* 5. *C. Arbitr. tut. l.* 2. *de Quib. reb. ad eund. jud. l.* 10. *C. de Jud. l. ult. in f. Rem pup. ſalv. fore.*

TIT.

TIT. IV.

De Contraria Tutelæ & Utili actione.

Cod. 5. 58.

1. Contraria tutelæ actio eſt Prætoria, perſonalis, rei perſecutoria, bonæ fidei, competens, finitâ tutelâ, tutori, contra pupillum. *l. 1. pr. & §. 3. h. §. 28. de Act.*

2. Item heredi & contra heredem. *l. 3. §. ult. D. l. ult C. h.*

3. Ad id quod tutori, ratione adminiſtrationis, abeſt, vel abfuturum eſt, etiamſi directa à pupillo non fuerit mota. *d. l. 1. §. ult. l. 17. §. 1. Commod.*

4. Adeoque ſi vel impenderit quid in rem pupilli, vel ſe ſuasve res pro pupillo obligaverit tutor, conſequitur hac actione, tum ut ab obligationibus liberetur, tum impenſas. *§. 2. I. de Obl. quæ quaſ. ex contr. d. l. 1. pr. & §. 45. l. ult. D. l. ult. C. h.* (etiamſi impenſis utiliter adhibitis non reſponderit eventus. *l. 3. §. 7. h. l. 10. §. 1. de Neg. geſt.*) ſive tempore adminiſtrationis, ſive ante, ſive poſt tutelam, ex cauſis ad eam attinentibus, in rem pupilli verſas. *l. 3. §. 8. h. l. 13. de Tut. & rat. diſtr. l. 5. §. 5. l. 37. §. 1. de Admin. tut.*

5. Quin & ad impenſarum uſuras, niſi eas ipſe ex pecunia pupillari conſequi potuerit. *l. 37. de Uſur. l. 3. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. h.*

6. Denique aliquando ad cedendas actiones contra contutores. *l. 1. §. 13. 14. de Tut. & rat. diſtr.* quanquam etiam ſine ceſſione actiones utiles habeat. *d. l. 1. §. 13. l. 2. C. h.*

7. Ad-

7. Atque hæc quoque in actione utili, protutoribus, & curatoribus, exemplo hujus contrariæ, competente, locum habent. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *C. Arbitr. tut.* arg. *l.* 8. §. 1. *de Reb. eor. qui ſub. tut. l.* 19. §. 1. & *ſeqq. de Reb. auct. judic. poſſid. l.* 1. §. 1. 2. *h. t.*

TIT. V.

De Eo, qui pro Tutore, vel Curatore negotia geſſit. Cod. 5. 45.

1. Si quis pro tutore negotia pupilli adminiſtraverit, locus eſt actioni protutelæ directæ & contrariæ. *l.* 1. *pr.* junct. *l. ult. h.*

2. Pro tutore autem negotia gerit, qui, cum non ſit tutor, munere tutoris fungitur, ſive ſe putet tutorem, ſive cum ſciret, ſe non eſſe tutorem, ſibi tamen perſonam tutoris ſumpſit. *d. l.* 1. §. 1. 7. *h.*

3. Actio protutelæ directa competit pupillo, ſive finitâ, ſive durante adminiſtratione. *l.* 1. §. 3. *h. l.* 26. *de Admin. tut.* Ratio eſt, quia non eſt verus tutor. *l. ult. de Interd. matr.*

4. Contra protutorem, ut reddat rationem eorum, quæ geſſit, & quæ, poſtquam ea attigiſſet, gerere deſiit; non eorum, quæ omnino non attrectavit; niſi, ſe tutelæ miſcendo, aliis ea gerendi occaſionem præripuerit. *d. l.* 1. §. *ult.*

5. Datur & contra mulieres, quæ res pupillares adminiſtrarunt. *l.* 1. *C. h.* Ratio eſt, quia mulier non potuit inſtituere. *l. ult. C. de R. J. l.* 2. *de Tutel.* contra matrem & aviam, quæ legitimam tutelam liberorum geſſerunt, datur directe-

recta actio tutelæ: *l.* 2. *C. Quand. mul. tut. off. fung. pot.* ſupr. *tit. de Legit. tutor. th.* 7.

6. In eundem fere finem competit negotiorum geſtorum actio: *l.* 4. *C. Qui dare tut.* Quæ licet revera ab hac actione differat, *l. pen. D. de Tut. & rat. diſtr. l.* 1. §. 6. *h.* eſt tamen ejus veluti adjectitia qualitas. *l.* 7. *C. Arbitr. tut.*

7. Contraria competit protutori contra pupillum, ad conſequendam indemnitatem. *l. ult. h. l.* 1. §. 1. *Tit. præced.*

8. Cum autem is, qui pro tutore negotia gerit, non ſit tutor; *l.* 1. §. 3. *h.* conſequitur, qualemcumque alienationem ab eo factam nullius eſſe momenti. *l.* 2. *h. l.* 4. §. 24. *de Dol. Exc. l.* 8. *pr. de Reb. eor.* etiam rerum immobilium, decreto Magiſtratus factam, & mobilium etiam non pretioſarum; vid. infr. *tit. de Reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt non alien.*

TIT. VI.

Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicetur.

1. Qui ſciens ſe tutorem non eſſe, pupillo per dolum auctor fit, tenetur actione in factum; tum ipſi pupillo, ſi inde læſus eſt, tum ei, qui cum pupillo contraxit, ad id quod actoris intereſt. *l.* 1. *pr. l.* 7. *pr.* & §. 2. *h.*

2. Competit & contra eum, qui dolo malo id egit, ut alius ſe tutorem crederet, & auctoritatem interponeret. *l.* 9. *h.*

3. Datur & heredibus ejus, qui falſo tutore auctore cum pupillo contraxit, non contra heredes; nec poſt annum. *l.* 9. §. 1. *h.* Ratio eſt, quia

quia hæc actio eſt rei perſecutoria a parte actoris, ſed pœnalis a parte rei, licet non pœnam, ſed tantum id quod intereſt, proſequatur. *l.* 7. §. 2. *h.t.*; habetur tamen pro pœnali, quia Prætor eam odio falſi tutoris introduxit.

4. Præter hanc actionem datur quoque reſtitutio in integrum ei, qui bonâ fide, & probabili errore, cum falſo tutore contraxit. *l.* 1. §. *ult. h.* Hæc duo ſingularia ſunt obſervanda. (1 Quod detur reſtitutio, cum læſus habeat remedium ordinarium, ſcilicet actionem ex hoc edicto. *l.* 16. *pr. de Minor. tit. de in integr. reſt. th.* 4. (2. Quod detur reſtitutio ex cauſa juſti erroris, cum regulariter non eſt cauſa reſtitutionis. vid. *tit. de in integr. reſt. th. ult.*

5. Ceſſat utrumque remedium. (1. Si contrahens falſum tutorem eſſe ſciverit. *l.* 4. *h.* vel major ſciens, juſſu Prætoris, cum falſo tutore contraxerit. *l.* 5. *h. l.* 14. §. 1. *de Rel. l.* 11. *de Acq. poſſ. l.* 199. *de R. J.* (2. Si ex duobus tutoribus, qui auctores ſunt facti, alter falſus, alter verus fuerit. *l.* 1. §. 3. *h.* (3. In caſu *legis* 7. §. 1. *h. t.* ſcilicet ſi falſus tutor metu compulſus auctoritatem interpoſuerit. Hodie vix eſt, ut dentur protutores, vel falſi tutores, quia hodie nemo munus tutelæ ſuſcipere poteſt, niſi ex decreto Magiſtratus.

TIT. VII.

De Fidejuſſoribus, & Nominatoribus, & Heredibus Tutorum & Curatorum.

Cod. 5. 54. 57.

1. Poſt Tutores & Curatores excuſſos, tenentur & Fidejuſſores actione ex ſtipulatu, non modo ſi, ſtipulatione interpoſitâ, intercesſerint, ſed & ſi nomina ſua in Acta publica referri paſſi fuerint. *l.* 4. §. *ult. h.*

2. Tenentur autem ſinguli in ſolidum, ſi ab uno tutore dati ſint; *l. ult. in f. Rem. pup. ſalv.* gaudent beneficio diviſionis, ſi à pluribus. *l. 6. h.*

3. Exemplo fidejuſſorum, tenentur & nominatores & affirmatores. *l.* 4. §. *ult. h. l.* 4. *l.* 5. *C. de Magiſtr. conven.*

4. Actionem tutelæ, utpote rei perſecutoriam, contra heredes quoque tutorum dari, tralatitium eſt. §. 1. *I. de Perpet. & temp. act.*

5. Ex proprio quidem dolo, & latâ, non levi culpâ heredes tutorum tenentur. *l.* 1. *l.* 4. *pr.* & §. 1. *h. l.* 4. *de Magiſtr. conv. l.* 17. *C. de Neg. geſt.* Ratio eſt, quia heredes tutoris non ſunt tutores, adeoque tanquam tutores non poſſunt teneri de propria culpa levi. *l.* 16. *de Tutel.*

6. De dolo, latâque culpâ, ab ipſo tutore admiſsâ, heres, ſecundum communem regulam tenetur in ſolidum, *l.* 12. *l.* 49. *de O. & A. l.* 7. §. 1. *Depoſ. l.* 152. §. *ult. l.* 157. §. *ult. de R. J. d. l.* 17. Diſſent. *Voet. ad h. t.* Non obſtat *l. ult.* §. 1. *h. t.* nec *l.* 44. *de R. J.* neque §. 1. *Inſt. de Perp. & temp. act.* licet nec lis cum defuncto ſit

ſit conteſtata, nec quidquam ad heredem pervenerit. *dd. ll.*

7. A quâ tamen regulâ conſtitutionibus Principum partim receſſum videtur, & aliquid ex juris rigore laxatum, quatenus quandoque juſtæ heredum ignorantiæ venia datur. v. *l. ult.* §. 1. *D. h. l. pen. C. de In lit. jur. l.* 1. *C. de Hered. tut.* ubi cum Cujacio pro *non latæ culpæ*, expunctâ voculâ *non*, legendum videtur *latæ culpæ.*; quâ emendatione etiam indiget *l.* 2. *C. de Magiſt. conven.*

8. Ut autem heredes tutoris tenentur de dolo ejus, & culpâ latâ, ita multò magis tenentur de ejusdem culpâ levi, arg. *l.* 2. §. 2. *de V. O. l.* 12. *C. de Arb. tut. l.* 4. §. 1. *D. l. ult. C. h. t.*

TIT. VIII.

De Magiſtratibus conveniendis.
Cod. 5. 75.

1. Tandem, poſt excuſſos tutores, eorumque heredes & fidejuſſores, tanquam ultimum refugium, & ſacra anchora, datur actio Subſidiaria contra Magiſtratus minores, non autem majores, qui durante officio nec conveniri, nec alios convenire poſſunt. *l.* 2. *de In jus voc. l.* 48. *de Judic. l.* 1. §. 15. *de Tut. & rat. diſtr. l.* 4. *C. h.*; quæ nihil aliud eſt, quam utilis actio tutelæ. *l.* 1. §. *pen. l. ult. h. l.* 5. *C. h. l.* 5. *D. de Confirm. tut.*

2. Competit pupillo, ejusque heredibus. *l.* 1. §. 4. *h.* non contutori, qui, ob inopiam contutoris, à magiſtratu dati, in ſolidum conventus, & condemnatus eſt; niſi nullam culpam

aut negligentiam admiſerit in exigendâ à contutore cautione, vel in eo ſuſpecto poſtulando: eo enim in caſu ex æquitate ei actio contra Magiſtratum datur. *l.* 2. *in f. l.* 3. *h. l.* 1. §. 15. *de Tut. & rat. diſt.*

3. Datur autem contra Magiſtratus non majores, ut Prætorem, Præfectum urbi, Præſidem, ſed minores, ut Magiſtratus Municipales, ſeu Duumviros in Provinciis. Item Scribas & Actuarios Præſidis aut Prætoris. *l. ult. C. h. t.* aliosque, qui ſatisdationem exigere ſolent. §. *ult. I. de Satisd. tut. l.* 1. §. 8. *D. h.*

4. Quanquam enim & ipſos Magiſtratus majores ſatisdationem exigere potuiſſe, verius eſt, *l.* 2. *l.* 3. *Rem pup. ſalv.* propter eminentiam tamen dignitatis, actio ſubſidiaria contra eos non datur.

5. Competit ob culpam Magiſtratuum, qui vel nullam, vel parum idoneam ſatisdationem exegerunt. *l.* 1. §. *ult. h. t.* §. 2. *& ult. I. de Satisd. tut. l.* 6. *Qui ſatisd. cog.* Ut & ſi moniti vel nullos tutores, vel non idoneos dederint, aut Præſidi eligendos nominaverint. *l.* 1. §. 3. 6. 8. 13. *h. l.* 3. *C. h. t. l.* 2. §. 5. *ad Munic.*

6. Si initio idonei tutores, vel fidejuſſores dati nominative, poſtea facti fuerint non ſolvendo, non poſſunt eo nomine conveniri Magiſtratus. *l.* 1. §. 11. 12. *h.* ita tamen, ut ejus diligentiæ & accurationis probatio ipſis incumbat Magiſtratibus. *l.* 1. §. 13. *h.*

7. Si plures Magiſtratus dolo fecerint, quo minus pupillo caveretur, omnes tenentur in ſolidum; etiamſi inter eos convenerit, ut unus periculum ſuſcipiat. Ratio eſt in *l.* 38. *de Pact.* ſin verò culpâ, contra ſingulos pro parte.

te. *l.* 1. §. 9. *l.* 7. *h. t. l.* 3. *C. h. t.*

8. Non datur contra Magiſtratuum fidejuſſores. *l.* 1. *pr. h.* Pater tamen tenetur de peculio, ſi filiusfamilias Duumvir non curaverit caveri, rem pupilli ſalvam fore. *l.* 1. §. *ult. h. l.* 3. §. *ult. de Pecul.* idque indiſtincte, ſive pater ſciverit filium hoc officio fungi, ſive non. *l.* 7. *de Tut. l.* 21. *de Adm. tut.* ſi pro filiofamilias fidejuſſerit, tenetur in ſolidum. *l.* 2. *ad Munic. l.* 1. *C. Quod cum eo qui in al. pot.* Si pater prohibuerit, ſive petierit, ne filio officium committeretur, nullo modo tenetur, ne quidem de peculio *l.* 3. *C. Ne fil. pro patr.* Quæ leges ſub hac diſtinctione ſunt conciliandæ.

9. Contra heredes Magiſtratuum competit non modo ex dolo & latâ, ſed & ex levi culpa ipſorum Magiſtratuum. *l.* 4. *D. h.* pariter ut actio tutelæ contra heredes tutorum. Diſſ. alit. v. *tit. præced. theſ.* 5. 6. 7.

10. Competit ad id, quod pupillus à tutoribus, eorumque fidejuſſoribus, conſequi non potuit, eodem effectu, quo actio tutelæ ordinaria. *l. ult. D. h.*

11. Nec tamen pupillus tacitam habet hypothecam in bonis Magiſtratuum. *l.* 1. §. 14. *h.* niſi ſit illuſtris aut clariſſimus. *l.* 1. *in f. C. de Tut. & Curat. Illuſtr, & Clariſſ. perſonar.* Hodie contra Magiſtratus non datur actio ſubſidiaria, ne conſtet de dolo eorum in dandis tutoribus vel admittendis fidejuſſoribus minus idoneis commiſſo.

TIT. IX.

De Rebus eorum, qui ſub tutelâ vel curâ ſunt, non alienandis, vel ſupponendis;

Cod. 5. 71.

1. Etiamſi tutores & curatores, quantum ad providentiam pupillarem attinet, dominorum loco habeantur. *l. 27. D. de Admin. tut. l. 56. §. 4. de Furt. l. 7. §. 3. Pro Emt. l. 157. de R. J. Epiſt. ad Galat. c. 4. v. 1.* adeoque res pupillorum & minorum, olim etiam citra decretum, alienare potuerint; *l. 20. de Auct. tut. l. 11. §. 5. l. 47. §. 1. de Minor.*

2. Ut tamen pleniſſime minorum ſecuritati conſuleretur, ſummâ ratione deinde placuit, ne liceat tutoribus & curatoribus bona immobilia, vel mobilia, quæ ſervando ſervari poſſunt, vel incorporalia minorum, citra decretum, alienare. *l. 1. pr. §. 1. 2. l. 3. §. 4. 5. l. pen. h. l. 22. C. de Admin. tut.*

3. Ita ut, præter venditionem, prohibeatur & in ſolutum datio; *l. 15. C. h.* pignoris & hypothecæ nexus, *l. 1. §. ult. l. 2. h.* ſervitutis impoſitio, emphyteuſis, aut uſusfructus conſtitutio, ut & remiſſio, *l. 3. §. pen. & ult. D. l. 4. C. h.* donatio, tranſactio, *l. ult. C. Si major fact. alienat. rat. hab. d. l. 4.* hereditatis, legati, vel fideicommiſſi repudiatio. *l. 5. §. 8. h.* Supr. *tit. de Adm. tut. th. 8.* Infr. *tit. Quæ in fraud. cred. th. 6. Voet. ad h. t. n. 3. in fin.*

4. Quæ regula fallit, ſi alienatio, aut obligatio, interpoſito decreto Magiſtratus, fuerit facta. *l. 2. §. 2. de Off. ejus cui mand. jur.*

5. Quæ

5. Quæ decreti interpoſitio non niſi cauſâ cognitâ fieri poteſt. *l.* 11. *D. l.* 6. *l.* 11. *l.* 12. *l. ult. C. h.* Sed & decretum præcedere alienationem debet, *l.* 5. §. 9. *h.* & à Magiſtratu loci, ubi tutela vel cura geritur, vel ubi res ſita eſt, interponi. *l.* 5. §. 12. *h. l.* 7. §. 1. *in f. D. l.* 16. *C. h.*

6 Decreti, rectè interpoſiti, effectus eſt, quod res pupillorum & minorum alienari poſſint, ſive ex cauſâ æris alieni, ſcilicet, ſi creditores urgeant, vel modus uſurarum æs alienum ſolvendum ſuadeat; *Voet. ad h. t. n.* 7 *l.* 1. §. 2. *l.* 5. §. 9. 14. *h. l.* 47. *de Minor.* ſive ex cauſâ dotis, *l.* 4. *l.* 8. *C. h. t. l. ult. C. Si maj. fact. alien. rat. hab.* quæ leges ad dotem minoribus puellis conſtituendam videntur requirere decretum. In *l.* 62. *D. de Jur. dot. l.* 9. §. 1. *de Minor. l unic. C. Si adv. dot.* nulla fit mentio decreti, ſed diſtinguendum eſt, an maritus ipſa rerum corpora velit in dotem accipere, quo caſu non opus eſt decreto, an ea vendidit, & pecuniam inde redactam habere maluit, quo caſu requiritur decretum. *l.* 6. §. 1. *de Jur. dot. Wiſſenb. ad h. t. th* 19. aut donationis propter nuptias, aliâque juſtâ & probabili. *l.* 22. *C. de Admin. tut. l.* 61. §. 1. *de Jur. dot.* Non obſtat *l.* 12. *C. h. t.* quæ videtur diſtractionem permittere ex ſola cauſa æris alieni; nam particula *tantum* ibi eſt referenda ad verba ſequentia, *cauſa cognita:* adeoque ponendum eſt comma poſt verba, *æs alienum: l.* 11. *h. t.* Non obſtat huic reſponſioni *l. ult. C. h. t.* nam ibi vocula, *duntaxàt*, tanquam abundans & ſuppoſititia delenda eſt, pariter ut in *l. ult.* §. 5. *verſ.* filiu autem *C. de Bon. quæ lib. & l.* 3. §. 1. junct. § 4. *D. de Inj. rupt. teſt.*

 7. Alie-

7. Alienatio vel obligatio, ſine decreto facta, adeo ipſo jure nullius momenti eſt, ut pupillus vel minor res alienatas à quovis poſſeſſore vindicare poſſit, reſtituto tamen cum uſuris pretio, quatenus in rem ejus verſum eſt. *l. pen. D. l.* 10. *l.* 14. *l.* 16. *C. b. l.* 1. *C. Si major fact. alien. rat. hab.*

8. Idem juris eſt, ſi Prætor, per obreptionem, in alienationem conſenſerit. *l.* 1. §. 2. *l.* 5. §. *pen. h.* aut per falſas allegationes. *l.* 5. *C. h. t.*

9. Si res pupilli vel adoleſcentis, quam lex diſtrahi non prohibet, damno ejus vendita fuerit, diſtractio per in integrum reſtitutionem reſcindi poteſt. *l. pen. D. de Minor. l.* 1. *l.* 2. *C. h. t.*

10. Quod ſi, interpoſito Magiſtratus decreto, ſe læſum probet pupillus vel minor, nihilominus per reſtitutionem in integrum ei ſuccurritur. *l.* 11. *in f. C. h. l.* 2. *C. de Fidej. min.* Non obſtat *l.* 7. §. 2. *de Minor.*

11. Exceptis nonnullis caſibus, quibus alienatio, ſine decreto facta, vel ex poſt facto convaleſcit, vel ab initio rata eſt.

12. Convaleſcit, ſi minor, poſt ætatem 25. annis majorem, alienationem ratam habuerit, ſive expreſſe, ſive tacite, per lapſum quinquennii in onerofis, *l.* 1. *l.* 2. *l. ult. C. Si maj. fact. alien. rat. hab. l.* 6. *C. Arbit. tut.* decennii vero inter præſentes, vicennii inter abſentes, in lucrativis titulis. *d. l. ult. C. Si maj. fact.* quanquam reſtitutio in integrum contra negotia ſummo Jure valida petenda eſt intra quadriennium continuum. *l. ult. C. de Temp. reſt. in integr.* Ratio differentiæ eſt, quia in *d. l. ult.* agitur de negotiis ipſo jure validis, hic autem de alienatione ipſo jure nulla. vid. *Wiſſenb. ad h. t.*

th-

tb. 18. Quæritur, an minor poſt majorennitatem alienationem ipſo jure nullam ratam habere poſſit, invito eo, in quem facta eſt alienatio; quod affirmandum eſt.

13. Ab initio rata eſt alienatio ſine decreto facta (1. Si pater pupilli vel minoris, alienari permiſerit. *l.* 1. §. 2. *l. ult. h.* (2. Si pater vel alius, cui pupillus ſucceſſit, fundum ſtipulanti ſpoponderit, vendiderit, aut oppignoraverit. *l.* 5. §. 6. 7. *h. l.* 3. *C. Quand. decreto opus non eſt.* (3. Si minor auctore tutore vel curatore fundum emerit ſub lege retrovendendi. *l.* 11. §. 3. *l.* 24. §. 1. *de Minor. l.* 2. *l.* 3. *D. l.* 1. *l.* 2. *C. h.* (4. Si prædium permiſſu Prætoris fuerit pignori obligatum. *l.* 7. §. 1. *h.* (5. Si Princeps in alienationem conſenſerit. *l.* 2. *C. Quando decr. opus non eſt.* (6. Si minor à majorenni, ad prædii communis diviſionem, provocetur. *l.* 1. §. 2. *l.* 7. *D. l. pen. C. h. l. ult. de Fund. dot.* verſa vice utilitatis cauſa aliquando major provocari poteſt ad diviſionem prædii communis, ſcilicet cauſa cognita; arg. *l.* 14. *pro Soc.* vid. *Sand. Deciſ. l.* 2. *tit.* 9. *def.* 21. (7. Si res ſuperfluæ, vel exigui momenti ſint venditæ, vel quæ ſervando ſervari nequeunt, & tractu temporis corrumperentur. *l. ult. C. Quando decr. opus non eſt. l.* 22. *in f. C. de Admin. tut.* (8. Si tutor, vel curator pro pupillo vel minore, rebus oppignoratis, caverit, judicatum ſolvi. *l.* 15. §. *ult. D. de Re Jud. l. ult.* §. 3. *C. de Adm. tutor.*

TIT. X.

De Curatoribus, furioſo, & aliis, extra minores, dandis. *Cod.* 5. 70.

1. Uti minoribus, ob lubricam ætatis infirmitatem, ita & majoribus ſæpe ob defectum judicii, vel inſanam bonorum profuſionem & dilapidationem, curatores dantur. §. 3. *I. h. l.* 12. §. 2. *de Tut. dat.*

2. Furioſi ſunt, qui externâ rabie, mentisque ad omnia cæcitate, & evidenti furore perculſi, ſenſu communi carent, & tumultu ac clamoribus inſaniunt. *l.* 1. §. *pen. de Ædil. Ed. l.* 14. *de Off. Præſ.*

3. Hi vel perpetuo furore, & continuâ mentis alienatione agitantur, *d. l.* 14. §. 6. *C. h. t.* qui nec ex contractu, nec ex delicto unquam obligantur, *l.* 13. §. 1. *eod. l.* 5. *de R. J. l.* 9. §. *ult. de L. Pomp. de Parric.* vel furoris inducias, & dilucida quietis; & intellectus intervalla habent. *l.* 22. §. 7. *Sol. matr. l.* 20. §. 4. *Qui teſt. fac.* qui, tempore intermiſſi furoris, omnia recte gerunt. *dd. ll.*

4. Mente capti, ſive dementes, ſunt, qui, licet ſanitate & integritate mentis careant, mediocritatem tamen officiorum, & communem vitæ cultum tuentur, eoque vitio perpetuo laborant. *l.* 9. *C. de Impub. & al. Subſt.* Atque hi plerumque à furioſis diſtinguuntur. *l.* 27. §. 5. *de Rec. Arb. l.* 6. *l.* 7. *h. l.* 8. §. 1. *de Tut. dat.* In effectu tamen furioſi, mente capti, & dementes non differunt, ſed in omnibus eodem Jure cenſentur. Vocantur & ſtulti, fatui, moriones, in-

inſani, *l.* 4. §. 3. *de Ædil. edict.* qui tamen diſtinguendi ſunt ab hominibus obtuſioris & infelicioris judicii & ingenii, ſive non valde ſapientibus.

5. Prodigi ſunt, qui neque modum, neque finem impenſarum faciunt, ſed bona ſua dilapidando dilacerandoque profundunt, & quibus, ob eam rationem, adminiſtratio bonorum, cauſâ cognitâ, decreto Magiſtratus, adempta eſt & interdicta, ſcilicet ad petitionem neceſſariorum, quorum intereſt, arg. *l.* 4. §. 8. *de Damn. inf. l.* 18. *Comm. divid. l.* 1. *l.* 6. *l.* 10. *h.* §. 2. *I. Quib. non eſt perm. teſt. Ulp. Fragm. tit.* 12. *Paul.* 3. *Rec. ſent. tit.* 4. *l. ult.* §. 2. *C. de Sent. paſſ. & reſtit. Sand.* 4. *diciſ.* 13.

6. Quæ decreti interpoſitio, atque interdictio, cum juſſu & auctoritate legis fiat à Magiſtratu, ſæpe lege bonis interdici dicitur. *d. l.* 1. *h. l.* 18. *Qui teſt. fac.* §. 3. *I. de Curat.*

7. Ratio interdictionis eſt: quia prodigi, licet mentis ſuæ, quantum ad alia, videantur eſſe compotes, quod ad bona attinet, furioſum exitum faciunt, & paſſim hominibus, verè furioſis, non ſine causâ, comparantur. *l.* 12. §. 2. *de Tutor. & Cur. dat. l.* 40. *de R. J. l.* 6. *de V. O.*

8. Quia autem Reipublicæ intereſt, ne cives inſano rerum ſuarum abuſu ad egeſtatem perducantur. §. 2. *I. de His qui ſunt ſui vel al. jur. d. l.* 12. *l. ult.* §. 5. *C. de Bon. quæ lib.* dantur eis curatores, quorum conſilio reguntur. *d. l.* 12. *l.* 7. *h. t.* Quæritur an etiam mulieribus ob quæſtum meretricium & libidinem bonis interdici, & curator dari poſſit; quod negandum videtur contra Cujacium. Non obſtat *l.* 15. *h. t.* & *Paulus* 3. *rec. Sent.* 4. 6. nam *d. l.* eſt ac-

ci-

cipienda non de muliere meretrice, ſed de prodiga; luxuria enim ibi non eſt libido venerea, aut ſcortatio & impudicitia, ſed bonorum profuſio; quo ſenſu hæc vox etiam occurrit in §. 7. *Inſt. Quod cum eo qui in alien. pot. l.* 40. *de Damn. inf. l.* 11. §. 1. *de Dol. mal.* vid. *Voet. ad h. t. n.* 12.

9. Sed &, ob vitium corporis, curatores dari ſolent ſurdis & mutis. §. 4. *I. de Curat. l.* 65. §. 3. *ad SC. Treb.* Non tamen invitis, niſi tales ſint a natura. *Voet. ad h. t. n.* 14. Cæcis autem non datur Curator; arg. *l.* 8. *de Auct. tut. l.* 1. §. 5. *de Poſtul. l.* 8. *de Decur.* quo ſenſu intelligenda videtur *l.* 3. *C. Qui dar. tut. poſſ.* ubi pro *haberi* leg. *habere*, ut ſenſus ſit, cæco invito non dari Curatorem.

10. Dantur quandoque & impuberibus curatores, ſi tutor non ſit idoneus, vel, ob temporarium vitium, à tutelâ excuſetur, vel inter tutorem & pupillum judicio agendum ſit. §. 5. *I. h.* §. *ult. I. de Auct. tut.* quia tutorem habenti tutor dari non poteſt. *d.* §. 5. *l.* 27. *de Teſtam. tut. l.* 9. *C. Qui pet. tut. l.* 9. *C. Qui dar. tut.*

11. Ita tamen, ut ad actus legitimos, veluti hereditatis aditionem, tutoris auctoritate opus ſit. *l.* 19. *de Auct. tut. l.* 17. §. 1. *de Appell. l.* 90. *de Acq. hered.*

12. Finitur cura in minoribus quidem anno 25. impleto. *l.* 1. §. *ult. de Minor.* vel impetrata venia ætatis, de qua vid. ſupr. *tit. de Minor. in fin.* In aliis, ceſſante causâ, ob quam curator datus eſt. v. *l.* 6. *C. h. t.*

D I-

DIGESTORUM

PARS QUINTA.

LIBER XXVIII.

TIT. I.

Qui Teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum Teſtamenta fiant.

Cod. 6. 22. 23.

1. Hereditas defertur vel teſtamento, vel ab inteſtato, ita ut potior & prior ſemper teſtamenti ratio habeatur, quam ſucceſſionis ab inteſtato. *l.* 39. *de Adq. Her. l.* 89. *de R. J.*

2. Qui transferendi dominii titulus haud dubie eſt juris Gentium. §. 40. *I. de R. Div. l.* 1. *C. de SS. Eccl.* 2. *Reg.* 20. *Tacit. de Morib. Germ. c.* 20. *Geneſ. c.* 24. *v.* 36. *c.* 25. *v.* 5., *Deuter. c.* 21. *v.* 16. *Grot.* 2. *de Jur. Bell. & Pac.* 6. 14. Quanquam, quod ad formam & ſolennitates attinet, teſtamenti factio ſæpe juri Civili & Publico tribuatur. *l.* 3. *h. l.* 120. *l.* 130. *de V. S. l.* 1. *ad L. Falc. l. ult. de Suis & legit. hered.*

3. Eſt autem Teſtamentum *voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo, quod quis, poſt mortem ſuam, fieri velit. l.* 1. *h.* Ubi per *juſtam ſententiam* intelligimus ſolennem ſimul & legibus convenientem, adeoque plenam, integram, & de omnibus bonis, arg. *l.* 4. *h. l.* 1. *de Inj. rupt.* Quam Ulpianus in *tit.* 20. *Fragm.* & *l.* 20. §. 8. *h.*

h. juſtam & ſupremam conteſtationem definit, & *ſolenniter factam, ut poſt mortem noſtram valeat.*

4. Ex quibus conſequitur, ſub his definitionibus non contineri codicillos, aliasque ultimas teſtatorum, vel inteſtatorum voluntates minus juſtas & ſolennes. *l.* 7. *C. de Cod. l.* 1. §. 2. *de Tabul. Exhib. l.* 2. §. 1. *Teſtam. quem. aper.*

5. Teſtamentorum quinque olim fuere ſpecies. (1. Calatis Comitiis. (2. In procinctu. (3. Per æs & libram. (4. Ex jurisdictione Prætoriâ, coram ſeptem teſtibus factum, & ab iis ſignatum. (5. Teſtamentum ex antiquo jure Civili, ex jure Prætorio, & ex Principum Conſtitutionibus conflatum. §. 1. 2. 3. *I. de Teſt. Ord.*

6. Prima teſtamenti ſpecies eſt, quod fiebat in Comitiis, ut credibile eſt, non Centuriatis, non Tributis, ſed Curiatis, (vide *Gell.* 15. *c.* 27.) quæ, ut ad leges ferendas, judicia exercenda, ſacerdotes inaugurandos, deteſtationes ſacrorum, *l.* 29. §. 2. *l.* 40. *l.* 238. §. 1. *de V. S. Gravin. Orig. Jur. Civ. l.* 2. *pag.* 415. adrogationes, ita quoque teſtamentorum, in concione populi conficiendorum & confirmandorum cauſâ, ſolenniter indicebantur, *calato*, id eſt, convocato, à collegio Pontificum, populo. Quæ calatorum Comitiorum appellatio licet initio omnibus Comitiis communis fuerit, poſtea eorum, quæ pro collegio Pontificum habebantur, propria facta videtur.

7. Teſtamentum in procinctu eſt, quod fiebat à militibus pugnæ accinctis, & manus cum hoſtibus conferturis *d.* §. 1. *I. eod.*

8. Teſtamentum per æs & libram fiebat per mancipationem, in qua, pro ſimplicitate illius tem-

temporis, nondum admittentis uſum pecuniæ, publicâ auctoritate ſignatæ, adhibebatur æs grave & argentum rude, per libram, dicis causâ, appendi ſolitum, ut teſtator, per hanc imaginariam venditionem, ſignificaret certam & deliberatam voluntatem bona ſua pleno jure, poſt obitum, in heredem transmittendi. In quo negotio, præter libripendem, & familiæ emptorem, adhibebantur quinque teſtes, cives Romani, puberes. *Ulp. tit.* 19. §. 2. *& ſeqq.*

9. In familiæ emptorem, qui alius erat ab ipſe herede, fiebat mancipatio, ea lege, ut is, tanquam manceps fiduciarius, mortuo teſtatore, familiam, ſeu hereditatem, heredi, ſeorſum in clauſis tabulis ſcripto, contractâ fiduciâ, remanciparet. v. §. 10. *I. de Teſtam. ord.*

10. Teſtamentum jure Prætorio factum, inſuper habitâ mancipatione, ſeptem teſtes, eorumque ſigna, ad ſui perfectionem requirebat. §. 2. *I. de Teſt. ordin.*

11. Ex his teſtamentis, Principum conſtitutionibus, tandem nata eſt quinta & ultima ſpecies teſtamenti, quam Tribonianus exponit in §. 3. *I. eod. tit.*

12. Eſt autem hoc teſtamentum vel ſolenne vel minus ſolenne, ſeu, Privilegiatum, quod vocant. Utrumque eſt vel ſcriptum, vel nuncupativum.

13. Teſtamenta ſolennia, ſive ſcripta, ſive nuncupativa, requirunt ſolennitates vel utrique ſpeciei communes, vel alterutrius proprias

14. Requiſita communia ſunt (1. Ut teſtator habeat teſtamenti factionem. *l.* 4. *l.* 19. *b. t.* (2. Ut rite fiat heredis inſtitutio. *l.* 30. *de Lib. & Poſt.* (3. Ut adhibeantur ſeptem teſtes, ci-

ves

ves Romani, ſpeciatim rogati, non inviti detenti, quibuscum eſt teſtamenti factio, puberes, non improbi aut inteſtabiles, ſimul congregati, videntes quid teſtator agat. §. 3. 7. 8. *& ſeqq. l.* 20. *l.* 21. *l.* 23. *D. l.* 12. *l.* 21. *l.* 26. *l.* 9. *C. h.*

15. Cum iis autem teſtibus dicitur eſſe teſtamenti factio, qui, licet forte teſtamentum facere nequeant, heredes tamen inſtitui, & ex alieno teſtamento ſibi, vel aliis adquirere poſſunt. §. 6. *I. h.* §. 4. *I. de Hered. qualit. & differ.*

16. Quanquam autem mulier, impubes, ſervus, furioſus, mutus, ſurdus, prodigus, heredes inſtitui poſſint, teſtes tamen eſſe prohibentur. *d.* §. 6. *I. h.*

17. Mulier, licet in aliis teſtimonii dicendi Jus habeat, *l.* 20. §. 6. *l.* 18. *de Teſtib.* hic teſtis eſſe prohibetur: quia dictus numerus & qualitas teſtium adhibentur, ut aliquod ſupereſſet ſimulacrum priſtini ritus, quo teſtamenta fiebant in Caſtris, vel in Comitiis, quorum nulla feminis erat communio. *Gell.* 5. 19.

18. Conditio teſtium tempore teſtamenti facti inſpicitur, nec nocent impedimenta poſtea ſupervenientia. *l.* 22. §. 1. *D. h.* §. 7. *I. de Teſt. ord. l.* 1. *C. de Teſtam.*

19. Ob occulta teſtium vitia, ſi vel ſervus homo liber, & civis, vel impubes maturæ ætatis, vel mulier communi errore maſculus habeatur, teſtamentum, ſummo Jure nullum, ex humanitate ſuſtinetur. *d.* §. 7. v. *l.* 3. *de Off. Præt.*

20. Præterea teſtes eſſe prohibentur perſonæ domeſticæ, quales hic ſunt, quæ in patriâ vel dominicâ poteſtate teſtatoris ſunt. §. 9. *I. de Teſt. ord.*

21. Pa-

21. Pater prohibetur eſſe teſtis in teſtamento filiifamilias militis, poſt miſſionem teſtantis. *d.* §. 9. ſecus ſi ante miſſionem de peculio caſtrenſi teſtetur. *l.* 20. §. 2. *h.*

22. Plures teſtes ex eadem domo, in eodem teſtamento, adhiberi poſſunt. §. 8. *I. de Teſt. ord. l.* 22. *h. t. l.* 17. *de Teſtib.*

23. Teſtes eſſe prohibentur heredes, & qui ſunt in eorum poteſtate. §. 10. *I. de Teſt. ord. l.* 20. *h.*

24. Legatarii autem & fideicommiſſarii, & qui ſunt in eorum poteſtate, non prohibentur. §. 11. *eod.* (ubi pro *quia* leg. *qui*) *l.* 20. *pr. D. l.* 22. *C. h.*

25. Quartum ſcripti & nuncupativi teſtamenti commune requiſitum eſt unicus contextus. §. 3. *Inſt. de Teſt. ordin. l.* 21. §. *ult. h. l.* 28. *C. de Teſtam.* id eſt, ut nuncupatio teſtamenti, ſive ipſa teſtatio & declaratio voluntatis, fiat uno eodemque tempore, antequam teſtes digrediantur, *l.* 20. §. 8. *D. l.* 21. *C. de Teſtam.* nullusque actus, à ratione inſtituti negotii alienus, interveniat. *d. l.* 21. §. *ult. D. h. t. & d. l.* 21. *C.*

26. Niſi (1. actum eum morbus teſtatoris, vel naturæ neceſſitas efflagitet. *d. l.* 28. (2. Niſi ſubſtitutio pupillaris teſtamento inferatur. *l.* 16. §. 1. *l.* 20. *de Vulg. ſubſt.* (3. Niſi ea teſtamento miſceantur, quæ ſolâ unius teſtatoris voluntate conſtant, nec naturam contractuum ſapiunt. vide *l.* 26. *de Pign. act. l.* 1. §. 3. *de Aſſign. lib. l.* 32. *Fam. erc. l.* 37. §. 5. *de Leg.* 3. *l.* 36. *de R. N.* §. 1. *l. de Uſufr.* §. *ult. I. de Serv.* Contractus, cum ſint ab ultimis voluntatibus alieniſſimi, *l.* 20. *de V. S. l.* 4. *de Adim. leg.* junct. *l.* 5.

C. de O. & A. in teſtamento, vel, inter teſtandum, celebrari nullo modo poſſunt.

27. Sicut nec donatio mortis cauſâ, arg. *dd. ll.* Ratio eſt, quia etiam illa requirit conſenſum utriusque, adeoque ſpeciem quandam conventionis & contractus præ ſe fert, *l.* 10. *l.* 19. §. 2. *de Donat. l.* 38. *de Mort. cauſ. donat.* Nec eſt contrarium in *l.* 25. *de Mort. cauſ. Don.*

28. Propria requiſita ſcripti teſtamenti ſunt (1. Ut teſtator ultimam voluntatem ſcribat, vel, ſi ſcribere nolit, aut nequeat, alteri ſcribendam dictet, & ipſe ſubſcribat, niſi vel totum ipſe ſcripſerit, vel ſubſcribere nequeat, quo caſu adhibendus octavus teſtis, ut is nomine teſtatoris ſubſcribat. *l.* 21. *l.* 22. *l.* 28. §. *ult. C. de Teſtam.* §. 3. *I. de Teſt. ord. l.* 10. *b. t.*

29. Quâ in materiâ ſcribatur teſtamentum, nihil refert. § 12. *I. b. l.* 1. *l.* 4. *de Bon. poſſ. ſec. tab.* modo ſcriptura fiat litteris integris, non notis aut litterarum compendiis. *l.* 6. §. *ult. de Bon. poſſ. Auth. Quod ſine. C. de Teſtament.* Excipe (1. Teſtamentum militare. *l.* 40. *de Mil. Teſt.* (2. Quantitatem, ſeu ſummam, teſtamento relictam, quæ per notas uſitatas deſignari poteſt. *l.* 9. §. 4. *de Her. inſt.*

30. Sed nec intereſt, quo ſermone ſcribatur. *l.* 15. *l.* 21. §. *ult. C. de Teſtam.* olim non niſi lingua latina ſcribi poterat, poſtea autem illud abrogatum eſt. *l.* 20. §. *pen. b. t. l.* 11. *de Legat.* 3. *l. ult. C. de Teſt. tut.* aut à quo, ſive a notario, ſive a quolibet privato, etiam ſervo. v. *l.* 27. *l.* 28. *D. b. t. l.* 21. *C. de Teſtam.* Non obſtat *l.* 40. *de Teſt. mil.* nam ibi *notarius* non eſt notarius publicus, ſed privatus, ſive ſervus amanuenſis, ut apparet ex verbis: *notario ſuo*: ſcrip-

tor

Digitized by Google

tor autem teſtamenti, qualis qualis ſit, vocatur per excellentiam teſtamentarius. *l.* 9. §. 3. *de Hered. inſt. l.* 1. *Teſt. quemadm. aper.* niſi quod heres & legatarius, ſub pœnâ falſi, teſtamentum ſcribere prohibeantur. *t. C. de His qui ſibi adſcrib. l.* 1. §. 8. *l.* 6. *l.* 22. §. 4. *de L. Corn. de falſ.* quanquam aliquis ſeſe ſua manu poſſet exheredem ſcribere, quia lex pro non ſcripto non habet, quód contra eum facit, *l.* 8. §. 6. *de Bon. poſſ. contr. tab.* qui ſe pupillo in teſtamento patris ſcripſit tutorem, tutor quidem non eſt, ſed tamen nec accuſari ut ſuſpectus, nec excuſari poteſt, licet aliam habeat excuſationis juſtam cauſam. *l.* 29. *de Teſtam. tutel.*

31. (2. Requiritur, ut teſtamentum à teſtibus ſubſcribatur & ſignetur. *l.* 22. §. 4. *D. h. l.* 12. *l.* 21. *C. de Teſtam. l.* 23. *l. pen. h.* §. 2. 5. *I. de Teſt. ordin.*

32. Sive autem proprio, ſive alieno annulo obſignatio fiat, nihil refert. *d.* §. 5. *l.* 12. *C. de Teſtam. l.* 22. §. 2. *D. h. t.* etiam ipſius teſtatoris, licet nemo aliena manu, ſive alieno chirographo ſubſcribere poſſit. Veteres autem etiam aliis inſtrumentis, ſive ſigillis, quam annulis ſignatoriis, aliquando ſignare ſolebant. Sed nec annuli, in ſignatione adhibendi, tanta eſt neceſſitas, quin & alio inſtrumento ſignatorio teſtamenta ſignari poſſunt. Quare nullus dubito, quin in *l.* 22. §. 5. *h.* cum Hottomanno, Donello, aliisque, legendum ſit, *& magis eſt, ut non tantum annulo.*

33. (3. Requiritur, ut teſtator nomen heredis vel ſuâ, vel teſtium manu exprimat. §. 4. *I. l.* 29. *C. h.* quod per *Nov.* 119. *c.* 9. abrogatum eſt.

34. In teſtibus non requiritur intelligentia ſermonis, quo teſtator utitur. *l.* 20. §. *pen. h. t.*

35. Plura ejusdem teſtamenti exempla conſignari; & eodem tempore ſolenniter compleri poſſunt. §. 13. *I. de Teſt. ord. Suet. in Aug. c. ult.* licet nemo cum duobus teſtamentis decedere poſſit. *l.* 19. *de Teſt. mil. l.* 29. *ad SC. Treb.*

36. Propria nuncupativi teſtamenti requiſita ſunt, (1. Ut teſtator voluntatem ſuam vivâ voce declaret, & heredem palam nuncupet; (2. Ut à teſtibus exaudiri & intelligi poſſit. *l.* 21. *pr. h. l.* 29. *C. de Teſtam. l. ult. D. de Jur. Codic.* Nam in teſtamento nuncupativo in teſtibus omninò deſideratur intelligentia ſermonis. *l.* 26. *C. de Teſt.* arg. *l.* 209. *de V. S.*

37. Poteſt tamen voluntas, hoc modo coram teſtibus nuncupata, probationis causâ, in ſcripturam redigi.

38. Atque hæc tum communia, tum ſingularia & propria nuncupativi, & ſcripti teſtamenti requiſita, & ſolennitates adeo ſunt de natura & ſubſtantia ultimarum voluntatum, ut quoties aliquid ex his deeſt, nullius momenti ſit teſtamentum. *l.* 25. *l.* 29. *D. h. t. l.* 11. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 12. *l.* 21. *C. de Teſtam.*

39. Adeo ut ne quidem jure codicilli, aut fideicommiſſi valeat. *d. l.* 11. §. 1. *l.* 41. §. 3. *de Vulg. & Pup. l.* 29. *C. de Fideic. l.* 1. *l.* 13. §. 1. *D. l. ult.* §. 1. *C. de Codicill. d. l.* 29. *h. t.*

40. Etiamſi honeſtum ſit & ſimplicitati juris naturalis conſentaneum, hujusmodi quoque voluntatem expreſſam & certam, licet ſolennitatibus jure Civili præſcriptis deſtitutam, ſervari. *Plin.* 2. *Ep.* 16. & 4. 10. & 5. *Ep.* 7. *l. pen.* §. *ult. de Leg.* 2. vide & *l.* 5. *C. de Relig. l.* 1. *C. de SS. Eccl.*

41. Un-

41. Unde conſequitur, heredem ab inteſtato, ob voluntatem defuncti, in minus perfecto & ſolenni teſtamento expreſſam, ex pudore & verecundiâ naturali, obligari quidem aliquo modo ad relinquendam hereditatem heredi ſcripto, & legata præſtanda; arg. *l.* 2. *C. de Fideic. princ.* & *§. ult. I. de Fid. her. l.* 5. *§.* 15. *de Don. int. V.* & *U. l.* 38. *de Fideic. lib. l.* 45. *ad SC. Treb. Grot. de J. B.* & *P. lib.* 3. 7. 6. ſed, ſalvâ conſcientiâ, eandem vel retinere poſſe & defendere occupatam, vel repetere ſolutam: quia non obſtringitur, niſi vinculo obligationis naturalis inefficacis, unde nec actio naſcitur, nec exceptio.

42. Quod ſi teſtamentum, ſecundum Conſuetudinem aut Statutum loci alicujus, factum ſit, verior & receptior eſt DD. ſententia, id habere vim & poteſtatem, etiam extra illum locum, in illis regionibus, ubi major ſolennitas requiritur, modò utrobique licita ſit teſtamenti factio v. *Sand. Deciſ.* 4. *tit.* 1. *defin.* 14. *Perez. ad Cod. h. t. n.* 24. *Voet. ad h. t. n.* 26.

43. Teſtamenti factio, cum ſit juris gentium, omnibus permiſſa eſt, qui non expreſſe prohibentur. *l.* 1. *C. de SS. Eccl. l.* 43. *de Vulg.* & *Pup. §.* 40. *I. de R. D. l.* 21. *C. Mand. l.* 2. *D. Si à parente quis manum. tit. Inſt. de Leg. Fuſ. Canin.*

44. Prohibentur autem alii ob ſtatum, alii ob defectum judicii, alii ob vitium corporis, quo voluntatem & animi ſenſa exprimere & ſignificare nequeunt, alii ob delictum.

45. Ob ſtatum prohibentur (1. Peregrini, aut, per deportationem, ad peregrinitatem redacti *l.* 8. *§.* 1. 2. 3. *h. l.* 1. *§.* 2. *de Leg.* 3.

l. 10. §. 6. *de In Jus voc. l.* 17. §. 1. *de Pœn.* (2. Servi, ut ab hoſtibus capti. *l.* 8. §. *ult. l.* 16. *l.* 19. *D.* §. *ult. I. h.* (3. Obſides, niſi eis permittatur. *l.* 11. *h. l.* 31. *l.* 32. *de Jur. Fiſc.* (4. De ſtatu ſuo dubitantes. *l.* 14. *l.* 15. *h. l.* 1. *de Leg.* 3. *l.* 1. §. 8. *de Bon. poſſ. ſec. tab.* Ratio eſt, quia dubitatio & error eodem Jure cenſentur; error autem vitiat teſtamentum. *l. ult. C. de Inoff. teſt.* junct. *l.* 9. *de In jus voc.* hoc autem fallit in milite. *l.* 11. §. 1. *de Teſt. mil.* (5. Filiifamilias *pr. I. l.* 6. *l.* 16. *l.* 19. *D. l.* 3. §. 1. *C. h. t. l.* 120. *de V. S. Ulp. fragm.* 20. §. 10.

46. Quæ regula locum habet, etiamſi pater conſentiat. *princ. I. l.* 6. *h. l.* 38. *de Pact. l.* 25. §. 1. *de Mort. cauſ. Don.* adeo ut nec de profectitio, nec de adventitio peculio, ſive pleno, ſive minus pleno, nec voluntate, nec injuſſu patris, filiusfamilias teſtari poſſit. *d. pr. I. l.* 6. *h. l. ult.* §. 5. *verſ.* filius autem *C. de Bon. quæ lib.* (ubi abundat & delenda eſt vocula *duntaxat*, quæ eſt poſita inter duos aſteriſcos, eodem modo ut in *l.* 3. §. 1. *de Inj. rupt. teſt.* ut apparet ex §. 4. *Ej. leg* ſimile exemplum vid. *in l. ult. C. de Præd. min. ſin. decr. non alien.*) junct. *l. pen. C. h.* licet de iiſdem bonis inter vivos quovis modo diſponere non prohibeatur, *Nov.* 117. *c.* 1. §. 1.

47. Unde conſequitur, filiosfamilias nec codicillos facere, nec legata, aut fideicommiſſa relinquere poſſe. *l.* 2. *de Leg.* 1. *l.* 1. §. 2. *de Leg.* 3. *l.* 6. §. *pen. de Jur. Cod.* niſi per contractum & inter vivos. *d. l.* 1. §. 4. *de Leg.* 3. & *infr. ad Sc. Treb. in pr.*

48. Mortis tamen causâ donare poſſunt, pa-

patre conſentiente. *l.* 7. §. 4. *de Donat. l.* 25. §. 1. *de Mortis cauſâ donat.*

49. In peculio caſtrenſi & quaſi caſtrenſi teſtamenti factionem habent. §. *ult. l. de Teſt. mil. l. pen. & ult. C. h. l. ult. C. de Inoff. Teſt. l.* 7. §. *ult. de Donat. Juven. Sat. ult.*

50. Ob defectum Judicii prohibentur (1. Impuberes. §. 1. *I. l.* 5. *D. l.* 4. *C. h. t. l.* 2. *C. Quando provoc. neceſſe non eſt. l.* 1. §. 1. *D. de Tutelæ & ration. diſtr. act. l. ult. C. de Teſtam. mil.* (2. Furioſi & mente capti. §. 1. *I. l.* 16. §. 1. *l.* 17. *D. l.* 2. *C. h. t. l.* 2. *l.* 13. *D. de Inoff. teſt.* niſi tempore dilucidi intervalli, *l.* 9. *C. l.* 2. *l.* 20. §. 4. *D. h. t. l.* 6. *C. de Curat. furioſ.* Quod non tantum ex evidentibus probationibus, ſed & ex ſanæ mentis indiciis, in ipſo teſtamento elucentibus, æſtimatur, arg. *Nov. Leon.* 39. v. *Val. Max. lib* 7. *c.* 8. (3. Prodigi. §. 3. *I. l.* 18. *D. h.* vide tamen *d. Nov.* 39. Scilicet fallit ex ratione æquitatis, ſi prodigus tale teſtamentum fecerit, ut decet hominem frugi & probum, etiamſi probatum fuerit, quod cognati ejus per ſub & obreptionem impetraverint, ut prodigus declararetur. vid. *Sand.* 4. *deciſ.* 1. 3.

51. Ob vitium corporis prohibentur ſurdi & muti ſimul à natura. §. 3. *I. l.* 6. §. 1. *l.* 7. *D. l.* 10. *C. h. l.* 29. *C. de Teſtam.* Qui mutus aut ſurdus tantum erat, teſtamenti faciendi jus non habebat, niſi id à Principe impetraſſet. *l.* 7. *h.* junct. *l. pen.* §. 1. *Unde cogn.* Juſtinianus verò illis, qui muti tantum aut ſurdi ſunt, vel utroque vitio ſimul laborant, teſtari permiſit, modò voluntatem ſuam ſcripto aut lingua declarare poſſint. *d. l.* 10.

52. Cæci teſtamentum nuncupativum facere

poſſunt, ſi, præter ſeptem teſtes, tabularium adhibeant, vel, ſi ejus copia non ſit, octavum teſtem, qui voluntatem nuncupantis literis excipiat, eique ſcripturæ tabularius, & teſtes, cum obſignatione, ſubſcribant. *l.* 8. *C. h.*

53. Corporis vel animi vitia poſtea, ſalvo ſtatu teſtatoris, ſupervenientia non poſſunt evertere teſtamentum Jure factum. §. 1. 2. 3. *I. l.* 6. §. 1. *l.* 18. *l.* 20. §. 4. *h.* adeo ut his caſibus ſufficiat. teſtatorem, ſolo facti teſtamenti tempore, habuiſſe teſtamenti factionem, etſi eam mortis tempore non habuerit. *dd. ll.* Quanquam mutatio, quæ fit per capitis diminutionem, ut ſervitutem, deportationem, vel arrogationem, teſtamentum infirmet, licet poſtea accideret. §. 4. *I. Quib. mod. teſt. inf. l.* 6. §. 5. *de Inj. rupt.*

54. Ob crimen commiſſum prohibentur (1. Rei læſæ Majeſtatis. *l.* 5. *d.* §. 4. *l. ult. C. ad L. Jul. maj. l.* 31. §. *ult. de Donat. l.* 20. *de Accuſat.* (2. Apoſtatæ. *l.* 3. *C. de Apoſt.* (3. Hæretici. *l.* 4. §. 5. *l.* 15. *C. de Hær. & Man.* eorumque receptatores. *Auth. Credentes. eod. tit.* (4. Omnes improbi & inteſtabiles. v. *l.* 18. §. 1. *l.* 26. *h. t. L.* 21. *de Teſtib. l.* 5. §. 9. *de Injur. l.* 15. *de Teſtib.* junct. *l.* 20. §. 5. *h. t.* ubi legendum videtur: *adhiberi* non *poſſe*. (5. Qui inceſtas nuptias contraxerunt; quatenus extraneis, vel ſibi invicem, vel liberis inceſtuoſis nihil teſtamento relinquere poſſunt. *l.* 6. & *Auth. ſeq. C. de Inc. nupt.* (6. Omnes capitis damnati; quia & libertatem, & civitatem, & bona amittebant. *l.* 8. §. *ult. h. l.* 6. §. 6. *de Inj. rupt. l.* 12. *l.* 17. *l.* 29. *de Pœn.*

55. Quanquam autem Jure noviſſimo & ſervitus pœnæ, & publicatio bonorum, exſtantibus

bus liberis & parentibus ad tertium gradum usque, ſublatæ ſint, *Nov.* 22. *c.* 8. *Nov.* 134. verius tamen eſt, ne jure quidem novo capitis damnatos teſtamenti factionem habere.

56. Illud explorati Juris eſt, ejus qui vel indemnatus in cuſtodiâ, vel damnatus tempore appellationis deceſſit, teſtamentum & veteri & novo Jure valere. *l.* 9. *l.* 13. §. *ult. h. t. l.* 6. §. 1. 9. *D. de Inj. rupt. teſtam.*

TIT. II.

De Liberis & poſtumis Heredibus inſtituendis, vel exheredandis.

Cod. 6. 29.

1. Heredis inſtitutio eſt vel voluntaria, quæ tota à voluntate teſtatoris pendet, vel neceſſaria certarum perſonarum, quas teſtator vel tenetur inſtituere, vel rite exheredare.

2. Sunt autem Jure novo liberi omnes cujuscunque ſexus, aut gradus, ſive emancipati, ſive poſtumi, ſive naturales, ſive adoptivi, rite & nominatim heredes inſtituendi, vel exheredandi. §. 5. *I. de Exher. lib. l. ult. C. h. l.* 30. *h.*

3. Suis à patre præteritis teſtamentum eſt ipſo Jure nullum, *pr. I. l.* 30. *h. l.* 1. *de Inj. rupt. l.* 4. *C. de Lib. Præt.* etſi ante patrem deceſſerint. *l.* 7. *h. t.* vel hereditati paternæ, legitimâ acceptâ, vivo patre renunciaverint. *l.* 35. §. 1. *C. de inoff. teſt.* adeo ut nec hereditas, nec legata, nec fideicommiſſa, nec libertates ex eo teſtamento debeantur, tam novo, quam veteri Jure: nihil obſtante *Auth. Ex cauſa. C. de Lib. Præter.* quæ perperam deſcripta eſt ex

Nov. 115. *c.* 3. & applicata *legi. ult. C. d. Tit.* v. infra *theſ.* 9.

4. Niſi ſuus heres præteritus ab hereditate paternâ abſtineat. Tum enim ex æquitate Prætoria ſuſtinetur teſtamentum ſummo Jure invalidum. *l.* 17. *de Inj. rupt. irr.*

5. Sunt autem *ſui heredes*, qui proximum in patriâ poteſtate teſtatoris & in jure ſucceſſionis gradum obtinent, ut filiifamilias. *l.* 12. *in f. Qui teſt. fac. l.* 1. §. 2. *de R. V.* §. 2. *I. de Her. qual. & differ. l.* 45. *de Neg. geſt. l.* 13. *de Inj. rupt. l.* 33. §. 1. *de Teſt. mil.* §. 2. & 9. *I. de Her. ab int.* quique adeò, vivo adhuc patre, jam quodammodo domini, ſociique & participes ei ſunt, *l.* 11. *h. l.* 1. §. 7. *Si quis om. cauſ. teſt.*

6. Atque hinc eſt, quod ſui heredes, cum ipſo jure, ſine ullo vel ſuo vel alterius facto, adeoque & ante apertas tabulas heredes ſint, §. 2. & 3. *I. de Her. quæ ab int. l.* 14. *de Suis & Leg. l.* 3. *C. de Jur. delib.* etiamſi per furorem, aut ætatem, voluntate adquirendi careant, *d.* §. 3. *l.* 63. *de Adq. Her.* paternam hereditatem ad quoscunque heredes transmittant. *d. l.* 3. *C. de Jur. delib.*

7. Quanquam autem Jus ſui heredis tum ex patria poteſtate, tum ex ſpe ſucceſſionis conſiſtat, *l.* 7. *h. l.* 12. *in f. Qui teſt. fac. d.* §. 2. *de Her. qual.* Jus tamen *ſuitatis* (fas ſit docendi cauſa ſic loqui) per exheredationem, complures effectus quod attinet, non tollitur. §. 4. *I. de Pup. ſubſt. l.* 4. *de Teſtam. tut.* nec aliud volunt JCti *l.* 1. §. 5. *de Conjung. cum emanc. lib. l.* 9. §. 2. *h. l.* 1. §. *pen. de Suis & Legit.*

8. Emancipati præteriti non dicunt teſtamentum ipſo Jure nullum, ſed habent bonorum

pos-

poſſeſſionem contra tabulas. *pr.* & §. *ſeq. I. de Exber. lib. l.* 4. *C. de Lib. Præt.*

9. Cum mater & avus maternus non habeant liberos in poteſtate, conſequitur, eorum præteritionem non habere majorem effectum, quam exheredationem patris, ſcilicet ut locum faciat querelæ inofficioſi teſtamenti, ad heredis inſtitutionem, ceteris ſalvis manentibus, reſcindendam. §. *ult. I. h. t. l.* 4. §. 2. *de Bonor. poſſ. contra tab. l.* 27. § *ult. l.* 28. *de Inoff. teſt.* atque hic ſenſus eſt *Autb. Ex cauſa. C. de Liber. Præter.* ut apparet ex *Nov.* 115. *c.* 3.

10. Pro præteritis habentur & illi, qui ſunt poſiti in conditione: vera enim eſt, ſi qua alia, tralatitia & trita regula, liberos poſitos in conditione non eſſe poſitos in inſtitutione *l.* 16. §. 1. *de Vulg. & Pup. l.* 8. *Si quis om. cauſ. teſt, l.* 17. §. 5. *ad SC. Treb. l.* 1. *C. de Pact.* Non obſtat *l.* 102. *de Cond. & Dem. l.* 37. *l.* 81. *l.* 15. *de Her. inſt.*

11. Item hi, qui malè quidem & contra formam, ſed tamen inſtituti ſunt vel exheredati. *v. l.* 25. *l. ult. de Cond. Inſt. l.* 4. *de Her. inſt. l.* 3. §. 1. *l.* 19. *b.* ut enim exheredatio ſuorum, natorum, vel poſtumorum, impediat teſtamenti nullitatem, vel rupturam., neceſſe eſt, ut fiat rite & ſecundum formam in jure præſcriptam. *l.* 8. §. 2. *de Bon. poſſ. contr. tab.* §. 12. *I. de Heredit. ab inteſt.*

12. Rite autem facta non videtur, niſi quæ fit (1. nominatim. *pr.* & §. 5. *I. b. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *D. h.* (2. pure, non ſub conditione. *l.* 3. §. 1. *b.* Ratio eſt in *l.* 18. *pr. D. de Bon. poſſ. contr. tab.* (3. à totâ hereditate, non pro parte, nec relicto legato, *l.* 19. *b.* niſi vel legatum reſpon

ſpondeat quantitati legitimæ, §. *ult. l. de Inoff. teſt.* ubi v. *Vinn.* vel filius legatum agnoverit, in eoque acquieverit. *l.* 10 §. 1. *l.* 12. *de Inoff. teſt.* (4. denique ab omnibus heredibus tum inſtitutis, tum ſubſtitutis. *l.* 3. §. 2. 3. 4. 6. *h. l.* 43. §. 2. *de Vulg. ſubſt.*

13. Filio nato præterito à primo gradu, exheredato à ſecundo, ſive ſubſtituto, primus gradus pro non ſcripto habetur, ſumitque teſtamentum initium à gradu ſecundo. Poſtumo autem hoc modo partim præterito, partim exheredato, & primus gradus, à quo præteritus, & ſecundus gradus, à quo exheredatus eſt, totumque adeo teſtamentum rumpitur. *l.* 3. §. *ult. h. l.* 5. *de Inj. rupt.*

14. Poſtumis præteritis, teſtamentum non eſt ipſo jure nullum, *l.* 30. *h. l.* 3. § 3. *tit. ſeq.* fieri enim poteſt, ut mulier vel abortum faciat, vel monſtrum pariat. *l.* 12. §. 1. *D. l.* 2. *l.* 3. *in f. C. h. l.* 14. *de Stat. hom.* ſed teſtamentum interim validum per nativitatem poſtumi rumpitur. *d. l.* 3. §. 3. *d. l.* 30. etſi vitam ſtatim cum morte commutaverit. *d. l.* 2. *l.* 3. *C. h.* Niſi quod æquitate Prætoria, decedente ante patrem quaſi poſtumo, teſtamentum ex novâ voluntate ſuſtineatur. *l.* 12. *de Inj. rupt.*

15. Sunt autem poſtumi, non tam poſt mortuum aut humatum patrem nati, quam potius ultimi, ſeu poſtremi parentum ſuorum liberi, quales citra controverſiam ſunt illi, qui, mortuo patre, eduntur.

16. Suntque vel veri, vel quaſi poſtumi. Veri, quos definivimus. Atque hi iterum vel primi gradus, qui poſt patris mortem naſcuntur, & ex L. XII. Tabb. inſtituuntur, vel ulterio-

riores, qui naſcuntur poſt patris primo defuncti & avi poſtea morientis obitum, qui & Aquiliani poſtumi dicuntur, quia ex ejus formula inſtituendi erant. *l.* 29. *h.*

17. Quaſi poſtumi ſunt, qui vivo quidem patre, ſed poſt conditum teſtamentum aut captivitatem paternam, nati aut agnati ſunt. *l.* 3. §. 1. & 4. *l.* 13. *tit. ſeq.*

18. Qui, vivo patre, aut avo teſtatore, poſt teſtamentum proximi in poteſtate ſive filii, ſive nepotes, mortuo filio, naſcuntur, ex primo legis Vellejæ capite inſtituendi ſunt. *d. l.* 29. §. 11.

19. Qui ante teſtamentum avi nati, qualitatem ſui heredis, quam non habebant, mortuo patre intermedio, poſt teſtamentum accipiunt, & ita quaſi ſui heredes avo agnaſcuntur, inſtituendi ex ſecundo capite dictæ legis Vellejæ. *d. l.* 29. §. 11. & 13. *h. t.* §. 2. *I. h.* ne, ſucceſſione in locum filii, nepos agnaſcendo rumpat teſtamentnm avi. Atque hæc duo legis Vellejæ capita commiſcentur in *d. l.* 22. §. 5.

20. Qui poſt teſtamentum nati, proximum in poteſtate gradum, quem tempore nativitatis non habebant, per mortem patris intermedii, conſequuntur, avoque ſui heredes fiunt, non ex lege Velleja, ſed ex ſententia Juliani JCti inſtituendi. *l.* 29. §. 15. *h.*

21. Qui ante captivitatem patris concepti, capto ab hoſtibus patre, è conjuge, quam is prægnantem domi reliquit, naſcuntur, & ipſi quaſi poſtumi ſunt, & Corneliani dicuntur, fictione legis Corneliæ, qui & ipſi inſtituendi, vel nominatim exheredandi. *l.* 15. *de Inj. rupt.*

22. Adeo ut in univerſum poſtumi ſint vel le-

legitimi, vel aquiliani, vel vellejani, vel juliani, vel corneliani.

23. Ratio, quæ veros vel quaſi poſtumos vel inſtitui, vel nominatim riteque exheredari voluit, eſt, ne naſcendo, vel agnaſcendo teſtamentum rumperent. §. 1. 2. *I. b. d. l.* 29. quod adeo ſemper, ſi ſit absque inſtitutione vel exheredatione, fieri ſolet; ut, ſi quis poſtumos in unum caſum inſtituiſſet, *ſi ſe vivo naſcantur*, illi autem non vivo, ſed defuncto teſtatore naſcantur, nihilominus habeantur præteriti, nec caſus omiſſus ſub expreſſo contineatur. *l.* 10. *b. l.* 26. *de Vulg. & pup.* quod tamen per *l. ult. C. de Poſth. Her. inſt.* mutatum videtur.

24. Poſtumo ſimpliciter, & ſine reſpectu ad certam uxorem inſtituto, non ſolum is, qui tempore facti teſtamenti erat in utero, ſed & qui ex quacunque uxore naſcitur, inſtitutus intelligitur. *l.* 4. *b.* Sin autem ad poſtumum ex certa uxore naſciturum reſpexerit teſtator, is ſolus inſtitutus erit, rumpeturque adeo teſtamentum, liberis ex aliâ conjuge ſuſceptis. *l.* 28. §. 2. *b.* Quod ſi, poſtumo inſtituto, duo vel plures naſcantur, omnes inſtituti intelliguntur. *l.* 17. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 14. *C. de Fid. Libert.*

25. Effectus exheredationis, rite & ex juſta cauſa, factæ eſt, quod nec querelæ nullitatis, nec reſciſſioni locus ſit, exheredatusque adeo à totâ hereditate excludatur; rite vero, ſed contra officia pietatis & ſine juſtâ cauſa factæ effectus eſt, querela inofficioſi teſtamenti, de quâ vide ſupra *tit. de Inoff. Teſt.*

TIT.

TIT. III.

De Injuſto, Rupto, Irrito facto teſtamento.

1. Teſtamentum Injuſtum eſt, in quo ſolennitates neceſſariæ deſunt. *l.* 1. *h.* §. 7. *in f. l. h.* Adeo ut quamdiu aliquid ad omnes ſolennitatum numeros implendos deeſt, teſtamentum ſit ipſo jure nullum. *l.* 25. *Qui teſt. fac. l.* 11. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 12. *C. de Teſtam.*

2. Irritum fit teſtamentum (1. per capitis diminutionem teſtatoris maximam, mediam, & minimam. §. 4 5. *l. Quib. mod. teſt. infirm. l.* 6. §. 5. *h. t.* Ita tamen ut teſtamentum, maximâ mediâque capitis diminutione teſtatoris irritum factum, etiam ſine nova voluntate convaleſcat, eo reſtituto. §. 6. *l. h. l.* 6. §. *pen. h.* Si teſtator minimam capitis diminutionem paſſus, id eſt, arrogatus ſit, non ſufficit, ſi ſui juris fiat, niſi novâ voluntate teſtamentum confirmet. *l. pen.* §. 2. *de Bon. poſſ. ſec. tab.* (2. non aditâ ab herede inſtituto hereditate. vide *l.* 1. *h. l.* 20. *de Bon. Poſſ. contr. tab.* quod proprie dicitur Teſtamentum *deſtitutum.* §. 7. *l. de Hered. ab int.* §. 2. *in f. l. de L. Falc.* (3. Si teſtator conſcientiâ ſceleris ſibi infeſtas manus intulerit. *l.* 6. §. 7. *h.*

3. Quanquam hæc aliquando confundantur. *d.* §. 5. *l.* 3. *in f. l.* 4. *de His quæ in teſt. del.*

4. Ruptum teſtamentum eſt, cum in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti vis vitiatur. §. 1. *l. Quib. mod. teſt.* quod fit vel agnatione ſui heredis, vel mutatâ voluntate teſtatoris. Agnatio ſui heredis eſt vel naturalis, vel civilis.

lis. *Naturalis* eſt, cum, poſt factum teſtamentum, poſtumus naſcitur. §. 1. *I. de Exher. lib.* Modo partus vivus & integer naſcatur, ad nullum monſtrum declinans. *l.* 12. §. 1. *tit. præced. l.* 3. *inf. C. de Poſt. her. inſt.* Sive autem naſcatur partus, ſive maturus utero matris excidatur, nihil intereſt. *l.* 6. *de Inoff. teſt.* Poſtumus à matre præteritus, & poſt teſtamentum natus, ex conjectura maternæ pietatis, pro inſtituto habetur, adeoque non rumpit teſtamentum, in caſu *legis* 3. *C. de Inoff. teſt.*

5. *Civilis* eſt, cum heres qualitatem & perſonam ſui heredis, quâ carebat, poſt factum teſtamentum accipit, ut (1. Si nepos patre, quem tempore facti teſtamenti habebat, mortuo, vel emancipato, in locum ejus ſuccedens, avo proximus, & ſuus fiat. §. 2. *I. de Exher. lib. l.* 13. *h.* (2. Si filius naturalis poſt teſtamentum per legitimationem fiat legitimus & ſuus. §. 2. *I. de Her. ab int.* (3. Si extraneus per arrogationem, vel adoptionem, ab aliquo adſcendentium factam, fiat filiusfamilias & ſuus. *l.* 8. *h.* §. 1. *I. Quib. mod. teſt. infirm.*

6. Alter rumpendi teſtamenti modus eſt mutatio voluntatis, inciſis, deletis a teſtatore prioribus tabulis, facta, de quâ v. *tit. ſeq.* vel poſteriore teſtamento perfecto ſignificata.

7. Omne enim poſterius perfectum teſtamentum rumpit prius. §. 3. *I. h. l.* 1. *l.* 2. *h. l.* 6. §. 2. *de Jur. Codicill. l.* 27. *C. de Teſtam.* etiamſi nulla ejus revocandi mentio in poſteriore teſtamento ſit facta. *d. l.* 27.

8. Adeo ut ſimul & ipſi codicilli, ſi qui facti fuerint, evertantur. *l.* 3. §. *ult. l.* 16. *D. l.* 1. *C. de Jur. Codicill.* Quod ſi nullum teſtamentum

tum prius, ſed ſoli codicilli exſtent, hi, teſtamento poſtea facto, vim ſuam non amittunt, niſi appareat, teſtatorem à voluntate in codicillis expreſſa receſſiſſe. §. 1. *I. de Codicill.*

9. Atque hæc regula, de rumpendo per poſterius priore teſtamento, etiam tunc locum habet, cum prius teſtamentum continet clauſulam derogatoriam vel prohibitoriam poſterioris; ita tamen ut ſpecialis revocatio neceſſaria ſit, ſi teſtator in eisdem tabulis voluntatem mutaverit. *l.* 22. *de Leg.* 3. *l.* 14. *de Leg.* 1. arg. *l. ult. pr. de Leg.* 2. *l.* 6. §. 2. *de Jur. Codicill. l.* 4. *de Adim. leg.*

10. Etſi in teſtamento poſteriore heres ex certa re inſtitutus ſit. §. 4. *h.* nec refert ex poſteriore heres exſtiterit, an non. §. 2. *I. h. l.* 1. *l.* 16. *l.* 9. *de Lib. & poſt.*

11. Modò exiſtere potuerit: nam ſi in poſteriore teſtamento nihil ſit ſcriptum. priori ſtabitur. *l.* 11. *h.* ut & ſi poſteriori ſit inſerta conditio de præterito vel præſenti, nec ea exiſtat. *l.* 16. *h.* vel poſterius, ob ſuorum heredum præteritionem, aut aliâ de causâ, ſit nullum. *l.* 16. §. 1. *de Vulg. & pup.*

12. Si poſterius teſtamentum complectatur inſtitutionem heredum incapacium, ſicut prius non rumpitur, ita tamen heredibus, in eo ſcriptis, ut indignis, hereditas aufertur. *l.* 12. *de His, quæ ut indign.*

13. Sed nec illud quidem neceſſe eſt, ut poſterioris teſtamenti ſolennia priori ad amuſſim reſpondeant, modo ſit perfectum in ſuo genere. *l.* 2. *h. t. l.* 21. §. 3. *C. de Teſtam.*

14. Exceptio eſt in teſtamentis, in quibus ſcripti ſunt heredes ab inteſtato ſucceſſuri. *l.* 2.

de Inj. rupt. l. 21. §. *pen. C. de Teſtam.*

15. Quod ſi duo ſint teſtamenta æque perfecta, nec conſtet utrum ſit prius, aut poſterius, ex utroque, tanquam ex uno, hereditas adiri poteſt. *l.* 1. §. 6. *de Bon. poſſ. ſec. tabul.* Quid juris ſit inter duo teſtamenta, de quibus non conſtat, utrum prius, utrum poſterius ſit, vid. *in l.* 47. *de Legat.* 2. junct. *l.* 75. *de Leg.* 3. Scilicet heres liberatur præſtando ſummam minorem. vid. *dd. ll.* & *l.* 68. §. 8. *de Legat.* 2. contra deciſionem vero *l.* 47. *de Legat.* 2. male reſpondet *Huber. ad tit. ſeq. n.* 5.

16. Nuda voluntas non rumpit teſtamentum prius. §. 7. *I. h.* niſi vel apud Acta, vel coram tribus teſtibus expreſſa, & decennii lapſu, à tempore conditi teſtamenti, firmata ſit. *l.* 27. *C. de Teſtam.* in verbis: *poſt ejus confectionem:* ſic ut ſine ratione diſſentiant quidem interpretes, putantes, decennium computandum eſſe a tempore contrariæ voluntatis declaratæ. Cæterum diſpoſitio *d l.* 27. tantum habet locum, quando teſtator non habet copiam teſtamenti in manibus, tunc enim non opus eſt iſtis ambagibus, ſed teſtator poteſt teſtamentum revocare, illud cancellando, dilacerando, in ignem conjiciendo. *vid. tit. ſeq.*

17. Effectus rupti teſtamenti adeo nullus eſt, ut inde nihil debeatur. Niſi (1. heres in poſteriore teſtamento rogatus ſit, reſtituere hereditatem in priore teſtamento ſcriptis. §. 3. *I. h. l.* 12. §. 1. *h. l.* 29. *ad SC. Treb.* (2. Niſi teſtator, falſo rumore de morte heredis inductus, aliud teſtamentum fecerit. *l. ult. de Her. inſt. l.* 28. *D. de Inoff. teſt. Cic. de Orat. c.* 38.

18. Quod ſi liberi, qui teſtamentum nullum e-

eſſe contendunt, cauſa ceciderint, non prohibentur querelâ inofficioſi agere. *l.* 16. *C. de Inoffic. teſtam.*

19. Rupti teſtamenti vitium ceſſat (1. Si poſtumus ſive quaſi poſtumus præteritus, vivo teſtatore, decedat. *l.* 12. *h.* (2. Si teſtator poſterioris teſtamenti tabulas inciderit, ut prioris ſupremas relinqueret. *l. pen.* §. 2. *de Bon. poſſ. ſec. tab.* (3. Si liberi præteriti ab hereditate abſtineant. *l.* 17. *h.* (4. In caſu *legis* 1. *C. de Codicill.* Scilicet, ſi teſtator poſt teſtamentum agnatione poſthumi ruptum per literas confirmaverit, tunc enim fideicommiſſa tali teſtamento relicta præſtari jubentur, tanquam codicillis: vid. *Voet. ad tit. de Jur. Cod. n.* 6.

TIT. IV.

De His, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

1. Sequitur ſecundus modus rumpendi, per mutationem voluntatis, teſtamenti, qui fit re ipſa & facto, ſi teſtator ſciens, & pœnitentiâ ductus, vel ipſe, vel per alium teſtamentum inciderit, laceraverit, induxerit, cancellaverit, ſignave amoverit, aut turbaverit. *l.* 1. §. 3. *h. l. ult. de Inj. rupt. l.* 22. §. 3. *Qui teſt. fac. l.* 1. §. *pen. l. pen.* §. 2. *de Bon. poſſ. ſec. tab. l.* 1. §. *pen. Si tab. teſt. null. exſt. l. pen. C. de Teſtam.*

2. Inciſio & cancellatio non conſulto facta non nocet, quatenus legi adhuc poteſt teſtamentum. *l.* 1. *h. l.* 2. *de His, quæ pro non ſcript. l.* 12. *d. l. pen. C. de Teſtam.* quæ legi non poſſunt,

non debentur, niſi poſt conſummatum teſtamentum inconſultò deleta fuerint, & aliunde probari poſſint. *d. l.* 1. *b. l.* 5. *C. de Fid. inſtr.*

3. Si ante conſummationem deleta ſint, habet quod ſibi imputet teſtator, quod in locum deletorum alia non repoſuerit. *d. l.* 1. §. 2. 3.

4. Si quid in codicillis deletum ſit, licet legi poſſit, non debetur. *l.* 1. §. *ult. b.*

5. Inductio, aut cancellatio, ſtudio facta, non ultrà operatur, quam quatenus ſcriptura inducta, aut cancellata eſt. *l.* 2. *l.* 3. *b.*

6. Totum teſtamentum deperditum, aut incautè deletum, non infirmatur, ſed nihilominus inde debetur hereditàs. *l.* 1. §. 2. 3. *b.* quanquam bonorum poſſeſſio ex ejusmodi tabulis non detur. *l. un. D. Si tab. teſt. exſt.* (37. 2.) *l.* 1. §. 3. *de Bonor. poſſ. ſec. tab.*

7. Quod ſi plures ſint teſtamenti Codices, uno inciſo vel deleto, teſtamentum infirmatum non intelligitur, niſi heredes ab inteſtato probent, id eo conſilio à teſtatore factum eſſe, ut inteſtatus decederet *l. ult. b.*

8. Rupto autem per cancellationem, vel ſimili modo, teſtamento, hereditas non fiſco, ſed heredibus ab inteſtato defertur. *l. pen. C de Teſtam. l.* 1. §. *pen. Si tab. teſt. null. l. ult. b. l.* 2. *de His, quæ pro non ſcript.*

9. Niſi probetur, inductionem ſpeciali odio heredum eſſe factam; quo caſu hereditas, tanquam indignis ablata, fiſco applicatur. *l.* 3. *b. l.* 16. §. 2. *de His, quæ ut indign.*

10. Si ſigna teſtamenti vetuſtate, vel caſu interierint, ſubſcriptiones verò teſtium ſalvæ ſint, teſtamenti fidem nullo modo labefactatam vult Imperator Leo in *Nov.* 82.

TIT.

TIT. V.

De Heredibus Inſtituendis.
Cod. 6. 24.

1. Heredis inſtitutio eſt *deſignatio ſucceſſoris in univerſum jus, quod teſtator, tempore mortis, habuit. l.* 24. *de V. S. l.* 62. *de R. J.*

2. Heredes inſtitui poſſunt omnes, qui non prohibentur, adeoque non liberi modo homines, ſed & ſervi, tam alieni, ex dominorum perſona, *pr. Inſt. l.* 31. *D. h. l.* 40. *h. l.* 10. *de A. R. D.* quam teſtatoris proprii. *pr. Inſt. h. t.*

3. Sed & ſervus hereditatis jacentis heres inſtitui poteſt, quia hereditas jacens fictione juris, perſonam defuncti domini ſuſtinet. *l.* 31. §. 1. *h. t. l.* 33. §. *ult. l.* 34. *l.* 61. *de A. R. D.* §. 2. *I. h. pr. I. de Stip. Serv.* quamquam, diversâ conſideratione, ſi eventum aditæ hereditatis reſpicias, perſonam quoque heredis repræſentet. *l.* 24. *de Novat. l.* 28. §. *ult. l.* 35. *de Stip. ſerv.*

4. Heredes inſtitui prohibentur alii ſimpliciter & in totum, alii ad certum modum. Simpliciter prohibentur (1. Peregrini. *l.* 6. §. 2. *h.* (2. Ad peregrinitatem redacti, ut ſervi pœnæ & deportati. *l.* 1. *C. h. l.* 3. *D. de His quæ pro non ſcr. hab. d. l.* 6. *l.* 1. *C. h.* ubi v. *Gothofr. l.* 17. §. 1. *de Pœn.* Exceptâ cauſâ alimentorum. *d. l.* 3. *l.* 17. *de Alim. leg.* Imperator tamen Fredericus peregrinos inſtitui permiſit. *Auth. Omnes peregrini. C. Comm. de Succeſſ.*

5. (3, Dedititii & Latini Juniani; qui tamen capere poterant, ſi mortis teſtatoris tem-

pore cives Romani facti eſſent. *Ulp.* 22. §. 1. & 3.

6. (4. Plebiſcito Voconio cautum erat, ne quis cenſus heredem virginem, mulieremve ſupra quadrantem bonorum ſuorum inſtitueret. *Gell.* 20. *c.* 1. ubi v. *Interp.* Cenſus autem dicebatur, qui centum millia ſeſtertium poſſidebat, eaque in cenſum detuliſſet, quæ ſumma videtur convenire cum ſumma trium millium florenorum Hollandicorum.

7. (5. Apoſtatæ. *l.* 3. *C. de Apoſt.*

8. (6. Hæretici improbiores. *l.* 4. *l.* 5. *l. pen. & ult. C. de Hæret. & Manich. Nov.* 115. *c.* 3.

9. (7. Olim incerti. §. 26. junct. §. 24. *I. de Legat. Ulp. tit.* 22. §. 4.

10. (8. Univerſitates. *Ulp. d. tit.* 22. §. 5. *Plin. Ep.* 5. 7. quanquam legata & fideicommiſſa iis relinqui potuerunt, *l.* 71. §. *pen. l.* 122. *pr. de Leg.* 1. *l.* 2. *l.* 30. *de Reb. Dub. l.* 21. §. 3. *de Ann. Leg. l.* 1. §. 15. *l.* 26. *ad SC. Treb.* Poſtea & hereditates ipſis relinquere permiſſum eſt. *l.* 12. *C. h. l.* 1. *C. de SS. Eccl.* modo ſint collegia & univerſitates licitæ. *l.* 8. *C. h. l.* 1. *C. de Judæis.*

11. (9. Poſtumus alienus, qui non erat naſciturus in patria poteſtate teſtatoris. *d.* §. 26. *I. de Legat.* Non obſtat §. 28. *eod.*

12. Ad certum modum heredes inſtitui prohibebantur (1. ex lege Julia de Maritandis Ordinibus, cœlibes, (exceptis illis, qui genere eſſent proximi) niſi intra centum dies legi parerent, id eſt, matrimonium contraherent. *Ulp. tit.* 22. §. 3. & *tit.* 17.

13. (2. Orbi eadem lege vetabantur plus ab extraneo capere, quam dimidiam relictorum par-

partem; pars reliqua, velut caduca, fiſco cedebat. *Ulp. d. loc.*

14. (3. Conjux ex teſtamento conjugis, ob legem Decimariam, plus quam decimam relictorum partem capere non poterat. *Ulp. tit.* 15. 16. Cujus antiqui juris veſtigia extant in *l.* 62. *l.* 78. *§. ult. h. t. l.* 42. *l.* 55. §. 1. *de Leg.* 2. *l.* 67. *ad L. Falcid.* & paſſim. Poſtea pœna cœlibatus, orbitatis, & leges Decimariæ abrogatæ ſunt per *l.* 1. & 2. *de Infirm. pœn. cœlib. orbitatis & decimar. ſublat.*

15. (4. Liberi, ex inceſtu vel adulterio quæſiti, à parentibus. *l.* 6. & *Auth. Ex complexu, C. de Inc. nupt.*

16. (5. Ipſi parentes inceſtuoſi à ſe invicem inſtitui prohibentur. *d. l.* 6.

17. (6. Mulier prohibetur inſtituere adulterum, & verſa vice. *l.* 13. *l.* 14. *de His quib. ut indign.*

18. (7. Liberi naturales ex Conſtitutione Juſtiniani in *Nov.* 89. *c.* 12. *Auth. Licet. C. de Nat. lib.* ſuperſtitibus liberis legitimis, non niſi unicam unciam ex teſtamento paterno capere poſſunt; octo verò uncias, ſi teſtatoris parentes ſoli ſuperſint. Quanquam olim liberi naturales tum ab extraneis, tum à patre in ſolidum inſtitui potuerint. *l.* 16. §. 1. *de His quæ ut ind. l.* 45. *de Vulg. & Pup. l. ult. de Jur. delib.* Legibus verò Conſtantini, Arcadii & Honorii multò inclementius, quam à Juſtiniano noſtro fuerunt ab inſtitutione excluſi. v. *l.* 1. *l.* 2. *C. de Natur. lib.*

19. (8. Conjux conjugi ſecundo prohibetur plus relinquere, quam uni ex prioris matrimo-

 nii

nii liberis, cui minimum relictum eſt. *l.* 6. *C. de Sec. nupt.*

20. Quicunque ex his cauſis incapaces non ſunt, heredes inſtitui poſſunt, adeoque & perſonæ nobis ignotæ. §. *ult. I. h.*

21. Capacitas autem in heredibus requiritur tribus temporibus, facti teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditæ hereditatis. §. 4. *I. de Her. qual. & diff. l.* 49. §. 1. *h.*

22. Incapacium partes pro non ſcriptis habentur, & coheredibus capacibus, aut heredibus legitimis, non fiſco, adquiruntur. *l.* 1. *C. h. l.* 3. *de His quæ pro non ſcript. hab.*

23. Numerus heredum definitus non eſt, ſed quot lubet, tot in infinitum inſtituere licet. §. 4. *I. h. t.*

24. Diſtributionem & partes hereditatis quod attinet, teſtatoris arbitrio permittitur hereditatem in tot partes dividere, quot vult. Quanquam ſolennis & recepta diſtributio fuerit in aſſem, ſeu XII. uncias. *l.* 13. §. 1. *h.* Solebant enim Veteres, ut pleraque alia, ita hereditatem quoque metiri per aſſem & ejus partes. Aſſem vocabant omne totum ſeu ſolidum, cujus partes faciebant duodecim. vide *d. l.* 13. §. 1. *h. l. pen.* §. 1. *Qui ſat. cog. l.* 40. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 8. *de R. V. l.* 39. §. 2. *de Evict. l.* 26. *C. de Uſur.* Uncia, quaſi unica, eſt duodecima pars, quæ dividitur in duas ſemiuncias *l.* 8. §. 8. *de Inoff. teſt. l.* 21. §. 2. *de Ann. leg.* in tres duellas, ſive binas ſextulas, in quatuor ſicilicos. *d. l.* 21. §. 2. in ſex ſextulas, & viginti quatuor ſcrupula, ſeu ſcriptula. v. *Cicer. pro Cecin. c.* 6. Seſcuncia eſt uncia cum dimidiâ. *l.* 42. *de Vulg. &*

Pup.

Pup. l. 5. pr. de Legat. præſt. contr. tab. d. l. 8. §. 8. Sextans eſt pars ſexta aſſis, ſeu duæ unciæ. Quadrans, quarta pars aſſis, ſeu tres unciæ, Triens, tertia pars aſſis, ſeu quatuor unciæ. Quincunx, quinque unciæ. Semis, ſex unciæ. Septunx, ſeptem. Bes, octo. Dodrans, novem, Dextans, decem. Deunx, ſeu Decunx, undecim. As, duodecim.

25. Atque hæc quidem uſitatiſſima & ſolennis aſſis, ſeu totius hereditatis, diſtributio eſt, à quâ tamen recedere, pluresque vel pauciores conſtituere partes, teſtatori integrum eſt: nam unciæ tot efficiunt aſſem, quot teſtator voluit. §. 3. *I. b.* l. 13. §. 1. 2. 3. *ult. l.* 18. *D. h. l.* 13. *D. de Lib. & Poſt.* Ita Dupondius duos aſſes, ſeu ſedecim ſeſcuncias, vel 24 ſemûncias; Tripondius 36. uncias continens, aſſem conſtituit.

26. Quin &, hoc amplius, inſuper habitâ aſſis mentione, poteſt hereditas in naturales partes dividi. *l. 76. de Acq. Her. l.* 2. §. 7. *de Collat. Bon. l.* 21. §. 2. *de Ann. Leg.* §. 7. *I. b.*

27. Unus heres, ſive ex parte hereditatis, ſive ex re certâ inſtitutus, totam hereditatem capit, licet teſtator eum totam capere expreſſè prohibuerit. *l.* 1. §. *ult. de Vulg. & pup.* Ratio eſt in §. 5. *I. b. & l. 7. de R. J.*

28. Adeo ut pars vacans, etiam invito teſtatore, heredi inſtituto accreſcat potius, quam heredibus ab inteſtato cedat, quia nemo facere poteſt, quo minus leges in ſuo teſtamento locum habeant. *l. 55. de Leg.* 1.

29. Contra rigorem tamen ſtricti Juris dicendum videtur, heredem, ob voluntatem teſtatoris, cogendum, ad partem vacantem reſtituendam iis, quorum in gratiam plus parte definitâ he-

heredem capere prohibuit, arg. *l. 69. in pr. de Leg.* 2. Nec obſtat *l. 9. §. 13. h.*

30. Si teſtator unum pluresve non ex partibus hereditariis, ſed ex re certa inſtituerit, intelliguntur & ipſi ex aſſe inſtituti. *l. 1. §. 4. h.* idque æqualiter in cæteris rebus, licet inſtituti ſint ex partibus inæqualibus rei certæ; niſi appareat, teſtatorem voluiſſe eidem inæquali partitioni & in ceteris ſtari. *d. l. 9. §. 13. l. 11. l. 35. h. t.*

31. Ex eadem ratione, ſi quem teſtator ex ſolo uſufructu inſtituit, detractâ uſusfructus mentione, inſtitutus pleno jure heres erit. *d. l. 1. §. 4. l. 74. D. l. 13. C. h.*

32. Quod ſi unus ex re certâ ſit inſtitutus, aliusque ei coheres, citra mentionem partis, ſit additus, prior loco legatarii eſt. *l. 13. C. de Her. inſt. l. 41. §. ult. de Vulg. & pup.*

33. Pluribus inſtitutis, intereſt an nulli, an omnibus, an quibusdam teſtator partes adſcripſerit. Si nulli, omnes in æquas partes ſuccedunt. *§. 6. I. l. 9. §. 12. D. h.* ita tamen ut conjuncti unius tantum perſonæ vice funguntur. *l. 11. l. 13. l. 15. pr. l. 53. l. 59. §. 2. h. l. 34. de Leg. 1. l. un. §. 10. C. de Cad. toll.* niſi celeritatis gratiâ, adjunctâ particulâ *æque*, vel *æqualiter*, conjunctio facta ſit. *l. 66. h. l. 13. pr. eod.* vel teſtator omnes uno orationis ambitu, unoque verbo complexus ſit. *l. ult. C. de Impub. & alior. ſubſt.* vel aliter perſpicua ſit voluntas teſtatoris, omnes ad viriles partes vocantis. vide *l. 88. §. 6. de Leg. 2. l. 14. D. h. t.*

34. Si teſtator omnibus partes dederit, diſtinguendum, an partes expleant aſſem, quo caſu nihil accreſcit, aut decreſcit; an diſtributæ ſint

In-

infra aſſem, quo caſu partes vacantes ſingulis pro ratâ accreſcunt. *d.* §. 7. *I. l.* 13. *pr.* & §. 2. 3. *h. l.* 13. *de Lib.* & *Poſt. l.* 3. *C. de Teſt. mil.* an aſſem excedant, quo caſu partes, aſſis quantitatem excedentes, ſingulis pro rata decreſcunt. *d. l.* 7. *l.* 13. *h.*

35. Quod ſi quibusdam, cum partibus expreſſis, inſtitutis, alii ſine partibus adjecti ſint, iterum diſtinguendum eſt; an partes definitæ ſint infra, an ſupra aſſem, an aſſem exæquent. Primo caſu, quod deeſt aſſi, cedit inſtitutis ſine parte. §. 6. *I. l.* 17. *D. h.*

36. Altero caſu, quod dupondio, vel ſi id quoque expletum ſit, quod tripondio deeſt, cedit inſtitutis ſine parte. §. 7. & 8. *I. l.* 2. *l.* 17. *l.* 18. *D. h. t.*

37. Tertio caſu, ſcilicet ſi partes exæquent aſſem, ſine parte ſcripti in novum aſſem, ſeu mediam, vel ſi dupondium exæquant, in tertiam hereditatis partem ſuccedunt. *d. l.* 17. §. *ult. D.* §. 8. *I. h.* Has enim omnes partes ad aſſem poſtea revocari, & tacito jure hereditatem in juſtam diviſionem reſolvi, docet Imperator *d.* §. & JC. in *l.* 13. §. 1. 2. *h. t.*

38. Caſum ſingularem & notabilem, de partibus hereditatis, vide in *l.* 13. *D. de Lib.* & *Poſt.*

39. Ad formam modumque inſtituendi, præter bene expreſſam teſtatoris voluntatem, nihil requiritur; nec refert, verbis quibuslibet, an ſignis & demonſtrationibus, fiat inſtitutio. *l.* 1. §. 1. 3. 5. 6. 7. *l.* 9. §. 8. 9. *D. l.* 7. *l.* 15. *C. de Teſtam.* adeo ut ne illa quidem inſtitutio inutilis ſit, quæ fit cum maledicto, objurgandi & monendi heredis gratiâ. *l.* 48. §. 1. *h. l.* 3. *de Lib.* & *Poſt.* (Secus ſi maledictum contumeliæ cau-

ſâ adjiciatur. *l.* 9. §. 8. *h. t. l.* 54. *de Leg.* 1.) modò de perſonâ heredis conſtet. *d. l.* 9. *l.* 62. §. 1. *D. l.* 4. *C. h.*

40. Ex eadem ratione heredes & pure, & ſub conditione inſtitui poſſunt, de quâ ad *tit.* 7. & in diem incertum, qui conditionem in teſtamento facit. *l.* 75. *de Cond. & Demonſtr.* Idem juris eſt in Contractibus. *l.* 45. §. 3. *de V. O.*

41. Ex certo tempore, vel in certum tempus inſtitutio fieri nequit, ita ut dies adjectus pro non ſcripto habeatur, ſalvâ manente inſtitutione. §. 9. *I. l.* 34. *D. h.* Ratio eſt in §. 5. *I. h. l.* 7. *de R. J. l.* 88. *h. l.* 7. §. 10. *de Minor.* Scilicet, quia nemo jure Romano pro parte bonorum, vel pro parte temporis poteſt decedere teſtatus & inteſtatus. vide. *l.* 213. *de V. S.* §. 2. *I. de V. O. l.* 21. *Quando dies Leg.* De conditione & die incerto v. infra *Tit.* 7.

42. Inutilis eſt & nullius momenti inſtitutio (1. Si ſit captatoria, ſeu captandæ hereditatis alienæ causâ facta, ut: quâ ex parte Titius me heredem faciat, ex eadem mihi heres eſto. *l.* 70. *& ſeq. h. l.* 64. *de Leg.* 1. *l.* 11. *C. de Teſt. mil.* Ratio eſt, quia omnis alienæ hereditatis captatio eſt mali exempli & plena triſtiſſimi eventus, cum captatores hereditatum etiam præſumantur eſſe captatores alienæ mortis, & bona etiam per nefas malle habere, quam diutius exſpectare. *l. ult. C. de Pact. l.* 29. §. *ult. de Donat. l.* 2. §. 2. *de Vulg. & pup. ſubſt.* Inſtitutio autem in præteritum collata, adeoque non ad captandum, ſed ad remunerandum comparata, *l.* 2. *l.* 19. *l.* 71. *l.* 81. §. 1. *h. l.* 20. §. *ult. D. de Cond. inſtit.* ut & quæ mutuis affectionibus judicia provocat, valet. *l.* 70. *h.* Modo he-

heres teſtatorem jam antea revera inſtituerit; ſed & a captatoria differt & licita eſt inſtitutio non improbe captata, ſed reverentia & obſequio promerita & quæſita. *l. ult. D. l. ult. C. Si quis aliq. teſt. probib. Voet. ad b. t. n.* 28. *Wiſſenb. ad b. t. tb.* 16. (2. Si teſtator non certo conſilio, ſed alieno arbitrio heredem ſcribat. *l.* 32. *b.* (3. Si in perſonâ heredis erratum ſit, aut de eâ non certò conſtet. *l.* 9 *pr. l.* 62. §. 1. *D. l.* 4. *C. b.* (4. Si perplexa ſit inſtitutio. *l.* 16. *de Cond. Inſt.* junct. *l.* 141. §. 1. *de R. J. l.* 188. *eod.* v. *l.* 88. *ad L. Falcid. l.* 104. §. 1. *de Leg.* 1.

TIT. VI.

De Vulgari & Pupillari ſubſtitutione.
Cod. 6. 25. & 26.

1. Subſtitutio accipitur vel latius vel ſtrictius. Latius accepta eſt, *quælibet ſubordinatio & ſuffectio cujuscunque, ſive beredis, ſive fideicommiſſarii, ſive legatarii, in locum alterius. l.* 6. *C. de Legat. l.* 64. *l.* 77. §. *pen. l.* 87. §. 2. *de Leg.* 2. *l.* 14. *C. de Fideic. l.* 41. §. 3. *b. t.*

2. Adeoque eſt vel directa, vel fideicommiſſaria. Directa, *quæ fit verbis directis, & civilibus, ut: Titius beres eſto, ſi Titius beres non erit, Cajus beres eſto. l.* 7. *l.* 15. *D. l.* 5. *l.* 7. *C. b.* §. *pen. de Jur Codicill.* Fideicommiſſaria, *quæ fit verbis precariis & indirectis, cum teſtator beredem inſtitutum rogat, ut bereditatem, vel partem ejus, aut rem ſingularem alteri reſtituat. d. l.* 6. *l.* 64. *l.* 77. & *l.* 57. §. 1. 2. *ad SC. Treb. d. l.* 41. §. 3. *b. t.*

3. Pro-

3. Proprio & ſtrictiore ſenſu accepta ſubſtitutio eſt, *ſecundo vel ulteriore gradu facta heredis inſtitutio*. *l.* 1. *l.* 43. §. 2. *in f. h. t. l.* 8. *C. h.*

4. Dicitur: *Secundo*. Quia Veteres omnes ſubſtitutos, etſi ulteriore gradu collocatos, *ſecundos* heredes vocant; ut inſtitutos, *primos*. *l.* 13. §. *ult. D. de Teſt. mil. l.* 43 §. 3. *in f. h. d. l.* 8. *C. h. t. l.* 3. *C. de Hered. inſt.* Sic & omnes nuptiæ, quæ contrahuntur poſt primas, vocantur ſecundæ, licet ſint tertia, vel ulteriore vice contractæ. *tit. C. de Sec. Nupt. l.* 4. *C. de Bon. quæ lib.* ubi tamen ſit mentio nuptiarum tertiarum, quartarum, ſed hoc eſt rariſſimum.

5. *Vel ulteriore*. Quia, cum ſæpe, deficientibus primis ſecundiſque heredibus, teſtamentum irritum fiat, plures heredum gradus facere licet. *pr. I. h.* §. 4. *I. de Her. inſt. l.* 32. *l.* 36. *D. h. l.* 2. §. 4. *de Bon. poſſ. ſec. tab. l.* 3. *C. de Her. inſt. Suet. in Jul. c.* 83. *Horat.* 2. *Sat.* 5. *v.* 48. Qui autem tertio, quartove, vel ulteriore gradu ſubſtituuntur, plerumque *ſecundi*; aliquando ab ordine *tertii*, *quartive* heredes appellantur. *Sueton. in Aug. c. ult. Tacit.* 1. *Annal. c.* 8.

6. *Gradu*. Gradus hic ſunt plures heredum inſtitutorum, ſubſtitutorumque ordines. *l.* 2. §. 4. *de Bon. poſſ. ſec. tab. l.* 69. *de Acq. hered. l.* 57. *in f. ad SC. Treb.* Alio ſenſu hæc vox accipitur in *tit. D. & Inſt. de Gradib.* ubi notat certam cognatorum ſubſtantiam.

7. Dicitur: *Inſtitutio*. Ut appareat definitione ſubſtitutionis, propriè dictæ, non contineri fideicommiſſa. *l.* 6. §. 5. *ad SC. Treb. l.* 39. §. 3. *de Adm. tut. l.* 77. §. 13. *de Leg.* 2. §. 3. *I. de Fid. her.*

8. Subſtitutionis ſpecies duæ ſunt, Vulgaris &

& Pupillaris. Plures enim ſpecies nec Veteres agnoverunt, nec meliores Interpretes admittunt. Nam ſubſtitutio compendioſa, reciproca, breviloqua, precaria, ſive fideicommiſſaria, & militaris non ſunt diverſæ ſpecies ſubſtitutionum proprie dictæ, licet Perezius non vereatur etiam has admittere ſpecies.

9. Vulgaris ſubſtitutio eſt, *quæ fit à quolibet teſtatore, cuilibet heredi, in caſum primum, quo primus, ſive inſtitutus, heres non erit.* v. *l.* 45. *D. l.* 8. *C. h. t.*

10. *Quo primus heres non erit.* Graduum enim à teſtatore factorum, effectus eſt, quod inſtitutus & ſubſtitutus impediantur ſimul heredes eſſe. *l.* 37. *de Her. inſt.* nec ſubſtituto locus ſit, quamdiu admitti poteſt prior heres inſtitutus. *l.* 3. *l.* 69. *de Adq. Her.*

11. Exceptio eſt in §. *ult. I. de Vulg. Subſt.* ubi Mævius ſubſtitutus cum domino ſervi, quem teſtator, facti ignorantiâ deceptus, ſui juris exiſtimans, heredem inſtituerat, *admittitur in partem. d.* §. ſcilicet æqualem, ſeu ſemiſſem, arg. *l.* 43. *de Uſufr. l.* 164. §. 1. *de V. S.* Nihil in contrarium movente *l.* 40. *D. de Her. inſt.* ubi poſt Cujacium nemo ferè dubitat pro, *alter ſemis*, legendum videri, *As.* Quanquam nulla opus ſit emendatione, ſi cum Vinnio aliisque *d. l.* 40. accipiamus de caſu, quo Sempronius ſimul erat coheres & ſubſtitutus, tunc enim primo accipit ſemiſſem, tanquam coheres, & præterea dimidiam partem alterius ſemiſſis, & ſic dodrantem, ſive novem uncias; ſi teſtator erraverat circa perſonam ſubſtituti. Caſum adhuc magis ſingularem, in quo ſubſtitutus præfertur inſtituto, vid. *in l.* 55. *& l.* 57. *de Her. inſt.*

12. Ca-

12. Caſus autem, *Si heres non erit*, exiſtit (1. Si heres inſtitutus ante teſtatorem moriatur. *l. un.* §. 4. *C. de Cad. toll.* (2. Si poſt obitum teſtatoris heres eſſe nolit. (3. Si hereditatem, forte ob deportationem aliudve vitium, adire non poſſit. *l.* 3. *C. de Her. inſt.* arg. l. 56. *Sol. matr.* Quin &, hoc amplius, alterutro horum caſuum, *ſi noluerit*, vel *non potuerit*, expreſſo, alterum interpretatione ſupplendum, & perinde habendum, ac ſi uterque expreſſus esſet, verius eſt, arg. *l.* 3. *C. de Inſt. & Subſt. d. l.* 3. *C. de Her. inſt. l.* 4. *D. h. l.* 25. *in f. de Lib. & Poſt. l.* 22. *ad SC. Treb.* Non obſtat. *l.* 10. *de Lib. & Poſt.* Hæc enim lex eſt abrogata per *l. ult. C. de Poſth. her. inſtitut.* & non loquitur de ſubſtitutione, ſed de inſtitutione poſthumi.

13. Denique hæc verba, *ſi heres non erit*, pro diverſâ conditione heredis inſtituti, aliter atque aliter ſunt accipienda & interpretanda. In extraneo herede ſui juris ſignificant: ſi neque ſibi hereditatem adquiſierit, neque alium, ſcilicet patrem, aut dominum, mutatâ conditione, heredem fecerit, id eſt, patri vel domino, in cujus poteſtatem redactus erit, poſtea hereditatem acquiſiverit. *l.* 67. *de Acq. her. l.* 3. *in f. C. de Her. inſtit.* In extraneo herede alieni juris notant: ſi vel ipſe heres non erit, vel illi, cujus in poteſtate eſt, hereditatem non adquiſierit. §. *ult. I. de Vulg. l. ult. C. de Bon. quæ Lib.* In ſuo herede pubere: Si ſe paternâ hereditate abſtinuerit; neque enim notant nudam ſui heredis exiſtentiam, ſed immixtionem. Ratio eſt, ne nudum nomen & vanus titulus noceat heredi ſubſtituto. *l.* 12. *de Interr. in Jur. fac. l.* 2. §. 8. *ad SC. Tertull.* ita ut ſi liberis, ſuis here-

di-

dibus, ſubſtitutum ſit vulgariter, heres inſtituti præferatur ſubſtituto, ſi inſtitutus ſe non abſtinuerit, ſed immiſcuerit; adeoque conditio, *ſi heres non erit*, hic ita explicanda eſt, ut ea ex mente teſtatoris defeciſſe, & ſubſtitutus excluſus intelligatur, non, cum heres ſuus nudo nomine, ſed re ipſa & cum effectu heres ſit. v. *l.* 67. *de R. N. l.* 68. *de Leg.* 1. cum in ſubſtitutione pupillari, expreſsâ vel tacitâ, ſola & nuda ſui heredis exiſtentia confirmet tabulas pupillares, ad id, ut ſubſtitutus admittatur. *l.* 42. *de Adq. her. l.* 30. §. 10. *de Fid. Lib.*

14. In ſervo teſtatoris herede neceſſario inſtituto, adeoque & jure veteri, quo liberi neceſſarii quoque heredes erant, in liberis tollunt adeundi neceſſitatem, ſi ſubſtitutus adire velit, arg. *l.* 12. *de Cond. inſt. l.* 86. *de Her. inſt. l.* 69. *eod.*

15. Ita tamen, ut per ſubſtitutionem vulgarem, ſuis heredibus factam, non tollantur jura & effectus ſuitatis, quantum ad hereditatis tranſmiſſionem, aliaque attinet, arg. *l. un.* §. 5. 13. *C. de Cad. toll. l. un. C. de His, qui ant. ap. tab.*

16. Teſtatoris in ſubſtituendo poteſtas tam latè patet, ut & uni plures, & pluribus unum, & ſingulis ſingulos, & plures ſibi invicem ſubſtituere poſſit. §. 1. *I. de Vulg. l.* 36. §. 1. *l.* 4. §. 1. *h. t. l.* 64. *de Leg.* 2.

17. Cum autem, ut inſtitutio, ita & ſubſtitutio nitatur benevolentiâ teſtatoris erga heredes, conſequitur, teſtatorem, uti dilexit heredes in inſtituendo, ita eosdem dilexiſſe videri in ſubſtituendo, adeoque, reciprocâ ſubſtitutione factâ, ſine mentione partium, easdem partes dediſſe videri in ſubſtitutione, quas dedit in in-

12. Caſus autem, *Si heres non erit*, exiſtit (1. Si heres inſtitutus ante teſtatorem moriatur. *l. un.* §. 4. *C. de Cad. toll.* (2. Si poſt obitum teſtatoris heres eſſe nolit. (3. Si hereditatem, forte ob deportationem aliudve vitium, adire non poſſit. *l.* 3. *C. de Her. inſt.* arg. l. 56. *Sol. matr.* Quin &, hoc amplius, alterutro horum caſuum, *ſi noluerit*, vel *non potuerit*, expreſſo, alterum interpretatione ſupplendum, & perinde habendum, ac ſi uterque expreſſus eſſet, verius eſt, arg. *l.* 3. *C. de Inſt. & Subſt. d. l.* 3. *C. de Her. inſt. l.* 4. *D. h. l.* 25. *in f. de Lib. & Poſt. l.* 22. *ad SC. Treb.* Non obſtat. *l.* 10. *de Lib. & Poſt.* Hæc enim lex eſt abrogata per *l. ult. C. de Poſth. her. inſtitut.* & non loquitur de ſubſtitutione, ſed de inſtitutione poſthumi.

13. Denique hæc verba, *ſi heres non erit*, pro diverſâ conditione heredis inſtituti, aliter atque aliter ſunt accipienda & interpretanda. In extraneo herede ſui juris ſignificant: ſi neque ſibi hereditatem adquiſierit, neque alium, ſcilicet patrem, aut dominum, mutatâ conditione, heredem fecerit, id eſt, patri vel domino, in cujus poteſtatem redactus erit, poſtea hereditatem acquiſiverit. *l.* 67. *de Acq. her. l.* 3. *in f. C. de Her. inſtit.* In extraneo herede alieni juris notant: ſi vel ipſe heres non erit, vel illi, cujus in poteſtate eſt, hereditatem non adquiſierit. §. *ult. I. de Vulg. l. ult. C. de Bon. quæ Lib.* In ſuo herede pubere: Si ſe paternâ hereditate abſtinuerit; neque enim notant nudam ſui heredis exiſtentiam, ſed immixtionem. Ratio eſt, ne nudum nomen & vanus titulus noceat heredi ſubſtituto. *l.* 12. *de Interr. in Jur. fac. l.* 2. §. 8. *ad SC. Tertull.* ita ut ſi liberis, ſuis here-

di-

dibus, ſubſtitutum ſit vulgariter, heres inſtituti præferatur ſubſtituto, ſi inſtitutus ſe non abſtinuerit, ſed immiſcuerit; adeoque conditio, *ſi heres non erit*, hic ita explicanda eſt, ut ea ex mente teſtatoris defeciſſe, & ſubſtitutus excluſus intelligatur, non, cum heres ſuus nudo nomine, ſed re ipſa & cum effectu heres ſit. v. *l.* 67. *de R. N. l.* 68. *de Leg.* 1. cum in ſubſtitutione pupillari, expreſsâ vel tacitâ, ſola & nuda ſui heredis exiſtentia confirmet tabulas pupillares, ad id, ut ſubſtitutus admittatur. *l.* 42. *de Adq. her. l.* 30. §. 10. *de Fid. Lib.*

14. In ſervo teſtatoris herede neceſſario inſtituto, adeoque & jure veteri, quo liberi neceſſarii quoque heredes erant, in liberis tollunt adeundi neceſſitatem, ſi ſubſtitutus adire velit, arg. *l.* 12. *de Cond. inſt. l.* 86. *de Her. inſt. l.* 69. *eod.*

15. Ita tamen, ut per ſubſtitutionem vulgarem, ſuis heredibus factam, non tollantur jura & effectus ſuitatis, quantum ad hereditatis transmiſſionem, aliaque attinet, arg. *l. un.* §. 5. 13. *C. de Cad. toll. l. un. C. de His, qui ant. ap. tab.*

16. Teſtatoris in ſubſtituendo poteſtas tam latè patet, ut & uni plures, & pluribus unum, & ſingulis ſingulos, & plures ſibi invicem ſubſtituere poſſit. §. 1. *I. de Vulg. l.* 36. §. 1. *l.* 4. §. 1. *h. t. l.* 64. *de Leg.* 2.

17. Cum autem, ut inſtitutio, ita & ſubſtitutio nitatur benevolentiâ teſtatoris erga heredes, conſequitur, teſtatorem, uti dilexit heredes in inſtituendo, ita eosdem dilexiſſe videri in ſubſtituendo, adeoque, reciprocâ ſubſtitutione factâ, ſine mentione partium, easdem partes dediſſe videri in ſubſtitutione, quas dedit in in-

ſtitutione. §. 2. *l. de Vulg. l.* 74. *de Leg.* 1. Niſi alia mens apparet teſtatoris. *l.* 24. *h.* veluti ſi ſubſtitutio fiat repetitis propriis ſingulorum nominibus, arg. *l.* 124. *de Leg.* 1. *l.* 23. *in f. l.* 24. *ad SC. Treb.*

18. Ex eadem præſumpta mente teſtatoris, *ſubſtitutus ſubſtituto intelligitur etiam ſubſtitutus inſtituto.* §. 3. *I. de Vulg. l.* 27. *l.* 41. *h.*

19. Subſtitutio vulgaris eſt vel expreſſa, vel tacita, quæ ſub expreſſa pupillari continetur. *l.* 4. *h.*

20. Tollitur & evaneſcit hujus ſubſtitutionis effectus. (1. Si ſubſtitutus ante inſtitutum moriatur. *l.* 1. *l.* 47. *h.* (2. Si inſtitutus hereditatem adierit; niſi inſtitutus minor contra damnoſam hereditatis aditionem fuerit in integrum reſtitutus; tum enim adhuc ſubſtituto locus eſt. *l.* 44. *de Re jud. l.* 1. §. 10. *ad SC. Tertull.* (3. Si filius, cui pater vulgariter ſubſtituit, liberos ſuſceperit, arg. *l.* 102. *de Cond. & Dem. l.* 30. *C. de Fideicomm.*

21. Subſtitutio pupillaris eſt, *quâ paterfamilias liberis impuberibus, in poteſtate ſua, tempore mortis, factique teſtamenti, conſtitutis, licet exheredatis, heredem dat, in caſum ſecundum, quo impubes heres erit, & ante pubertatem morietur.*

22. Dicitur *pupillaris:* Quia fit pupillo, id eſt, filiofamilias impuberi, maſculo, 14. puellæ, 12. annis minori (v. *l.* 239. *de V. S.* junct. *l. ult.* §. 2. *de V. O. l.* 7. §. 3. *de Pecul.*) qui cum ſibi ipſi teſtamentum facere non poſſunt, *l.* 5. *Quib. teſt. fac.* moribus Romanorum receptum eſt, ut pater id eis faceret. *l.* 2. *D. pr. I. h.* ne liberi ſine teſtamento & herede decederent, quo nihil habebatur miſerabilius. v.

l. 6.

l. 6. *de Interr. l.* 5. *Teſtam. quemadm. aper.*

23. *Qua paterfamilias*; non mater, quanquam tabulis pupillaribus in caſum primum vulgariter liberis ſubſtituere poſſit, qui ſenſus eſt *Legis* 33. *D. h. t.* Nam ibi agi de ſubſtitutione vulgari apparet ex verbis: *ſi ſibi heres non erit*: pro *puberem* autem leg. ibi *impuberem*; ut recte legitur in aliis editionibus.

24. *Liberis in poteſtate conſtitutis.* Eſt enim hæc ſubſtitutio effectus patriæ poteſtatis, quare nec à matre, ut dictum, nec à patre, filio emancipato fieri poteſt. *l.* 2. *h.* Sed & neceſſe eſt, ut liberi proximum in poteſtate gradum obtineant: quare nepoti, licet in poteſtate conſtituto, vivo patre intermedio, ab avo ſubſtitui nequit, niſi ex formula legis Vellejæ. *d. l.* 2. *l.* 29. §. 13. *de Lib. & Poſt.*

25. Poſtumis quoque ſubſtitui pupillariter poſſe, nulla dubitatio eſt. §. 4. *I. de Pup. l.* 2. *l.* 46. *D. l. ult. C. de Inſt. & Subſt.*

26. *Tempore mortis factique teſtamenti*: v. *l.* 41. §. 2. *h. t.* arg. *l.* 49. §. 1. *de Her. Inſt.* §. 4. *I. de Her. qualit.*

27. *Licet exheredatis.* Vide §. 4. *I. de Pup. Subſt. l.* 1. §. 2. *l.* 10. §. 5. *h.* arg. *l.* 4. *de Teſt. tut.* Quanquam pater legata ab iis relinquere non poſſit. *l.* 41. §. 3. *h. l.* 41. §. 3. *de Teſtam. mil. l.* 126. *de Legat.* 1. *l.* 24. *C. de Legat.*

28. *In caſum ſecundum.* Ita tamen, ut ſubſtitutione liberis impuberibus in alterutrum caſum facta, pater in utrumque caſum ſubſtituiſſe intelligatur. *l.* 4. *h.* Nam & vulgaris expreſſa tacitam continet pupillarem. *d. l.* 4. (niſi voluntas patris manifeſte refragetur. *d. l.* 4. §. 2. *l.* 45. *D. l.* 4. *C. h.* ut, ſi in conditione vulgaris ſub-

 ſti-

ſtitutionis reciprocæ comprehenderit perſonam, cui pupillariter ſubſtitui nequit. *dd. ll.*) & verſâ vice, expreſſus caſus ſubſtitutionis pupillaris continet tacitam vulgarem. *d. l.* 4. *pr. &* §. 2. *h.*

29. *Quo impubes heres erit.* id eſt, patri ſupervixerit, licet ſe à paterna hereditate abſtinuerit. Hoc enim illud ipſum eſt, quod dici ſolet, nudam ſui heredis exiſtentiam confirmare tabulas pupillares. *l.* 12. *h. l.* 41. *l.* 42. *de Adq. Her. l.* 28. *de Reb. Auct. l.*44. *de Re jud. l.*30. §.10. *de Fideic. hered.* quare ſubſtitutus præferetur heredibus inſtituti defuncti. *dd. ll.* Non obſtat *l.* 11. §. 1. *ad SC. Treb.* ibi enim extraneus heres una cum filio inſtitutus & eidem ſubſtitutus eſt, ac fideicommiſſo gravatus, quo caſu ut effectum habeat fideicommiſſum, opus eſt aditione hereditatis, non autem ut confirmentur tabulæ pupillares. Vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 27. *Voet. ad h. t. n.* 21.

30. *Et ante pubertatem morietur.* Nam, licet in brevius tempus ſubſtitui poſſit, *l.* 21. *l.* 43. §. 1. *h.* ultra tamen pubertatem ſubſtitutio pupillaris fieri nequit, §. 8. *I. l.* 7. *l.* 14. *h.* Adeo ut, in longius tempus facta, ne quidem valeat jure fideicommiſſi. Non obſtat. *l.* 76. *ad SC. Treb.* Nam *d. l.* loquitur de ſubſtitutione directe facta in codicillis, quæ ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, non autem de ſubſtitutione pupillari, facta intra tempus pubertatis.

31. Solis militibus ultra tempus pubertatis directò ſuſtituere licet, etiam exheredato, & emancipato filio. *l.* 15. *D. l.* 8. *C. h. l.* 5. *l.* 41. §. 4. *de Teſt. mil. l.* 6. *C. eod. tit.*

32. Cum autem pupillare teſtamentum, & ſubſtitutio, pars ſit & ſequela teſtamenti paterni, §. 5. *I. de Pup. l.* 2. §. 1. *h.* adeoque unum quo-

quodammodo teſtamentum, *l.* 20. *b.* vel unum certe teſtamentum duarum cauſarum, ſeu hereditatum, §. 2. *I. eod. l.* 2. §. 1. *b.* conſequitur, teſtatorem pupillariter ſubſtituere non poſſe, niſi & ſibi faciat teſtamentum, *d. l.* 2. §. 1. idque vel eodem tempore & contextu, quo caſu non intereſt, an quis ſibi prius, an filio heredem ſcribat; §. 24. *Inſt. de Legat. l.* 2. §. 5. *b.* vel ex intervallo diverſisque tabulis; *l.* 16. §. 1. *l.* 20. §. 1. *b.* quo caſu neceſſe eſt, ut ſibi prius, deinde filio heredem ſcribat. *l.* 2. §. 4. *& ult. b.*

33. Ex eodem principio deducitur, non valente teſtamento paterno, nec filii valere. §. 5. *I. b. l.* 129. §. 1. *l.* 178. *de R. J.* Ita tamen, ut jure noviſſimo, reſciſſo per querelam inofficioſo teſtamento, tabulæ pupillares non infirmentur. *Nov.* 115. *c.* 3. *inf.* Secus quam Jure veteri. *d.* §. 5. *in f. l.* 28. *in f. de Inoff. teſt.*

34. Ad modum formamque ſubſtitutionis quod attinet, poteſt teſtator vel ſingulis liberis, vel ultimo ex illis morituro ſubſtituere. §. 6. *I. de Pup. Subſt. l.* 37. *b.* quo caſu, ſubſtituto etiam tunc locus erit, quando liberi omnes uno naufragio aliove caſu fortuito, veluti incendio, ruina, prælio, pereunt. *l.* 34. *b.*; & cui non obſtat. *l.* 34. *ad SC. Treb.* De ſimul mortuis plura vid. infr. *tit. de Reb. dub. th.* 5.

35. Sed & vel nominatim, vel generaliter poteſt fieri ſubſtitutio, veluti: quisquis mihi heres erit, idem filio meo heres eſto. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 8. §. 1. *l.* 10. *pr. D. l. ult. C. b. l.* 70. *de V. S.*

36. Si duobus impuberibus filiis heredibus inſtitutis, hâc formulâ facta ſit ſubſtitutio, *ſi uterque impubes deceſſerit*, non eſt locus ſubſtituto, niſi ante pubertatem mortuo utroque *l.* 10.

 C.

C. de Impub. & al. ſubſt. arg. *l.* 30. *D. b. t.*

37. Ut ſecuritati pupilli magis conſulatur, & caveatur ab inſidiis ſubſtitutorum, poteſt ſubſtitutio pupillaris ſeparatim ſcribi in inferioribus teſtamenti tabulis, proprio lino, propriâque cerâ obſignatis, §. 3. *I. de Pup. Subſt.*

38. Effectus ſubſtitutionis pupillaris eſt, quod ſubſtitutus omnia capiat pupilli bona, ſive à patre, ſive aliunde profecta. §. 4. *I. l.* 10. §. 5. *D. b. t.* excluſis matre & fratre impuberis non modo à ſucceſſione, ſed & à querela inofficioſi teſtamenti. *l.* 8. §. 5. *D. de Inoff. teſt.* Quodque ſubſtitutus pupillaris utramque tum patris, tum impuberis hereditatem adire ſimul debeat, vel repudiare, nec alteram ab altera ſeparare poſſit. *l.* 10. §. 2. 3. *D. b.* niſi permittente magiſtratu. *l.* 12. *b.* vel niſi impubes ſe non immiſcuerit paternæ hereditati. *l.* 28. *de Reb. Auct. l.* 42. *de Adq. Her.*

39. Evaneſcit Pupillaris ſubſtitutio, (1. Pubertate. *l.* 14. *b.* (2. Si impubes ante patrem moriatur, vel, vivo patre, ſui juris fiat. *l.* 41. §. 2. *b.* (3. Si patris teſtamentum totum ſit infirmatum. *l.* 16. §. 1. *b. t. l.* 8. §. 5. *de Inoff. teſt. l.* 129. §. 1. *de R. J.* Per captivitatem patris teſtatoris uti nec teſtamentum, ita nec ſubſtitutio tollitur. *l.* 28. *b. l.* 12. *Qui teſt. fac.* §. *ult. I. eod.* §. 5. *J. Quib. mod. jus patr. pot. ſolv.*

40. Exemplaris, ſeu Quaſi Pupillaris ſubſtitutio eſt, quà parentes utriusque ſexus, liberis mente captis, vel furioſis, prodigis, ſurdis, mutis, licet exheredatis, vel emancipatis, ſubſtituunt, etiam poſt pubertatem, in caſum, quo, eo morbo, per quem teſtari prohibentur, deceſſerint. §. 1. *I. de Pup. l.* 43. *D. l.* 9. *C. b.*

Sub-

Subſtituuntur primo furioſorum liberi, his autem deficientibus, fratris; extranei autem ſubſtitui nequeunt, niſi fratribus & ſororibus deficientibus. *d. l.* 9. Hæc ſubſtitutio extinguitur vitio, vel morbo ceſſante. *d.* §. 1. *d. l.* 9.

TIT. VII.

De Conditionibus Inſtitutionum.
Cod. 6. 46.

1. Conditio eſt, *qualitas adjecta negotio, quâ id differtur, donec ipſa exiſtat.* Vel, *quâ in futurum eventum differtur, quod dari, aut fieri volumus.* Eſt vel poſſibilis, vel impoſſibilis. Poſſibilis eſt poteſtativa, quæ à voluntate inſtituti, vel caſualis, quæ à fortunâ, vel mixta, quæ ab utrâque pendet. *l. un.* §. 7. *C. de Cad. toll.*

2. Quæ quidem ſpecies extraneis heredibus adjectæ ſuſpendunt inſtitutionem, ut, exiſtente demum conditione, vires capiat, *l.* 26. *h. t. l.* 11. §. 1. *Qui potior. l.* 8. *de Peric. & comm.* deficiente verò, evaneſcat, & hereditas ab inteſtato deferatur. §. 9. 11. *I. de Her. Inſt.*

3. Sui heredes ſub aliâ conditione inſtitui nequeunt, quam quæ ſit facilis & in ipſorum poteſtate poſita, ne, deficiente conditione, repeciantur contra legem præteriti. *l.* 15. *l. ult. h. l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 86. *de Her. inſt. l.* 83. *de C. & D.* Sed & filius, ſub conditione turpi inſtitutus, pro præterito habetur. *l.* 15. *h.*

4. Impoſſibilis conditio eſt, cui natura vel aliud quid impedimento eſt, quò minus exiſtat. §. 11. *I. de Inut. ſtipul.* Eſtque talis (1. Jure

l. 9. *l*. 14. *l*. 15. *h*. (2. Naturâ. (3. Facto, ſive ob circumſtantias locorum, temporis & ſimiles. (4. Perplexitate verborum.

5. Quarum tres priores ſpecies in omnibus ultimis voluntatibus pro non ſcriptis habentur. *dd. ll. l*. 1. *l*. 6. *l*. 20. *h*. §. 10. *I. de Her. inſt. l*. 12. §. 1. *l*. 104. §. 1. *de Leg*. 1. *l*. 5. §. 4. *Quand. dies Leg. l*. 55. *de Her. inſt. l*. 3. *de Cond. & Dem*. Secus eſt in contractibus *d*. §. 10. *I. de Inut. ſtip. l*. 7. *l*. 26. *l*. 61. *l*. 123. *de V. Obl*. Ratio differentiæ eſt in *l*. 31. *de O. & A*.

6. Conditiones libertati matrimonii contrariæ, licet poſſibiles, etiam pro non adjectis habentur. *l*. 22. *l*. 28. *l*. 63. *l*. 64. *l*. 72. §. 4. *de Cond. & Dem*. Nam non licet metu pœnæ libertatem matrimonii auferre vel reſtringere. *l*. 2. *C. de Inutil. Stipul. l*. 134. *de V. O*. a qua tamen regula Jure novo partim receſſum eſt. vid. ſupr. *tit. de R. N. th*. 89.

7. Sola quarta vitiat inſtitutionem. *l*. 16. *h. t. l*. 88. *ad Leg. Falc. l*. 188. *de R. J*. ut & conditio in ſe poſſibilis, ſed difficilis aut impoſſibilis reſpectu perſonæ, cui appoſita eſt. v. *l*. 4. §. 1. *de Statulib. l*. 14. §. 5. *de Relig*.

8. Stolidæ ac deriſoriæ conditiones, eodem modo ut turpes, pro non adjectis habentur. *l*. 14. *l*. 27. *h. l*. 113. §. *ult. de Leg*. 1. *l. ult*. §. *ult. de Aur. arg. leg. l*. 4. §. *pen. ad Leg. Jul. pecul. Camerar. Cent*. 1. *Hor. ſubſec. cap*. 12.

9. Conditiones plures conjunctim inſtitutioni appoſitæ, omnes implendæ ſunt. *l*. 5. *h. l*. 129. *de V. O*. ſin ſeparatim, uni obtemperare ſufficit. *d. l*. 5. *d. l*. 129. §. 11. *I. de Her. Inſt. l*. 110. §. 3. *de R. J. l*. 53. *de V. S*.

10. Quod ſi per eum fiat, quo minus conditio

tio impleatur, in cujus perſonâ implenda erat, vel per eum, cujus intererat, eam non impleri, pro impletâ habetur. *l.* 11. *h. t. l.* 14. *l.* 24. *l.* 31. *l.* 45. *de Cond. & Dem. l.* 5. §. 5. *Quando dies Leg. l.* 39. *l.* 161. *de R. J. l.* 33. §. 1. *de Fideic. libert. l.* 1. *C. de Inſt. & Subſt. l.* 85. §. *ult. de V. O.*

11. Si per tertium ſtet, quò minus impleatur conditio, defeciſſe cenſetur. *l.* 23. §. 2. *ad L. Aquil.* Non obſtat *l.* 34. §. 4. *de Legat.* 2. nam ibi factum tutoris habetur pro facto pupilli, non autem pro facto tertii, ſive extranei, quia tutor vice pupilli tanquam Domini fungitur. *l.* 28. *de Adm. tutor. l.* 157. *de R. J. Wiſſenbach. ad h. t. th.* 12.

12. Quod ſi per merum caſum fortuitum, vivo teſtatore contingentem, fiat, quo minus impleatur poteſtativa conditio, & tunc pro impleta habetur. *l.* 8. §. *pen. h. l.* 4. *C. h. t. l.* 54. §. 1. 2. *de Leg.* 1. Secus eſt, ſi caſus poſt mortem teſtatoris contingat, tunc enim conditio, quæ impleri non poteſt, habetur pro completa; *l.* 4. *C. de Cond. inſert. l.* 94. *de Cond. & Dem.*

13. Pro conditione in ultimis voluntatibus habetur dies incertus. *l.* 75. *de Cond. & Dem.* qui vel ſimpliciter & prorſus talis eſt, cum nec apparet, an venturus ſit, nec quando; aut ſecundum quid; cum vel incertum eſt tantum, quando, vel an unquam, ſit venturus. *l.* 30. §. 1. *de Leg.* 3. Idem Juris eſt in contractibus. *l.* 45. §. *ult. de V. O.*

14. Quod ſi vel utrumque ignoretur, vel id unum, an ſit venturus, valet haud dubie regula *d. l.* 75. *l.* 21. *inf. l.* 22. *Quando dies Leg. l.* 33.

de Vulg. & Pup. niſi morandæ ſolutionis, non obligationis cauſâ, dies incertus adjectus ſit. *l.* 26. §. 1. 2. *Quand. dies leg.* id eſt, niſi dies incertus non ipſi diſpoſitioni, veluti legato, ſed ſolutioni ejus ſit adjectus. *Sand.* 4. *Deciſ.* 4. 7.

15. Quod ſi certum ſit, diem exſtiturum eſſe, incertum quando; diſtinguendum, an dies appoſitus ſit ipſi heredi, an extraneo. Si ipſi heredi, ut, *Titius cum morietur, heres eſto*, dies non facit conditionem. *l.* 4. §. 1. *Quando dies Leg. l.* 17. *l.* 18. *D. de Cond. indeb. l.* 79. *de Cond. & Dem.* adeoque, detracto die, quaſi certo, inſtitutio pro purâ habenda eſt, & hereditas tranſit ad heredes heredis. *l.* 9. *C. de Her. Inſt.* Ratio eſt, quia certum eſt, diem eſſe venturum, & quidem vivo adhuc herede, quoniam tempus, ſive articulus mortis, adſcribitur vitæ, & ſub ea comprehenditur, ejusque partem conſtituit: *l.* 18. §. 1. *de Manum. teſt.* §. 14. *I. de Inutil. Stip.* ubi vid. *Vinn.* Idem juris eſt, ſi dies incertus appoſitus ſit in Legatariis, nec tunc non facit conditionem, ſed legatum debetur, ut purum. vid. *Sand.* 4. *Deciſ.* 4. 7. & 13. Si in extraneo, ut, *Titius heres eſto, cum Sempronius morietur*, dies pro conditione eſt. *d. l.* 4. *pr. l.* 1. §. 2. *de Cond. & Dem.* Ratio eſt, quia Titius heres inſtitutus poteſt mori ante extraneum, & ſic dies incertus ſive conditio deficeret. *l.* 79. *de Cond. & Dem.* Diem certum inſtitutioni adjectum pro non ſcripto haberi, dictum, & notum eſt ex §. 9. *I. de Her. Inſt. l.* 7. *de Legib.* Ratio eſt, quia nemo pro parte bonorum & pro parte temporis poteſt mori teſtatus & inteſtatus. *l.* 7. *de R. J.* Aliud juris eſt in Fideicommiſſo in diem certum relicto, quia ibi teſta-

ſtator non moritur pro parte temporis teſtatus, pro parte inteſtatus, ſed fiduciarius ſtatim poſt obitum teſtatoris eſt & manet heres. *l.* 88. *de Hered. Inſtit. l.* 7. §. 10. *de Minor*. Effectus autem inſtitutionis factæ ſub conditione valida eſt, quod interim bonis Curator detur. *l.* 1. *de Curat. bon. dand. l.* 2. *de Fer. l.* 13. *de Negot. geſt.* vel quod heres ſub conditione inſtitutus pendente conditione poſſideat hereditatem, præſtita cautione ſubſtitutis, aut ab inteſtato ſucceſſuris, de hereditate reſtituenda, ſi conditio defecerit. *l.* 12. *l.* 13. *Qui Satisd. cog.* vel quod adminiſtratio bonorum interim fiat per executores teſtamentarios ad uſus jus habentium. Uno pure, altero ſub conditione inſtituto, is, qui pure inſtitutus eſt, interim tantum habet partem. *l.* 52. §. 1. *de Acquir. hered. l.* 2. *C. Si pars hered. pet.* Secus ac in uſufructa legato. vid. *l.* 6. §. 1. *de Uſufr. accreſc.*

TIT. VIII.

De Jure Deliberandi. *Cod.* 6. 30.

1. Uti defunctorum intereſt, ut habeant ſucceſſores, ita intereſt & viventium, ne præcipitentur, dum juſte deliberant, an ſibi expediat hereditatem adire. *l.* 6. *de Interr. in Jur. fac. l.* 1. §. 12. *de Succeſſ. Ed.*

2. Heres enim ſuccedendo in univerſum jus, quod defunctus habuit, non minus æri alieno, à teſtatore contracto, aliisque oneribus, obnoxius fit, quam lucrum & commodum percipit, *l.* 8. *D. de Adq. Her. l.* 2. *C. de Her. vel act. vend. l. ult.*

l. ult. C. Her. act. l. 9. *de Prob. l.* 119. *de V. S. l.* 59. *de Reg. jur. l.* 10. *l. ult.* §. 14. *C. h. t.*

3. Quare, cum ſæpe nihil magis noſtram exſpectationem fruſtrari ſoleat, quam hereditas in ſpeciem lucroſa, revera autem damnoſa, ad evitanda incommoda damnoſarum hereditatum, ſequentes cautiones introductæ ſunt, (1. Jus abſtinendi. §. 2. *in f. I. de Her. qual. l.* 11. *l.* 57. *de Adq. her.* (2. Jus cretionis. Quod erat certum dierum ſpatium, inſtituto heredi ad deliberandum dari ſolitum, antequam cernat, adeatque hereditatem. *Ulp. fragm.* 22. §. 27. & *ſeq.* Cujus juris ſolennitas ſublata eſt per *l.* 17. *C. h.* licet ejus uſus non ſit abrogatus. v. *l.* 72. *de Adq. Her. l.* 13. §. *pen. eod.* Cretio autem eſt judicium heredis & deliberatio, adire vellet, nec ne, a cernendo, ſive inſpiciendo, quia hereditatem aditurus, ſolenni ritu, teſtibus præſentibus, & digitorum percuſſione, in rem præſentem veniebat, inſpecturus hereditatem & deliberaturus, an è re ſua eſſet, illam adire vel non: utebatur vero hac formula: *Cum me Mævius heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cernoque:* unde cretio & aditio hereditatis ſæpe promiſcue conjunguntur; Formula autem inſtitutionis ſub cretione erat hæc: *Titius heres eſto cernitoque in diebus centum proximis, niſi ita creveris & ſcieris:* cujus juris quoad centum dies veſtigium exſtat in *l.* 1. §. *ult.* & *l.* 2. *h. t.* Plura vid. apud *Wiſſenb. ad h. t. th.* 14. *Gravin. in Orig. Jur. pag.* 147. & *ſeq.* & *pag.* 457. & *ſeq. Perizon. ad Sanct. Minerv. lib.* 4. *cap.* 15.

4. (3. Jus deliberandi, quod eſt *jus, ad certum tempus, explorandi, & ſecum ſtatuendi, an ſibi expediat hereditatem adire, an non.* Quod he-

heredibus inſtitutis, ut & heredibus legitimis, conceditur, cum urgent heredes ab inteſtato, vel creditores, vel ſubſtituti, aut legatarii, ac fideicommiſſarii; quo caſu aut ſtatim reſpondere neceſſe habent, heredes eſſe velint, an minus, aut tempus ad deliberandum petere. *l.* 9. *C. h.* niſi pati velint aut bonorum poſſeſſionem, aut aliorum ſucceſſionem. *l.* 23. §. 2. *de Her. Inſt. l.* 69. *de Adq. Her. l.* 1. §. 12. *de Succeſſ. Edict.*

5. Tempus deliberandi olim arbitrarium erat, à Judice, pro re nata, vel latius, vel anguſtius definiendum. *l.* 1. *in f. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *D. l.* 9. *C. h.*

6. Jure novo, ſummum tempus, à Principe petitæ deliberationis annus eſt, à Judicibus novem menſes. *l. ult.* §. 13. *C. h.* Ante quam legem, ipſo Jure, etiam non petentibus, dabatur anni ſpatium, quod & ad heredes heredis transmittitur, ſi heres, ſciens ſe heredem eſſe, intra dictum tempus moriatur. *l.* 19. *C. h.*

7. Si plures ſint inſtitutorum & ſubſtitutorum heredum gradus, primis deliberantibus, tempus, deliberationi praeſtitutum, ſequentibus non currit. *l.* 69. *de Adq. Her. l.* 10. *h. t.*

8. Competit autem, Jure novo, jus deliberandi non modo extraneis, ſed & ſuis heredibus. *l.* 8. *& ſeq. D. l.* 9. *l.* 19. *C. h.* §. 5. *I. de Her. qualit.* etiam heredibus Prætoriis. *l.* 1. *pr. &* §. 12. *de Succ. edict.* & Fideicommiſſariis. §. 9. *I. de Fideic. hered.* & quandoque etiam legatariis. *l.* 21. *de Teſt. mil. l.* 15. *de Reb. dub. Voet. ad h. t. n.* 5.

9. Effectus impetrati ad deliberandum temporis eſt, ut heres ex tabulis & inſtrumentis ra-

rationum defuncti, vires patrimonii explorare, &c, ſi filius ſit, interim alimenta ex hereditate ſumere poſſit. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 9. *b. l.* 28. *l.* 29. *de Adq. Her.* Idem juris eſt in omnibus deſcendentibus. *l.* 84. *l.* 201. *de V. S. l.* 2. §. 28. *ad SC. Tert.*

10. Quod ſi heres intra tempus præſtitutum voluntatem de adeundâ vel repudiandâ hereditate non aperuerit, ſi quidem urgeatur à ſubſtitutis, aut legitimis heredibus, repudiaſſe; *l.* 69. *de Adq. Her.* ſin à creditoribus, legatariis, aut fideicommiſſariis, adiiſſe cenſetur. *l. ult.* §. *pen. C. b.* Adeoque ſilentium ſemper interpretandum eſt in præjudicium tacentis, & in utilitatem ejus, ad cujus inſtantiam erat reſpondendum. *l.* 9. §. 4. *l.* 11. §. 4. *de Interr. in Jur. fac.* vid. DD. *ad l.* 142. *de R. J.* & pro ut expedit ei, ad cujus inſtantiam eſt tempus præfixum, ita ſilentium deliberantis haberi debet pro aditione vel repudiatione.

11. Quod ſi à nemine urgeatur, poteſtas adeundæ hereditatis non niſi longiſſimo 30. annorum ſpatio circumſcribitur & excluditur. *l.* 3. *C. de Pr.* 30. *ann. l.* 7. *C. de Pet. Her. l.* 8. *C. b.*

12. Nemo autem hereditatem, per aditionem vel immixtionem, ſemel quæſitam, relinquere, aut repudiare poteſt. *l.* 4. *C. de Repud. Her. l.* 1. §. 7. *D. de Succeſſ. Ed. l. ult.* §. *ult. C. de Bon. quæ Lib.* Ita tamen, ut Prætor, per reſtitutionem in integrum, ſuccurrat minori 25. annis, qui vel inconſultà facilitate damnoſam hereditatem adiit, *l.* 7. §. 5. *de Minor. l.* 57. §. 1. *de Adq. Her.* vel lucroſam temere repudiavit. *l.* 24. §. 2. *de Minor. l.* 1. *l.* 2. *C. Si min. abſt. ab Her.* §. 5. *I. de Her. qual.* verſa vice nemo poteſt

eſt hereditatem ſemel repudiatam adire. *l.* 6. §. 1. *ad SC. Tertull. l.* 112. *de V. O.* & *tit. de Acquir. hered. th.* 19. Ratio utriusque regulæ eſt, quia nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam. *l.* 75. *de R. J.* nec creditoribus, legatariis, ſubſtitutis, aut legitimis heredibus debet auferri jus, illis ex aditione vel repudiatione hereditatis quæſitum. *l.* 74. *de R. J.* §. 2. *Inſt. de His, qui ſunt ſui vel al. Jur.* adeoque hic locum non habet regula, quod ambulatoria ſit hominis voluntas. *l.* 4. *de Alim. Legat.* hæc enim regula locum habet in teſtatore, non autem in herede.

13. (4. Inventarium, quod eſt, *omnium bonorum defuncti, tempore modoque legitimo facta deſcriptio.* v. *l.* 7. *de Adm. tut.* Jus deliberandi autem non eſt abrogatum per beneficium inventarii. §. 5. *Inſt. de Her. qual.* & *diff. l. ult. in fin. pr. C. h. t. Sand.* 4. *Deciſ.* 6. 1. *Voet. ad h. t. n.* 1.

14. Tempus legitimum, Inventarii confectioni præſtitutum, eſt, ut inchoetur intra 30. dies, ex quo heres ſcivit, ſibi delatam eſſe hereditatem, intra dies autem 60. ſequentes abſolvatur. *l. ult.* §. 2. *C.* Nec ſufficit ex veriore ſententia, ſi inventarium poſt 30. dies inchoetur, & poſt 60. dies abſolvatur. Diſſent. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 13. Idque ita, ſi heres præſens, & res propinquæ ſint; ſin longius abſint, intra annum. *d. l. ult.* §. 2. 3. 4. 11.

15. Modus & ratio conficiendi Inventarii eſt, ut fiat (1. Citatis & præſentibus creditoribus, & legatariis, aut, ſi qui abfuerint, coram tribus teſtibus. *d. l. ult.* §. 2. *Nov* 1. *c.* 2. Ratio eſt, quia ad omne, in quo vertitur alio-

rum.

rum præjudicium, citandi ſunt omnes, quorum res agitur. *l.* 39. *de Adopt. l.* 49. *de Re Judic.* illis autem, qui citati non ſunt, hoc beneficium, licet cæteroquin validum & efficax, non obſtat aut nocet, ſed heres illis tenetur in ſolidum. *l.* 29. §. *ult. de Minor.* (2. Adhibitis, ut videtur, duobus ad minimum Notariis. *d. Nov.* 1. *c.* 2. *d. l. ult.* §. 2. §. 1. Diſſent. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 18. (3. Ut omnia defuncti bona ſummâ accuratione & bonâ fide deſcribantur. *d. l. ult.* (4. Ut heres vel ipſe manu ſuâ ſubſcribat, vel, ſi litteras neſciat, ſpecialis Notarii operâ, præſentibus teſtibus, utatur. (5. Ut, in ſubſcriptione, bonorum ſummam & quantitatem exprimat. (6. Ut declaret, omnem dolum & fraudem a ſe abfuiſſe. *d. l. ult.* §. 2.

16. Effectus & utilitas legitimè facti Inventarii eſt, (1. Ne heres ultra vires hereditarias teneatur. *d. l. ult.* §. 4. §. 5. *l. de Her. qual. & differ.* (2. Quod quartam Legis Falcidiæ ſervet. *d. l. ult.* §. 4. *Nov.* 1. *c.* 2. (3. Primo petenti creditori ſine periculo ſolvat. *d. l. ult.* §. 4. *&* 5. 6. 7. Scilicet ſine periculo ſuo, & aliorum creditorum, qui vel tempore priores, vel privilegio potiores ſunt, vel idem Juris habent, quod illi, quibus ſolutum eſt, *l.* 5. §. *ult. de Trib. act.* Ita tamen, ut creditores poſtea emergentes tantum habeant actionem contra alios extraneos & legatarios, non autem contra ipſum heredem. *Voet. ad h. t. th.* 20. (4. Quod defungi poſſit ſolvendo id, quod in hereditate eſt. *d. l. ult.* §. 4. 6. Scilicet ſi in hereditate non inveniatur pecunia numerata, & nulli exiſtant rerum venalium emtores. *l.* 2. *de R. C.* quod

ta-

tamen moribus hodiernis non obſervatur; res enim hereditariæ publica auctione nunc ſunt diſtrahendæ. *Voet. ad h. t. n. 25.* (5. Quod deducat ſumptus à ſe, tanquam ab herede, factos. *d. l. ult.* §. 9. (6. Quod actiones, ipſi contra defunctum competentes, aditione non confunduntur. *d.* §. 9. *l.* 6. *C. ad L. Falc.* alloquin enim confuſio extinguit obligationem. *l.* 75. *l. pen. de Solut.* (7. Quod interim, dum conficitur Inventarium, nec à creditoribus, nec à legatariis, aut fideicommiſſariis conveniri poſſit. *d. l. ult.* §. 11. Aliud juris eſt in dominis, res ſuas in hereditate inventas, vindicantibus. *Voet ad h. t. n.* 17. interim autem dum conficitur inventarium, actio creditorum non præſcribitur.

17. Pœnæ autem & incommoda neglecti Inventarii ſunt. (1. Quod heres teneatur creditoribus in ſolidum, etſi æs alienum vires patrimonii immane quantum excedat. *d. l. ult.* §. 1. 12. 13. *b. t.* (2 Quod amittat beneficium legis Falcidiæ. *d. l. ult.* §. *pen.* &, ex veriore ſententia, etiam SCti Trebelliani, arg. *l.* 1. §. 3. *ad SC. Treb. l.* 8. *l.* 11. *C. ad L. Falc. l.* 11. *de Leg.* 1. *l.* 30. §. 7. *ad L. Falc.* non autem, ut videtur, Legitimam. vid. *Vinn.* 2. *Sel. Quæſt.* 28. Diſſ. alii. vid *Huber. ad tit. Inſt. de Hered. qual. & diff. n.* 5. *Voet. ad tit. ad SC. Treb. n.* 58. Cæterum hoc intelligendum eſt hoc ſenſu, quod liberi, licet pure & ſimpliciter adiverint hereditatem parentum, non poſſunt conveniri a legatariis & fideicommiſſariis, ſed maxime a creditoribus, quia legitima deducitur ex bonis, bona autem non intelliguntur, niſi deducto ære alieno. (3. Quod teneatur ad integra legata, etſi vires dodrantis excedant. *Nov.* 1. *c.* 2. §. 2.

Ultra vires autem totius hereditatis, ex veriore ſententia, non tenetur legatariis & fideicommiſſariis, §. 1. *de Singul. Reb. l.* 1. §. 17. *ad SC. Treb. l.* 9. *C. de Fideicomm. d. l. ult.* §. 4. *C. h. t.* Ratio differentiæ eſt, quia creditores agunt de damno vitando & ſuo recuperando, ſed legatarii agunt de novo & adventitio lucro. Vid. *Huber. ad tit. Inſt. de Hered. qual. & differ. n.* 5. *& ad h. t. D. n.* 8. Diſſent. *Vinn. ad* §. 5. *Inſt. de Hered. qual. & diff. & Voet. ad h. t. n.* 7. (4. Quod perdat id, quod ſibi à defuncto debebatur. *d. l. ult.* §. 9.

DIGESTORUM

LIBER XXIX.

TIT. I.

De Teſtamento militis.

Cod. 6. 21.

1. Teſtamenta Privilegiata ſunt, (1. Teſtamenta parentum inter liberos. v. *l.* 16. *l. ult. C. Fam. Erc. l.* 21. §. 1. *& Auth. Quod ſine. C. de Teſtam. Nov.* 107. (2. Ruſticorum. v. *l. ult. C. eod.* (3. Tempore peſtis aut contagionis facta. v. *l.* 8. *C. eod.* (4. Principi oblata. v. *l.* 19. *C. eod.* (5. Actis inſinuata. *d. l.* 19. (6. Militum, quales hic ſunt, *qui ſacramento rogati adactique, & in numeros relati, ſtipendia merent. l.* 42. *h.* Ad teſtamenta privilegiata non pertinet teſta-

men-

mentum ad pias cauſas, ſive pios uſus factum. *l.* 13. *C. de SS. Eccleſ. Voet. ad tit. Qui Teſt. fac. poſſ. & Sand.* 1. *Deciſ.* 4. 13.

2. Teſtamentum autem Militare eſt, *quod a milite factum eſt in expeditione, jure militum proprio.* v. *l.* 3. *l.* 38. *§.* 1. *h. t.*

3. Cauſa privilegii, militibus in teſtamenti factione conceſſi, petitur ab imperitiâ. *l.* 1. *D. pr. J. l.* 3. *C. h. t.* cum inter armorum ſtrepitum Juris ſubtilitates & ſolennitates conticeſcere ſoleant. v. *l. ult. C. de Jur. delib. Tacit. in Agric. c.* 9. Quanquam vera cauſa ſit laborum & periculorum functio, cum in caſtris & expeditionibus ſunt occupati. *l. un. D. de Bon. poſſ. ex teſt. mil. l. ult. D. h. t.*

4. Prærogativæ autem militaris teſtamenti ſunt (1. Ut nuda militis voluntas eundem effectum habeat, quam Paganorum ſolennis & legitima diſpoſitio. *l.* 35. *& paſſim. D. & C. h.* quodque adeò vel convocatis, vel fortuitò præſentibus hominibus, ſaltem duobus, vel aliâ quâvis ratione, quâ de voluntate ejus conſtare poteſt, teſtari poſſit. *§.* 1. *I. h. t.* junct. *l.* 12. *D. de Teſtib. l.* 24. *l.* 40. *D. l.* 1. *l.* 3. *l.* 14. *l.* 15. *C. h. t.*

(2. Deportatum, & id genus alios, quibuscum teſtamenti factio non eſt, heredes inſtituere poteſt. *l.* 13. *§.* 2. *D. l.* 5. *C. h. t. l.* 7. *§.* 1. *de Leg.* 3.

(3. Plura cum effectu poteſt relinquere teſtamenta. *l.* 19. *l.* 35. *l.* 36. *§.* 1. *h.*

(4. Teſtamentum ejus, licet contra officia pietatis factum, per querelam non reſcinditur. *l.* 29. *§. ult. D. l.* 9. *C. l.* 27. *§.* 2. *de Inoff. teſt. l.* 12. *pr. l.* 47. *de Bon. lib.*

R 2 (5. Pro

(5. Pro parte teſtatus, & inteſtatus decedere poteſt. *l.* 6. *l.* 15. §. 4. *l.* 17. *pr. l.* 19. §. *ult. l.* 37. *l.* 41. *D. l.* 1. *l.* 8. *C. b. l.* 7. *de R. J.*

(6. Filio emancipato, & puberi, & cuicunque extraneo, in ſecundum caſum, ut & liberis impuberibus ultra tempus pubertatis, directò & pupillariter ſubſtituere poteſt. *l.* 5. *l.* 41. §. 4. *b. l.* 15. *de Vulg. & Pup.*

(7. Et hereditatem codicillis directò relinquere. *l.* 36. *b.*

(8. Poteſt & ſolis liberis teſtamentum facere, ac pupillariter ſubſtituere, licet ſibi non faciat teſtamentum. *l.* 15. §. *pen. l.* 41. §. *ult. b.*

(9. Et, inſuper habitâ Lege Falcidiâ, ultra dodrantem legare. *l.* 17. §. *ult. D. l.* 12. *C. b. l.* 7. *C. ad L. Falc. l.* 17. *D. eod.*

(10. Exheredatio liberorum, à milite facta, valet, licet legatum eis reliquerit. *l.* 10. *C. b. l.* 19. *de Lib. & poſtb.*

(11. Capitis damnato concedi ſolet in ſententia teſtamenti factio à Judice, qui eum damnavit. *l.* 11. *D. l.* 13. *C. b. l.* 22. §. *pen. de Leg.* 3 *l.* 32. §. 8. *de Don. int. V. & U. l.* 6. §. 6. *de Inj. rupto teſt.*

(12. Sufficit ſola & nuda militis voluntas ad rumpendum teſtamentum prius. *l.* 15. §. 1. *l.* 34. §. 1. *b.*

(13. Teſtamentum militare non minimâ, ſed ſolâ maximâ & mediâ capitis diminutione irritum fit. *l.* 9. §. 6. *de Inj. rupt.* §. *pen.* & *ſeq. Inſt. l.* 22. *D. b. t.*

(14. Non rumpitur verâ, vel quaſi agnatione ſui heredis. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *D. l.* 10. *C. b.* niſi miles uxorem prægnantem eſſe ignoraverit. *l.* 33. *l.* 36. §. 2, *b. d. l.* 10.

(15. Te-

(15. Teſtamentum militis, notis, id eſt, literarum compendiis, ſive abbreviaturis, ſcriptum, valet. *l.* 40. *h.* Aliud juris eſt in teſtamentis paganorum. *l.* 6. §. *ult. de Bon. poſſ.*

(16. Pacta militum de futura ſucceſſione valent, nec minorem habent effectum, quam teſtamenta. *l.* 19. *C. de Pact.* imo majorem, nam teſtamentum eſt mutabile, pactum autem non. *l.* 5. *C. de O. & A. l.* 17. §. 3. *Commod. Tit. de Pact. th.* 40.

5. Militaris autem teſtamenti prærogativâ non gaudent milites, niſi in expeditione occupati; quare nec in ſedibus ſuis, nec militiâ miſſi aliter, quam jure communi, teſtari poſſunt. §. 3. *I. l.* 1. *l. pen. C. h. t.*

6. Qui in eodem periculo verſantur, eodem interim cum militibus privilegio gaudent, quantum attinet ad remiſſionem ſolennitatum. *l. ult. h. l. un. de Bon. poſſ. ex teſtam. mil.* Scilicet juſta & honeſta de cauſa, & ratione officii. *l.* 20. *h. t.* modo moriantur in *hoſtico.* vid. *Noodt.* 3. *Probab.* 4. ubi explicat quid ſit *hoſticum.*

7. Ceterum teſtamenta Militum non eſſe omnibus legibus ſoluta, conſtat ex *l.* 10. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 29. §. 1. 2. *l.* 41. §. 1. *D. l.* 11. *C. h. t.*

TIT. II.

De Adquirendâ vel Omittendâ hereditate. *Cod.* 6. 31.

1. Heredes ſunt vel neceſſarii, vel voluntarii. *l.* 15. *h. l.* 12. *de Cond. inſt.*

2. Neceſſarii; vel tantum neceſſarii, vel ſui & neceſſarii; quales ſunt *liberi proxima*

gradu in poteſtate patria teſtatoris conſtituti; accepto à Prætore abſtinendi beneficio, deſierunt eſſe *neceſſarii*, manſerunt *ſui*. §. 1. *I. de Hered. qualit.* §. 3. *I. de Her. ab int. l.* 11. *l.* 57. *h. t.*

3. Tantum neceſſarii ſunt ſervi à domino heredes inſtituti, ſi in eodem ſtatu manſerint. §. 1. *I. de Her. Qual.* §. 1. *I. de Her. inſtit.*

4. Voluntarii ſunt omnes heredes *extranei*, id eſt, extra ſuos & neceſſarios poſiti. *pr.* & §. 1. 2. 3. *I. de Her. qual.*

5. *Sui* quidem heredes ipſo jure & ignorantes heredes fiunt. *l.* 57. *h. l.* 2. *de Cond. furt.* §. 3. *I. de Her. quæ ab int. l.* 11. *de Lib. & poſt. l.* 13. *de ſuis & legit. her. l.* 11. *C. eod.* adeoque non adire hereditatem, ſed ſe ei immiſcere dicuntur. §. 2. 5. *I. de Her. qual.* quanquam, populari uſu loquendi, hæc quandoque promiſcue accipiantur. *l.* 38. *h. l. ult. C. de Repud. & abſtin. her. l.* 10. *D. de Collat. Bonor.*

6. Quæ nuda ſui heredis exiſtentia, licet filius ſe abſtineat ab hereditate, confirmat tabulas pupillares, ut ſupra dictum; *lib.* 28. *tit.* 6. *ib.* 13. & 29. ſuſtinet libertates, *l.* 30. §. 10. *de Fid. lib.* confirmat fideicommiſſa. *l.* 27. §. 3. *ad SC. Treb.*

7. Quare ſui heredes morientes, cum vel ignorarent, patrem eſſe mortuum, vel cum ſcirent quidem, ſed voluntatem de omittendâ, aut retinendâ hereditate nondum aperuiſſent, eandem hereditatem, ipſo jure ſibi quæſitam, transmittunt in quoslibet, adeoque non modò *ſuos*, & ex ſe deſcendentes, ſed & in extraneos heredes. *l.* 3. *l.* 19. *C. de Jur. delib. l.* 7. §. 1. *h. l.* 9. §. 1. *de Reb. dub. l.* 9. *de Jur. Fiſci.*

 l. un.

l. un. §. 5. C. de Cad. toll. l. 8. C. de ſuis & Leg. her.

8. A quo jure partim receſſum eſt per *l. un. C. de His qui ante apert. tab. l. 2. l. 3. de SC. Orphit. l. 11. C. de ſuis & legit. her.* quatenus omnes liberi, etſi non ſint *ſui*, habent hoc jus immediatum transmittendi in ſuos liberos, non autem in extraneos heredes. *dd. ll.*

9. Extranei autem, cum hereditatem non ignorantes aut ipſo jure, ſed per aditionem aut pro herede geſtionem adquirant, nec hereditatem, niſi aditam, nec jus deliberandi in heredes ſuos ipſo jure transmittunt, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato heredes ſint. *l. 5. l. 18. d. l. 19. C. de Jur. delib. l. un. §. 5. C. de Cad. toll. l. ult. §. 7. 8. C. de Curat. fur. v. infra Theſ. 21.*

10. Ex quâ heredum differentiâ & illud conſequitur, heredem *ſuum*, parendo conditioni, ſub quâ inſtitutus eſt, eo ipſo hereditatem adquirere, *l. 86. §. 1. de Her. inſt.* non item extraneum. *l. 1. §. 1. l. 13. D. de Cond. cauſ. dat.*

11. Aditio hereditatis eſt, *declaratio voluntatis de adeundâ hereditate, verbis facta.* Pro herede geſtio eſt, *declaratio re ipſa & facto teſtata, modo adſit animus pro herede gerendi. v. §. ult. I. de Her. qual. l. 20. pr. l. 21. §. 1. l. 25. §. 7. l. 88. h. l. 49. in fin. Fam. ercisc. l. 5. C. de Jur. delib.*

12. Infantes, & furioſi, cum ipſi, ne quidem alienâ auctoritate, adire poſſint, eorum nomine tutor vel curator adit. *l. 9. h. t. l. 5. l. 18. §. 2. C. de Jur. delib. l. ult. §. 3. 7. C. de Cur. fur.*

13. Filiusfamilias adire poteſt vel auctoritate

patris, vel patre invito. Primo caſu patri uſumfructum, ſibi proprietatem; altero caſu proprietatem, cum uſufructu conjunctam, ſibi ſoli adquirit, uti, verſâ vice, totam hereditatem pater adeundo conſequi poteſt, quam filius adire non vult. *l.* 18. *pr.* & §. 1. *C. de Jur. delib. l. ult. pr.* & §. 1. 2. 3. *C. de Bon. quæ lib.*

14. Ad formam modumque adeundæ hereditatis quod attinet, ut aditio fieri poſſit, neceſſe eſt, ut (1. delata ſit hereditas. *l.* 21. §. 2. *l.* 94. *h.* & exſtiterit conditio, inſtitutioni appoſita. v. *l.* 27. *l.* 33. *de Her. inſt.* (2. Ut heres eam delatam, ſeque heredem, & conditionem, ſub quâ forte inſtitutus eſt, extitiſſe ſciat. *l.* 76. *de R. J. l.* 13. *l.* 19. *l.* 22. *l.* 32. §. 1. *h. l.* 21. *de Cond.* & *Dem.* junct. *l.* 60. *eod.* Non obſtat *l.* 21. §. *ult. h.* nam ibi agitur de caſu, quo quis partim pure, partim ſub conditione eſt inſtitutus, nec in parte ſub conditione relicta ſubſtitutum accepit; is enim totam hereditatem adire poteſt, licet conditio nondum exiſtat. *l.* 31. *l.* 55. *h. t.* (3. Ut aditio fiat pure, non ſub conditione. *l.* 77. *de R. J. l.* 51. §. *ult. h.* (4. Per ipſum heredem, non per procuratorem, *l.* 90. *h. l.* 123. *de R. J.* excepto procuratore Cæſaris. *l.* 1. §. *ult. de Offic. Proconſ.* & *Legat.* Plura de hac quæſtione vid. apud *Bronkh. Cent.* 3, *Enantioph. aſſ.* 37. & *Voet. ad h. t. n.* 9. (5. Ut vel aditio vel repudiatio fiat non pro parte, ſed in totum. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 55. *l.* 75. *l.* 80. *h. l. un.* §. 10. *C. de Cad. toll. l.* 20. *C. de Jur. delib.*

15. Hereditas jacens, ſeu nondum adita, diverſo reſpectu, repræſentat perſonam vel defuncti, *l.* 31. *in f. l.* 52. *D.* §. 2. *I. de Her. inſt.*

l. 33. §. *ult. de A. R. D.* vel heredis futuri. *l.* 24. *de Novat.* alioquin habetur pro re nullius. *l.* 1. *de R. D. l.* 68. *de Furt. l.* 6. §. *ult. de Act. rer. am.*

16. Effectus aditæ hereditatis eſt, quod heres omnia defuncti jura conſequatur. *l.* 1. §. 5. *de His qui in teſt. lib. eſſ. juſſ. l.* 24. *de V. S. l.* 64. *l.* 37. *h.* non quæ in facto conſiſtunt, ut eſt poſſeſſio, niſi adhibita nova apprehenſione. *l.* 23. *l.* 30. §. 5. *de Adq. poſſeſſ.* Non obſtat. *l.* 30. *Ex quib. cauſ. maj.* nam ibi per poſſeſſionem intelligenda eſt uſucapio *l.* 19. *eod.* junct. *l.* 40. *de Uſuc.* hodie etiam poſſeſſio ſine apprehenſione ipſo jure tranſit ad heredes, ſecundum parœmiam, *le mort ſaiſit le vif*, de qua parœmia ſingularem librum ſcripſit Andreas Tiraquellus. Nec jura morte defuncti exſtincta. *l.* 196. *de R. I. t. Inſt. de Perp. & temp. act. t. C. de Act. her.* & quod aditio, quovis tempore facta, retrotrahatur ad tempus mortis. *l.* 54. *h. l.* 138. *l.* 139. *de R. J.*

17. Omittitur hereditas per ſuos heredes, abſtinendo. *l.* 12. *l.* 71. §. 4. *h.* niſi quid ex hereditate ſurripuerint. *d. l.* 71. §. 4. 5. *l.* 12. *h.* Aliud juris eſt in heredibus extraneis, qui aliquid ex hereditate ſurripientes non cenſentur ſe pro herede geſſiſſe, ſed tenentur in duplum. *l.* 21. *pr. h. t.* junct. *l.* 10. §. 10. *C. de Jur. delib.* vel per interpoſitam perſonam, mala fide, ex bonis patris quid emerint. *l.* 91. *D. h. l.* 2. *C. h. t.*

18. Per extraneos omittitur repudiando, cujus repudiationis effectus eſt, quod hereditas ſemel repudiata adiri non poſſit. *l.* 4. *C. de Repud. Her. l. ult. in f. C. de Condit. inſert. l. ult. in f. C. de Bon. quæ lib. t. C. Si ut omiſſ. hered.*

acquir. exceptio eſt in *l.* 17. *l.* 70. *l.* 77. *h. t.* Scilicet (1. Si heres teſtamentarius, qui repudiat, putet teſtamentum eſſe falſum, aut nullum, *d. l.* 17. (2. Si heres inſtitutus & ſimul legitimus repudiet hereditatem teſtamentariam, tunc enim hereditatem tanquam ab inteſtato adire poteſt. *d. l.* 70. & *l.* 77. *h. t.* ſicut, versâ vice, hereditas ſemel adita non poteſt repudiari. *d. l.* 4. *l.* 1. §. 7. *de Succ. Edict.*

19. Atque hoc ita, ſi verè delata ſit hereditas, quippe quæ, pendente conditione, repudiari nequit. *l.* 13. *h. l.* 14. §. 1. *de Legat.* 2. *l.* 151. *de V. S. l.* 174. §. 1. *de R. J.* v. ſupr. *th.* 15.

20. Heres extraneus, ante repudiationem, aut aditionem, moriens, nec ignorans, hereditatem ſibi eſſe delatam, jus aditionis ſeu deliberandi ad heredes transmittit, tam inſtitutos, quam legitimos. *l.* 19. *C. de Jur. delib.* v. ſupr. *th.* 9.

21. Jus accreſcendi inter coheredes quod attinet, ſi inter plures heredes quidam delatæ hereditati renunciaverint, aut aliter defecerint, ſequenti diſtinctione res videtur expedienda: Aut hereditas delata eſt ab inteſtato, aut ex teſtamento.

22. Primo caſu pars deficientium accreſcit conſanguineis in eodem gradu ab inteſtato conſtitutis, *l.* 9. *de ſuis & legit.* vel, his deficientibus, gradui proximo, *t. t. D. & C. de Succeſſ. Edict.*

23. Secundo caſu, ſi is, qui repudiat, ſubſtituto & coherede careat, ſuccedunt in ſubſidium legatarii & fideicommiſſarii, licet nec legitimi, nec ſubſtituti ſint, modo pareant voluntati teſtatoris. Quod tamen, ex veriore ſententiâ, locum non habet, niſi in caſu, quo he-

res jam adiit hereditatem, & intra annum legata, aut fideicommiſſa non ſolvit. *l.* 181. *de R. J.* §. 7. *de Hered. quæ ab inteſt.* §. 9. *de Leg. Falc. Huber. ad tit. Inſt. de Hered. qual. & diff. th.* 5. Tunc enim illis conceditur quædam quaſi aditio, quo ſenſu accipienda eſt *Novella* 1. *c.* 1. §. 1. & 4. Si ſubſtitutum habeat, is, ſi velit, admittitur, excluſo etiam, ſi quis adſit, coherede, arg. *l.* 2. §. 8. *de Bon. poſſ. ſec. tab. l.* 30. §. *ult. de Vulg. & Pup.* Sin coheredem habeat, non ſubſtitutum, coheredi, etiam invito & ignoranti, accreſcit portio deficientis. *l.* 31. *l.* 53. §. 1. *h. l. un.* §. 10. *C. de Cad. toll.* v. *Tit. de Hered. inſtit. theſ.* 28. & *ſeq.*

24. Pluribus ad portionem deficientis concurrentibus, intereſt, an omnes, & ſinguli eâdem formâ, modoque inſtituti ſint, quo caſu omnes, pro ratâ, ad partem deficientis admittuntur.

25. Sin quidam disjuncti, quidam conjuncti ſint, ad portionem conjuncti unius deficientis, admittuntur ſoli eodem conjunctionis genere copulati, excluſis disjunctis & diverſis conditione & genere inſtitutis, v. *l.* 63. *de Her. inſt.* ad partem autem deficientis disjuncti admittuntur omnes tam conjuncti, quam disjuncti, ita tamen ut plures, inter ſe conjuncti, cum disjunctis concurrentes, unius tantum perſonæ vicem repræſentent, & non niſi partem unam capiant. *d. l. un.* §. 10. *d. l.* 63. *l.* 34. *pr. de Leg.* 1. v. *Tit. de Her. inſt. theſ.* 33.

26. Quod jus accreſcendi inter coheredes in paganorum, non in militum teſtamentis obtinet. *l.* 37. *D. l.* 2. *C. de Teſt. mil.* Ratio eſt, quia milites poſſunt decedere partim teſtati, par-

partim inteſtati. *l. 7. de R. J.* Hodie in teſtamentis paganorum nequidem jus accreſcendi inter coheredes locum habet, quia etiam hi poſſunt mori hodie, partim teſtati, partim inteſtati, niſi conſtet de probabili & ſimili voluntate teſtatoris. vid. *Vinn. ad §. 5. Inſt. de Hered. inſtit. n. 7. & Voet ad tit. de Teſt. mil. n. 5.*

TIT. III.

Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.
Cod. 6. 32. & 52.

1. Ut de voluntate defuncti teſtatoris conſtare poſſit, ſolenniter coram Magiſtratu aperiendæ teſtamenti tabulæ, citatis teſtibus, ſive ſignatoribus, qui hic non differunt, ut ſigna & ſcripturam recognoſcant, quorum majorem partem ſufficit eſſe præſentem. *l. 4. & ſeq. l. 6. D. l. 2. C. h. l. 160. de R. J.* ubi autem & apud quem Magiſtratum aperiendæ fuerint teſtamenti tabulæ vid. in *l. 23. & l. 18. C. de Teſtam.* Præter teſtes citandi etiam illi, quorum intereſt, ut ſubſtituti, legatarii. *dd. ll. & l. 39. de Adopt. l. 47. de Re Jud.*

2. Ad teſtes abſentes, aut alibi habitantes, tabulæ mittendæ ſunt, vel, ſi neceſſitas urgeat, coram aliis viris honeſtis ſine ſolennitate aperiri poſſunt, ut poſteà rurſus occluſæ teſtibus offerantur. *l. 7. D. d. l. 2. C. h.* Ratio eſt in *d. l. 7. h. t. l. 29. Ex quib. cauſ. maj. l. 140. de R. J.*

3. Quod ſi quis teſtium neget ſuum ſigillum, teſtamenti tabulæ redduntur ſuſpectæ. *l. 1. §. ult. h.*

4. Olim

4. Olim ex lege Julia Viceſimaria, (v. *inſcript. l.* 68. *ad L. Falc. l.* 37. *de Relig. l.* 154. *de V. S.*) à præſentibus quidem intra dies tres, vel quinque, à morte teſtatoris, vel ex quo heres abſens redierat, facienda erat apertura. *Paul. lib.* 4. *Sent. Tit.* 6. §. *ult.* Jure novo conſuetudini cujusque loci ſtandum eſt. *l.* 2. *C. b. l.* 34. *de R. J.* Hæc lex ita vocatur a viceſima parte hereditatum, quæ fuit vectigal, ab Auguſto, locupletandi ærarii cauſa, inſtitutum, quod extranei heredes non inopes præſtare debebant. *Paul. lib.* 4. *Rec. Sent. tit.* 6. & *l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll.*

5. Aperiri prohibentur tabulæ pupillares ſeorſum ſignatæ. *l.* 8. *D. b.* §. 3. *l. de Pupill. ſubſtit.* ut & quælibet aliæ, quæ teſtator aperiri vetuit, quæve pertinent ad alicujus ignominiam. *l.* 3. *C. h.* Teſtator enim prohibere poteſt, ne teſtamenti tabulæ aperiantur ante diem vel conditionem præſcriptam vel adjectam *d. l.* 8. *d. l.* 3. *l.* 25. §. 2. *l. ult. ad SC. Trebell. l. ult.* §. *ult. de Legat.* 2.

6. Aperturam petere poſſunt omnes, quibus aliquid relictum eſt, *l.* 1. *l.* 2. *l.* 5. *b.* vel quorum, ex aliâ juſtâ causâ, intereſt, modo jurent de calumniâ. *l.* 1. *D. l.* 3. *C. b. t.*

7. Apertas tabulas inſpiciendi deſcribendique poteſtas, præſtito jurejurando calumniæ, omnibus, quorum intereſt, datur. *l.* 1. *d. l.* 3. *C. b.* arg. *l.* 9. §. *pen. D. de Edend.* Scilicet juſta & probabili cauſa. *l. pen. ad Exhib.* quales ſunt heredes inſtituti, ſubſtituti, legatarii, fideicommiſſarii, ut & heredes legitimi, ſive proximi conſanguinei. Modo deſcriptio, ad evitandam occaſionem falſi, fiat ſine die & conſule. *l.* 2. §. 6.

§. 6. *h. v. l.* 1. §. 2. *de Edendo, l.* 3. *C. h. t.*

8. Apertæ tabulæ, ad publicam fidem & perpetuam rei memoriam, publicari, & in acta & publica monumenta referri ſolent. *l.* 2. *l.* 18. *C. de Teſtam. l.* 2. *C. h. t. Paul. Recept. Sent.* 4. *tit.* 6. *princ.*

TIT. IV.

Si quis, omiſſâ causâ teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hereditatem.

Cod. 6. 39.

1. Si heres inſtitutus, cum, naturæ & ſanguinis beneficio, etiam jus ſuccedendi ab inteſtato haberet, hereditatem, ex teſtamento omiſſam, ab inteſtato adiverit, (ut fieri poteſt, *l.* 91. *de R. J. l.* 17. §. 1. *l.* 70. *l.* 77. *de Acquir. hered.*) nihilominus ad legata, aliaque teſtamento relicta, tenetur. *l.* 1. *pr.* & §. 9. *l.* 22. §. *ult. D. l.* 1. *l.* 3. *C. h.* Cum alioquin ſummo jure nihil eorum, quæ teſtamento ſcripta ſunt, valeat. *l.* 9. *de Teſt. tut. l.* 14. *C. de Fideic. l.* 1. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 181. *de Reg. jur.* §. 2. *in f. I. de L. Falcid.*

2. Idem juris eſt, ſi inſtitutus legitimo, vel ſubſtituto, non ad eadem legata & fideicommiſſa obligato, hereditatem dolo malo, lucri causâ, ceſſerit. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *D. l.* 1. *C. h. v. l.* 74. *de Leg.* 1. *l.* 98. *de Legat.* 3.

3. Filius emancipatus præteritus, qui, petens bonorum poſſeſſionem contra tabulas, certis perſonis (id eſt, liberis, parentibus, uxori & mulieri nomine dotis) ad legata obligatus fuiſſet, adeundo ab inteſtato ad eadem legata iisdem

dem perſonis, non aliis legatariis, tenetur. *l. 6. §. pen. h.* Non obſtat *l. 23. h. v. tit. D. de Legat. præſtand. ab his.* Licet in *d. l. 23.* filius dicatur *legata præſtare omnibus*: ſermo tamen ibi non eſt de filio emancipato præterito, ſed de ſuo herede, ſive filiofamilias inſtituto, qui, omiſſa inſtitutione & bonorum poſſeſſione contra tabulas, ab inteſtato accepit bonorum poſſeſſionem *unde liberi*. Vid. *Wiſſenb. ad h. t. th. 2. & Cujac. ibi alleg.*

4. Qui non fraude, ſed ignorantiâ, vel aliter bonâ fide hereditatem poſſidet, vel repudiavit, non tenetur hoc Edicto. *l. 1. §. 4. l. 5. l. 6. pr. & §. 3. 8. h.* ut nec is, qui hereditatem bonâ fide tenet ex donatione, aliove titulo ſingulari, à teſtamento diſtincto & ſeparato. *l. ult. h. t.*

TIT. V.

De SCto Sylaniano, & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur.

Cod. 6. 35.

1. SCto Sylaniano, & Claudiano, quorum illud Auguſti, hoc Neronis temporibus conditum eſt, cavetur, ne, per vim occiſo teſtatore, tabulæ teſtamenti aperiantur, antequam de familiâ (id eſt, de ſervis & ancillis defuncti. vid. *§. 1. Inſt. de His, qui ſunt ſui vel al. Jur. tit. D. Si Famil. furt. fec. dic. & tit. Inſt. de Leg. Fuſ. Canin. toll.*) quæſtio habita, & de nocentibus ſumptum ſit ſupplicium. *l. 1. h.* id eſt, qui vel ipſi dominum occiderunt, vel ei periclitanti auxilium non tulerunt. *l. 1. §. 28.* &

& 29. *h. t.* Ratio horum Senatus Conſultorum eſt, quia ſi heredibus ſtatim adire liceret hereditatem a cæde defuncti, minus periculi nocentibus immineret, quia forte heredes, ob commodum ſuum, ne ſervorum nocentium jacturam facerent, facinus hoc ſervis condonarent. *l.* 3. §. 29. *h. t.* per vindictam autem necis defuncti & ſupplicium nocentium hic intelligenda eſt vindicta & pœna publica ac legitima, non privata, licet hoc in caſu vindicta publica apud Belgas uſitata fuit.

2. Addita pœna (1. Ut heredi, qui contra fecerit, tanquam indigno, hereditas auferatur, & fiſco addicatur. *l.* 5. §. 2. *D. l.* 3. *C. h. l.* 3. §. *ult. ad SC. Treb.* excluſis ſubſtitutis & legitimis, licet defuncti necem vindicavarint. *l.* 15. *h.* (2. Ut olim familia omnis, quæ ſub eodem tecto manſerat, ſupplicio afficeretur, de qua ſeveritate v. *Tacit. Annal.* 14. *c.* 42. *ſeqq. &* *l.* 1. §. 30. *h. t.* Servi autem, qui conjurationem in dominum, aut necem domini prodidiſſent, ab ipſo Prætore manumittebantur. *l.* 12. *h. t. l.* 39. *ad L. Falc. l.* 5. *D. Qui ſine manum.*

3. Ex Edicto Prætoris contra heredem, ante vindicatam defuncti necem, tabulas aperientem, hereditatemque adeuntem, datur actio popularis, ad centum aureos, inter actorem & fiſcum dividendos. *l.* 25. §. 2. *h.* Illud hic eſt ſingulare, quia alioquin in actionibus popularibus tota pœna pecuniaria pertinet ad actorem, non autem ad Fiſcum, nequidem pro parte. *l.* 12. *de V. S. l.* 3. §. 1. *de Popul. act.*

4. Quæ pœnæ ceſſant (1. Si teſtator clam, ut veneno, ſit ociſus. *l.* 1. §. 18. 21. *D. l.* 9. *C. h. t.* (niſi venenum teſtatori per vim infu-

ſum

ſum ſit. *l.* 1. §. 19. *b.)* Ita tamen, ut heres, etiam hoc in caſu, necem defuncti, ſcilicet via juris, & publica auctoritate, *l.* 176. *de R. J.* ulciſci debeat. *l.* 5. §. *ult.* *D* *l.* 9. *C. b. t.* Si Dominus moriens dixerit, ſibi a ſervo vim eſſe illatam, non eſt ei credendum, niſi probetur. *l.* 9. §. 1. *b. t.* quo ſenſu intelligenda eſt *l.* 22. *b. t.* verſa vice, ſi dominus *purgaverit officium ſervorum ſuorum*, id eſt, eos innocentes eſſe declaraverit, eſt ei habenda fides, nec ſervi puniendi ſunt, quia dominus ipſe eos abſolvit. *l.* 2. *b. t.* (2. Si heres vel teſtatorem vi occiſum, vel (3. per ruſticitatem jus SCti ignoraverit. *l.* 3. §. 21. 22. *b.* (4. Lapſu quinquennii, quo crimen apertarum contra SCtum tabularum tollitur, ſi heredes ſint extranei; ſin cognati, in quos parricidii pœna cadere poteſt, vicennio. *l.* 13. *l.* 22. *b.* junct. *l.* 12 *C. ad L. Corn. de Falſ.* Quò haud dubie referenda eſt *l. ult. D. ad L. Pomp. de Parricid.* (5. In caſu *l.* 4. *D. b. t.* Scilicet in heredibus heredis, ſi conſtet, heredem metu pœnæ territum non adiiſſe hereditatem. (6. In caſu *l.* 6. *C. b. t.* Scilicet in heredibus 25. annis minoribus. (7. In caſu *l. ult. b. t.* Scilicet in uno vel altero ex heredibus, qui culpa caret; nam culpa & negligentia unius heredis non debet nocere aliis heredibus, necem defuncti ulciſci volentibus. Moribus autem hodiernis totum hoc jus SCti abrogatum eſt, vid. *Voet. ad b. t.* Heres, qui ipſe defunctum occidit, licet ſine dolo malo, vel deſtinato animi propoſito, privatur ſucceſſione teſtamentaria & legitimas vid. *l.* 10. §. 1. *Sol. matr.* quo pertinet parœmia juris Belgici: De bloedige hand neemt

 geen

gren Eſſeniſſe. vid. *Matth. Parœm. Juris Belg. par. 6.*

TIT. VI.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit.
Cod. 6. 34.

1. Cum ratio Juris Naturalis & auctoritas Juris Civilis liberam eſſe jubeant teſtamenti factionem, *l. 43. de Vulg. & pup. ſubſt. l. 1. C. de SS. Eccleſ.* ſummâ æquitate conſtitutum eſt, ut hereditas, velut indigno, auferatur ei, qui defunctum teſtamentum vel facere, vel mutare volentem, vi, vel dolo impedivit. *l. 1. l. 2. & paſſ. D. l. 2. C. h.* veluti ſi ad teſtatorem prohibuerit accedere teſtamentarium, id eſt, ſcriptorem teſtamenti, vel teſtes, vel aliis modis. Liberi autem, qui ita coëgerunt vel prohibuerunt parentes facere, vel mutare teſtamentum, juſte exheredari poſſunt. Vid. *Novell.* 115. *cap.* 3. §. 9.

2. Aliud juris eſt, ſi quis blanditiis & verborum lenociniis hereditatem viventis aucupatus ſit, vel auctor fuerit, ne defunctus teſtamentum mutaret. *l. ult. D. l. ult. C. h.* Modo abſit illicita hereditatis captatio. Vid. ſupr. *tit. de Hered. inſtit. th. ult. & Sand. 4. Deciſ.* 1. 11.

3. Eadem pœna conſtituta eſt in eum, qui vi teſtatorem ſibi relinquere hereditatem coëgit. *l. 1. C. h.*

4. Si quis in gratiam tertii, ſcientis vel ignorantis, teſtari quem coëgerit, æque nihil debetur. *d. l. 1. C. h. l. 12. D. de His quæ ut indign.*

5. Præ-

5. Præterea is, qui coëgit, vel prohibuit teſtatorem, tenetur illis, quorum intereſt, arg. *d. l.* 1. *C. h.*

6. Atque hæ pœnæ ita infliguntur, ut factum unius prohibentis, vel cogentis, aliis non noceat. *l.* 2. §. 1. *h. t. l. ult. Tit. præc. l.* 44. *D. de Her. inſt.* excepto facto patris & domini, quod nocet filio & ſervo inſtituto. *l.* 1. §. 1. *h. l. un. Quib. non comp. bon. poſſ.*

TIT. VII.

De Jure Codicillorum.
Cod. 6. 36.

1. Codicillus eſt, *teſtati vel inteſtati voluntas minus ſolennis*.

2. Quanquam codicilli olim tantum ſcripti fuerint, uſu tamen invaluit, ut eſſent vel ſcripti, vel nuncupativi. *v. l.* 5. §. 1. *D. de Re jud. l.* 13. *C. de SS. Eccl. l. ult. pr. C. de Bon. libert. l. ult.* §. *ult. C. h. t. l.* 22. *C. de Fideic.*

3. Altera codicillorum diviſio eſt, quod ſint vel teſtatò, vel inteſtatò facti. §. 1. *I. l.* 8. *l.* 16. *h. t.*

4. *Inteſtatò*, cum is, qui codicillos fecit, nec ante, nec poſt eos, teſtamentum condidit; quales ſuis ipſi viribus nituntur, & quodammodo vicem teſtamenti præ ſe ferunt. *v. l.* 3. *l.* 8. *pr.* & §. 1. *l.* 16. *h.*

5. *Teſtatò*, qui vel ante, vel poſt teſtamentum facti ſunt. *pr. I. l.* 6. §. 2. *l.* 8. *pr. h. l. ult. de Fid. libert.*

6. Teſtamento enim condito, codicilli, quovis tempore facti, vires ex teſtamento capiunt,

etſi in eo expreſſe non ſint confirmati *l.* 3. §. *ult.* *l.* 16. *h.* Quanquam olim codicilli priores poſteriore teſtamento debuerint confirmari §. 1. *I. l.* 5. *D. h. Plin. Epiſt.* 2. 16. Quod à D. Severo & Antonino eſt abrogatum, ut ſufficiat, voluntatem, in codicillis conſignatam, non eſſe mutatam. *d.* §. 1. *d. l.* 5. *l.* 6. §. 2. *h.*

7. Relicta codicillis, teſtamento confirmatis, directò; non confirmatis, fideicommiſſi jure valebant *l.* 43. *de Man. teſt.* arg. *l.* 2. §. *ult. l.* 13. *h. l.* 76. *ad SC. Treb.* quod diſcrimen ſublatum eſt per *l.* 2. *C. Comm. de Legat.* §. 3. *I. de Legat.*

8. Illud & veteris & novi Juris ratio exigit, ut codicillorum, teſtatò factorum, vis & auctoritas à teſtamento pendeat. *d. l.* 3. §. *ult. l.* 14. *l.* 16. *l. pen. D. l.* 1. *C. h.* v. *l.* 12. §. 5. *de Captiv. & poſtl. l.* 8. §. 3. *h.*

9. Quare in codicillis, teſtatò factis, ſcripta, non minus firma & rata ſunt, quam ſi teſtamento eſſent ſcripta. *l.* 2. §. 2. *h.* Quanquam hereditas codicillis directò nec dari, nec adimi, nec ſuſpendi poſſit. §. 2. *I. h. l.* 6. *pr. l.* 10. *D. l.* 2. *l.* 7. *C. h. l.* 76. *ad SC. Treb.* licet heredum nomina in codicillis recte exprimi, & partes heredibus inſtitutis adſignari poſſint. *l.* 36. *l.* 77. *de Her. inſt. l.* 10. *de Cond. inſt. l.* 21. §. 1. *Qui Teſt. fac. poſſ. l.* 38. *de Cond. & dem.*

10. Dicitur, *voluntas minus ſolemnis.* Ita tamen, ut requiratur. (1. Quinque teſtium præſentia. (2. Eorum ſubſcriptio. (3. Unicus contextus. *l. ult. in f. C. h.*

11. Quibus cum abſolvatur omnis codicillorum ſolennitas, conſequitur, & mulieres in iis poſſe eſſe teſtes, arg. *d. l. ult. pr.* & §. *ult.*

I. h.

l. b. Ratio eſt, quia nusquam prohibentur, vid. *l.* 20. §. 6. *Qui teſt. fac. poſſ. l.* 18. *de Teſt.* Non obſtat *l.* 8. *C. Qui teſt. fac.* in verbis: *quæ in eundem modum:* illa enim verba non ad qualitatem, veluti ſexum, teſtium ſunt referenda, ſed ad Notarium & ſubſcriptiones aliaque, quæ ultra vulgarem teſtandi formam ſpecialiter in teſtamento cæci requiruntur; præterquam quod in codicillis cæci forte ſingulare ſit, quod requirantur teſtes mares: vid. *Voet. ad h. t. n.* 1.

12. Unde apparet, codicillos multis nominibus differre à teſtamento. v. §. 2. *I. l.* 10. *D. l.* 7. *C.* §. *ult. I. h.*

13. Sed nec imperfecta teſtamenta ſuſtinentur, ut codicilli, ſive in vim & effectum codicillorum. *l.* 1. *l.* 13. §. 1. *h. l.* 29. §. 1. *Qui teſt. fac. l.* 14. *C. de Teſtam. l.* 41. §. 3. *de Vulg. & pup.*

14. Niſi adjectâ clauſulâ Codicillari. v. *d. l.* 29. *D. Qui teſtam. fac. l.* 3. *inf. de Teſt. mil. l.* 13. *de Inoff. teſt. d. l.* 41. §. 3. *D. de Vulg. & pupill. l.* 88. §. *ult. de Leg.* 2. *l. ult.* §. 1. *C. h. l.* 12. §. 1. *de Inj. rupt. teſt. l.* 77. §. 23. *de Legat.* 2. §. 3. *Inſt. Quib. mod. teſt. infirm.*

15. Quæ teſtamenta, ratione ſolennitatis, invalida flectit in vim fideicommiſſi. *d. l. ult.* ſecus ſi ſint invalida ratione voluntatis, exheredationis, aut præteritionis. *l.* 25. *Qui teſt. fac. poſſ. d. l.* 3 *de Teſt. mil. d. l.* 43. §. 3. arg. *l.* 2. *de Leg.* 3 *l.* 4. *C. de Lib. præt.*

16. Codicillos facere poteſt, qui & Jus teſtamenti faciendi habet. *l.* 6. §. 3. *l.* 8. §. 2. *h.*

DIGESTORUM

LIB. XXX, XXXI, XXXII.

De Legatis & Fideicommiſſis.

Cod. 6. 37, 42, 43, 47, 48.

1. Legati definitio nota eſt ex § 1. *I. b. l.* 36. *de Leg.* 2. *l.* 116. *pr. de Leg.* 1.

2. Antiqua legatorum genera non modò formularum diverſitate, ſed & Jure, & naturâ diſtincta, quatuor erant. (1. Per vindicationem. (2. Per damnationem. (3. Sinendi modo. (4. Per præceptionem. §. 2. *I. b.*

3. Quæ Jure novo maximam partem abrogata ſunt, unaque legatis omnibus vis & natura tributa. *l.* 21. *C. b. l.* 1. *C. Comm. de leg. d.* §. 1.

4. Quanquam hujus, obſoletæ licet, differentiæ non obſcura hodieque in Pandectarum libris exſtent veſtigia. v. *l.* 7. *de Leg.* 2. junct. *l.* 16. §. *ult. l.* 34. §. 9. 11. *de Leg.* 1. *l.* 45. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 43. §. *ult. de Leg.* 2. *l.* 19. *de Opt. leg.* §. *ult. I. de Obl. quæ quaſ. ex contr. l.* 15. *de Liberat. legat. Vinn. ad* §. 2. *Inſt. de Legat.* & DD. citatos a *Voet. ad b. t. n.* 2.

5. Legare & fideicommittere poſſunt omnes, qui teſtandi jus habent. *l.* 2. *D. de Leg.* 1. *l.* 1. §. 2. *de Legat.* 3.

6. Legata relinqui poſſunt omnibus, quibuscum eſt teſtamenti factio paſſiva, quique capaces ſunt teſtamenti & mortis teſtatoris tempore. §. 24. *I. b.* arg. *l.* 49. §. 1. *de Her. inſt.* §. 4. *Inſt. de Hered. qualit.*

7. In-

7. Incapaces ſunt deportati & ſervi pœnæ, quibus, præter alimenta, legari nihil poteſt. *l.* 16. *de Interd. & rel. l.* 3. *de His, quæ pro non ſcr. l.* 11. *de Alim. leg.* item ſervi privatorum, quibus, ex perſonâ propriâ, non niſi alimenta & libertas, *d. l.* 3. *l.* 91. §. 1. *& ſeqq. de Leg.* 1. ex perſona dominorum, etiam alia quævis legari poſſunt. *l.* 12. §. 2. *de Legat.* 1. Ex aliâ ratione ſervo heredis legari nequit. §. 32. *l. h.* item olim perſonis incertis, & poſtumis alienis, id eſt, non in patria poteſtate teſtatoris naſcituris, §. 25. *l. h.* id quod abrogatum eſt per §. 27. 28. *l. eod.*

8. Legari autem poteſt & pauperibus, & Eccleſiæ, aliiſque licitis, non illicitis, Collegiis & Univerſitatibus. *l.* 117. *l.* 122. *de Leg.* 1. *l.* 20. *de Reb. dub. l. ult. C. de SS. Eccl. l.* 24. *C. de Epiſc. & Cler.* arg. *l.* 8. *C. de Her. inſt. l.* 12. *C. eod. Suet. in Cæſ. c.* 83. *Plin.* 2. *Epiſt.* 11. *&* 5. *Ep.* 7.

9. Sed & heredi inſtituto, coheredem, à quo capere poteſt, habenti, rectè legatur; ſecus ſi ſolus ſit; quia a ſe ipſo nemo capere poteſt. *l.* 17. §. *ult. l.* 18. *l.* 116. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 34. §. 1. *de Leg.* 2. Quare ſi Sempronio heredi unico, & Titio legetur, ex. gr. fundus, Titius totum capiet. *l.* 34. §. 11. *de Legat.* 1. ſin duobus heredibus uni ex unciâ, alteri ex deunce inſtitutis, heres unius unciæ undecim, alter unciam capiet. *d. l.* 34. §. 12. ſecus ſi plures ſint coheredes. *l* 67. §. 1 *de Legat.* 1. aut uni ex coheredibus prælegatum ſit, arg. *l.* 104. §. 3. 4. *de Legat.* 1.

10. Legata relinqui poſſunt ab omnibus omnino, ad quos aliquid ex tacitâ, vel expreſ-

ſâ voluntate defuncti pervenit, aut perventurum eſt. *l.* 9. *C. de Fideic. l.* 74. *l.* 92. §. *ult. de Leg.* 1. *l.* 1. §. 6. *l.* 5. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 8. §. 1. *de Jur. Cod.*

11. Ita tamen, ut nemo onerari poſſit ultra id, quod ei relictum eſt. §. 1. *I. de Singul. reb. d. l.* 9. *C. l.* 1. §. 17. *ad SC. Treb. l.* 6. §. *ult. de Legat.* 3. *l.* 41. §. 3. *de Vulg. & Pup. l.* 41. §. 3. *de Teſt. mil. l.* 24. *C. de Legat.*

12. Niſi per ipſum honoratum ſteterit, quò minus plus ex teſtamento, vel codicillo, conſequeretur. *l.* 94. §. 2. *de Leg.* 1. v. & *l.* 70. §. 1. *de Leg.* 2. *l.* 24. §. 12. *de Fid. lib.* Ratio, quare heredes legatarii dicantur *honorati*, eſt, quia veteres honori ducebant, ſi ſibi aliquid ſupremo morientium judicio relinqueretur. *l.* 3. §. 2. *l.* 5. §. 6. *de Legat. præſt. l.* 2. §. 45. *de O. J. l.* 52. §. 2. *de Judic. Cic. pro Quint. cap.* 5. *Briſſon.* 4. *Sel. Ant.* 19. è contra injurioſum & turpe eſſe putabatur, amicorum & præſertim parentum teſtamentis præteriri aut exheredari. *l.* 8. *D. l.* 18. *C. de Inoffic. Teſt. Ovid.* 13. *Metam.* 45.

13. Legari poſſunt res omnes, tam futuræ, quam præſentes, tam alienæ, quam teſtatoris propriæ, tam incorporales, quam corporales; modò in rerum natura, & in commercio ſint, ac legatario adquiri poſſint. vide §. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *Inſt. h. t.*

14. Sub legato rerum mobilium certi loci continentur & nummi præſidii, non mutui, causâ repoſiti. *l.* 41. §. 6. *l.* 44. *l.* 78. §. 1. *l.* 79. § 1. *l.* 86. *l.* 92 *in f.* §. *ult. de Leg.* 3. *Coraſ.* 1. *Miſc.* 13. Cautiones autem, nomina & actiones, nec ſub mobilium, nec ſub immobilium legato continentur. *l.* 86. *de Leg.* 2. *l.* 12. §. 45. *de Inſt. vel Inſtr.*

15. Le-

15. Legatum rerum, quæ nondum exiſtunt, ſed futura ſperantur, valet, habeturque pro puro, quoad transmiſſionem, *l.* 99. *de Cond. & Dem. l.* 25. §. 1. *Quando dies legat.* pro conditionali autem, quoad obligationem. *l.* 5. *de Trit. vino vel ol. leg. l.* 1. §. *ult. de Cond. & Dem.*

16. Eâdem ratione res ab hoſtibus captæ, quæ Jure poſtliminii rediture ſperantur, rectè legantur. *l.* 9. *l.* 98. *l.* 104. §. 2. *de Leg.* 1. *l. ult. de Act. emt.* junct. *l.* 103. *de V. O.*

17. Rerum commercio hominum exemptarum ne quidem æſtimatio debetur. §. 4. *I. l.* 39. §. 8. & *ſeqq. de Legat.* 1.

18. Quod ſi rei, alioquin in communi hominum commercio poſitæ, commercium habeat legatarius, non teſtator, aut heres, valet; ſin vice versâ, non valet legatum. *l.* 49. §. 2. 3. *de Leg.* 2. arg. *l.* 34. *de V. O.* Exempli gratia, ſi Judæus aut Paganus mancipium Chriſtianum leget homini Chriſtiano, valet legatum; ſi autem Chriſtianus Judæo vel Pagano, legatum non valet. vid. *tit. C. Ne Chriſt. manc. hæret. vel Jud. hab.* (1. 10.) Idem juris eſt in prædiis provincialibus, quæ Præſides aut milites aliis legant, vel per alios illis legantur. *l.* 62. *de Contr. emt. l.* 9. *l.* 13. *de Re Judic.* Sic hodie legatum, quod minor reliquit curatori ſuo, non debetur, quia res pupillorum & minorum certo reſpectu non ſunt in commercio tutorum & curatorum, ſecus ac Jure Romano. *l.* 28. §. 4. *l. ult.* §. 2. *de Liber. leg.* Nec immobilia eccleſiæ, nec in quibusdam regionibus res ullæ conjugi a conjuge legari poſſunt, quæ legata adeo nulla ſunt, ut nec rerum legatarum æſtimatio debeatur. vid. *Voet. ad h. t. n.* 33. ni-

S 5 ſi

ſi res in commercio legatarii aut fideicommiſſarii poſitæ, ob aliquod animi corporisve, aut aliud vitium, vel impedimentum, capi aut poſſideri nequeant; quo ſenſu accipiendæ *l.* 40. *l.* 114. §. 5. *de Leg.* 1. *l.* 11. §. 16. *de Leg.* 3. Ut taceam, in dictâ lege 11. agi de legato militiæ, cujus natura æſtimatione conſtat. *d. l.* 49. §. 1. Idem juris eſt in legato teſſeræ frumentariæ. *d. l.* 49. *l.* 87. *de Legat.* 2. *Juven. Sat.* 7. 174. *Suet. in Cæſ.* 41. In lege autem 40. cum Cujacio deleri poteſt, & forte debet particula *non*, poſt vocem *poſſidendi.*

19. Rerum alienarum legatum valet, ita ut vel res ipſa per heredem redempta, vel, ſi redimi nequeat, æſtimatio ejus præſtanda ſit. §. 4. *I. h. l.* 39. §. 7. *l.* 71. §. 3. *de Legat.* 1. *l.* 14. §. *ult. l.* 30. §. *ult. de Legat.* 3. modò defunctus ſciverit, rem eſſe alienam *d.* §. 4. niſi (1. perſonæ conjunctæ, *l.* 10. *C. de Legat.* vel (2. piæ cauſæ, *l.* 39. *de Fid. lib* vel (3. niſi res heredis propria relicta ſit. *l.* 67. §. 8. *de Legat.* 2.

20. Rei, ad teſtatorem pertinentis, ſed alteri oppignoratæ, luitio, id eſt, ſolutio debiti, pro quo pignus erat obligatum, heredi incumbit, ſi ſciverit defunctus, rem obligatam eſſe, niſi ipſum legatarium luere voluerit. §. 5. *I. h.* vel, legatâ univerſitate, ſub eâ comprehendatur res ſingularis obligata. *l.* 15. *de Dote Præl.* ſin ignoraverit, luendi neceſſitas ipſi incumbit legatario. *d.* §. 5. niſi conſtet, teſtatorem, etſi ſciviſſet, eam eſſe obligatam, nihilominus legaturum fuiſſe. *l.* 57. *de Legat.* 1. *l.* 6. *C. de Fideicom. d. l.* 10. *C. de Legat.*

21. Quod ſi res, tempore teſtamenti facti, aliena, poſteà ex cauſâ lucrativâ ad legatarium per-

perveniat, exſtinguitur legatum. §. 6. *I. h.* v. *l.* 108. §. 4. *de Leg.* 1. *l.* 66. §. 1. *de Leg.* 2. *l.* 17. *de O. & A.* Ratio eſt in §. 6. *I. h.* Secus ſi ex cauſa oneroſâ, arg. *l.* 14. *de V. S.* Quod ſi res eadem diverſis duorum teſtamentis relicta ſit, qui ex uno æſtimationem conſequutus eſt, non prohibetur ex alio rem petere; non vice versâ. *d.* §. 6. *l.* 34. §. 2. *de Legat.* 1. v. *l.* 88. *de V. S.*

22. Si res, in certo corpore conſiſtens, ſæpius ab eodem teſtatore legata ſit, ſemel tantum debetur. *d. l.* 34. §. 1. Sin quantitas, ſi quidem diverſis ſcripturis, ſæpius; ſin eâdem ſcripturâ, non niſi ſemel debetur. *d. l.* 34. §. 3. *l.* 12. *de Prob. l.* 66. §. 5. *de Leg.* 2. *l.* 86. §. 1. *de Leg.* 1. v. *l.* 47. *de Legat.* 2.

23. Rei legatarii propriæ legatum non valet, §. 10. *I. h. l.* 41. §. 2. *de Legat.* 1. *l.* 13. *C. de Legat.* v. *l.* 82. *de V. O. l.* 16. *de Contr. empt.* licet eam, vivo teſtatore, alienaverit. *d.* §. 10. *d. l.* 41. § 2. niſi ſub hac conditione, *ſi eam alienaverit*, relicta ſit; quo ſenſu accipiendæ *l.* 1. §. 2. *de Reg. Caton.* v. *l.* 3. *l.* 4. *eod. l.* 89. *de Cond. & Dem.*

24. Quod, ſi rei legatæ, per legatarium emptæ, & jam traditæ, pretium nondum ſolutum ſit, vel, ſi alteri in re legatarii propriâ jus, veluti pignoris, competat, heres pretium ſolvere, vel rem à nexu pignoris liberare tenetur. *l.* 86. arg. *l.* 34. §. 7. *l.* 84. §. 5. *de Leg.* 1. Si autem ipſe teſtator jus in re legatarii habeat, eam legando jus ſuum remiſiſſe cenſetur. *l.* 43. §. *ult. l.* 71. §. *pen. de Leg.* 1. *l.* 1. § 1. *de Liber. legat.* Non obſtat *l.* 66. §. 6. *de Leg.* 2. ubi cum Cujacio pro *propter* leg. *præter.* vid. ibi *Gothofr. & Voet. ad h. t. n.* 29.

25. Ad

25. Ad modum & formam legandi quod attinet, relinquuntur legata (1. Vel teſtamento, vel codicillis, ſive ab inteſtato. (2. Vel pure, vel ſub conditione. §. 9. *I. de Her. Inſt.*

26. Modò ne conferantur in arbitrium heredis. *l.* 43. §. *pen. de Leg.* 1. niſi tanquam viri boni. *l.* 11. §. 7. *de Leg.* 3. *l.* 75. *de Leg.* 1.

27. Sed nec in arbitrium tertii conferri poſſunt, niſi tanquam ſub conditione. *l.* 52. *de Cond. & Dem. d. l.* 43. §. *pen. l.* 32. *de Hered. inſtit. l.* 1. *Qui teſt. fac.*

28. In legatarii ipſius arbitrium quo minus conferantur, nihil impedit. *l.* 65. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 69. *de Cond. & Dem.*

29. (3. Legatum relinquitur vel uni, vel ſimul pluribus. Pluribus relinquitur vel conjunctim, vel ſeparatim, cum vel partes verè diſtinguuntur, vel una res pluribus à diverſis heredibus in ſolidum relinquitur. *l.* 1. *l. pen. de Uſufr. accr.* Quo caſu partes deficientium apud eos, à quibus erant præſtandæ, manent. *l. un.* §. 4. 8. *C. de Cad. toll.*

30. Conjunctio autem fit vel re, vel verbis, vel re & verbis ſimul. *l.* 142. *de V. S. l.* 89. *de Leg.* 3.

31. *Re:* Cum eadem res pluribus, diverſis orationibus, ſine voculâ conjungente, legatur: atque hi aliquando *disjuncti* appellantur. Vide §. 8. *l. b. l. un.* §. 10. 11. *C. de Cad. toll.*

32. *Verbis:* qui & voculâ conjungente, & eadem oratione ad eandem rem, ſed æquis partibus, vocantur. vide *d. l.* 142. *d.* §. 8. *l.* 88. *de Leg.* 3.

33. *Re & verbis:* quibus eadem res, unâ oratione, adhibitâ voculâ conjungente, ſine mentio-

tione æquarum partium, datur. Vide *dd. ll.* & *l.* 36. §. 2. *de Leg.* 1.

34. Inter conjunctos vel re tantum, vel re & verbis ſimul, certi & explorati juris eſt, locum habere jus accreſcendi. §. 8. *I. h. l.* 89. *de Leg.* 3. *l.* 30. *de Cond. & Dem.*

35. Quod eſt jus, *quo portio deficientis accreſcit portioni non deficientis, inter conjunctos heredes vel legatarios*, ita ut ex probabili mente teſtatoris tota hereditas, vel tota legata ſingulis data ſint, partes autem concurſu fiant. *l.* 80. *de Leg.* 3. §. 8. *I. h. l. un.* §. 11. *C. de Cad. toll. l.* 7. *C. de Legat.*

36. Quæ præſumptio & voluntatis conjectura cum ceſſet in conjunctione legatariorum verbis tantum factâ, ubi ipſe teſtator partes ab initio conſtituit, v. *l.* 1. *l. pen. de Uſufr. accr. l.* 34. §. 9. *de Leg.* 1. conſequitur, veriorem eſſe Goveani, Cujacii, A. Fabri, aliorumque ſententiam, juri accreſcendi inter legatarios, conjunctos verbis tantum, nullum eſſe locum, arg. *l.* 80. *de Leg.* 3. *l.* 1. *l. pen. D. de Uſufr. accr.* Rationes hujus ſententiæ ſunt. (1. Quia jus accreſcendi non habet locum, niſi inter collegatarios, quibus ſingulis in ſolidum eadem res relicta eſt, quique adeo partes *concurſu* faciunt, & quos inter *ſcinditur* legatum. *d. l.* 80. *de Legat.* 3. §. 8. *Inſtit. de Legat.* conjuncti autem verbis tantum ſemper ex voluntate defuncti habent partes & quidem æquas. *d. l.* 89. (2. Quia ſi unicuique parti rei uſusfructus ſit relictus, ſine dubio ceſſat jus accreſcendi. *d. l.* 1. *de Uſufr. accr.* (3. Quia Papinianus in *d. l. pen. de Uſufr. accr.* argumentatur ab illis, qui verbis ſunt conjuncti, ut probet, jus accreſcendi non habe-

bere locum inter eos, qui nullo modo, adeoque ne verbis quidem, ſunt conjuncti, ſed prorſus ſeparati (4. Quia in §. 8. *Inſt. de Legat.* ubi ex profeſſo agitur de jure accreſcendi, nulla vel minima ſit mentio verbis tantum conjunctorum. (5. Quia jus accreſcendi inter collegatarios locum habet ex probabili voluntate teſtatoris, quæ voluntas hic deficit, excluſa per verba: *æquis partibus:* quæ nihil ſignificarent, nec ullum producerent effectum, ſi inter illos locum haberet jus accreſcendi. (6. Quia ſic nulla eſſet differentia inter conjunctos verbis tantum, & inter conjunctos re tantum, & inter re & verbis conjunctos ſimul! adeoque diverſitas verborum & formularum inducit diverſitatem rerum, arg. *l.* 7. *C. de Codic.* (7. Quia nullum jus, neque ratio patitur, ut in ea re, quæ ex voluntate teſtatoris proficiſcitur, plus legatariis tribuatur, quam ipſe voluit, voluit autem, inter conjunctos verbis tantum habere locum æquas partes. vid. *l.* 63. §. 7. *ad SC. Trebell.* (8. Quia in ambiguis juris & facti quæſtionibus, circa ultimas voluntates, amplectenda eſt illa interpretatio, quæ magis favet heredi, quam legatariis. *l.* 47. *l.* 67. §. 8. *de Legat.* 2. *l.* 36. *in fin. de Uſufr. legat.* Nec eſt contrarium in *l.* 89. *de Leg.* 3. nec in *l.* 16. §. *ult. de Leg.* 1. vid. *Voet. ad h. t. n.* 61. ubi plura de jure accreſcendi inter collegatarios.

37. Olim jus accreſcendi in legatis vindicationis, non damnationis, locum habebat. *l.* 7. *de Leg.* 2. *l.* 30. *de Cond. & Dem. Ulp. fragm.* 24. §. 11. 12. 13.

38. Effectus juris accreſcendi eſt, quod portiones deficientium non relinquantur heredi, & que

quo præſtandæ erant, ſed accreſcant legatariis conjunctis. *d. l. un.* §. 4. 8.

39. Deficiunt autem legata, vel quæ ab initio pro non ſcriptis habentur, vel quæ, vivo teſtatore, per mortem legatariorum, vel defectum conditionis; vel mortuo teſtatore, ſive ob defectum conditionis, ſive repudiatione intercidunt & evaneſcunt. *l. un.* §. 2. *C. de Cad. toll.*

40. Effectus Legatorum eſt, (1. Quod dominium rectâ viâ à defuncto tranſeat in legatarium. *l.* 64. *de Furt. l.* 80. *de Leg.* 2. *l. un.* §. 13. *C. de Cad. toll.* Modo legata ſint res teſtatoris propria, corporalis, pure & in ſpecie, poſſeſſio autem ipſo jure non tranſit ad legatarium, ſed corporaliter eſt apprehendenda. *vid. l.* 23. *de Acq. poſſ. tit. de Acquir. her. tb.* 17.

41. (2. Quod legatario, ad perſequendum legatum, triplex competat actio, (1. Rei vindicatio, arg. *l.* 23. *de R. V.* junct. *d. l.* 80. modò legatum ſit corpus, ſeu ſpecies teſtatoris propria. *l.* 54. *de R. J.*

42. (2. Actio in perſonam heredis, ex quaſi contractu aditæ hereditatis, ad rem legatam cum ſuis acceſſionibus. §. 19. 20. *I. h. l.* 39. *de Leg.* 2. §. 5. *I. de Obl. quæ ex quaſi contr.* Et quidem ad rem ipſam legatam, ita ut heres aliud pro alio, vel æſtimationem ſolvendo, non liberetur. *l.* 12. *de Leg.* 2. *l.* 71. §. 4. *de Leg.* 1. *l.* 11. §. 17. *de Leg.* 3. Ratio eſt in *pr. Inſt. Quib. mod. toll. Obl.* & *l.* 2. §. 1. *de Reb. cred.* excepto caſu *l.* 26. §. *ult. de Legat.* 1. & *d. l.* 71. §. 3.

43. Quod ſi res culpâ heredis, licet leviſſimâ, perierit, datur ad æſtimationem. *l.* 26. §. 1. *l.* 47. §. *pen. eod.* Sin caſu, non datur, niſi

niſi quid è re ſuperſit. §. 16. 17. *l. h. l.* 22. *de Leg.* 1.

44. Hæc autem actio ita concurrit cum rei vindicatione, ut non ſimul utrâque experiri liceat, ſed unâ, utrâ legatarius velit: alterâ enim electâ, exſtinguitur altera, ne bis idem petatur. *l.* 76. §. 8. *de Leg.* 2. *l.* 84. §. *ult. l.* 108. §. 2. *de Leg.* 1. *l.* 57. *de R. J.*

45. Quod ſi plures ſimul ſint onerati ad rei individuæ præſtationem, ſinguli hac actione in ſolidum tenentur. *l.* 11. §. 23. *de Leg.* 3. *l.* 192. *de R. J.* ſin res dividuæ ſint relictæ, pro portione hereditariâ, niſi propria ſingulorum heredum nomina repetita ſint. Nam perſonarum enumeratio & nominum propriorum expreſſio hunc habet effectum, ut heredes exæquentur in legato præſtando, & teneantur in æquas, ſive viriles partes, in quibus ſi nominati non eſſent, hereditarias partes præſtare debuiſſent. Simile exemplum vid. in *l.* 37. *de Stip. Serv. l.* 23. *in fin. l.* 24. *ad SC. Trebell. & tit. de Vulg. & Pup. ſubſt. tb.* 27. quo caſu ſinguli in viriles portiones tenentur. *l.* 124. *de Leg.* 1. cui non obſtant. *l.* 54. §. *ult. de Legat.* 1. *l.* 17. *de Duob. reis ſtip.*

46. Quo autem caſu plures tenentur in hereditariam, ſeu virilem partem, quorundam inopia ceteros non onerat. *l.* 33. *de Leg.* 2. ſecus ſi gravati ſint præſtatione rei individuæ, atque adeo ſinguli teneantur in ſolidum. *d. l.* 11. §. 23.

47. (3. Actio hypothecaria, ad perſequendas res hereditarias, ſeu teſtatoris, legati nomine tacitè, & ipſo jure pignori obligatas. §. 2. *I. h. l.* 1. *C. Comm. de Leg.*

48. Hæc

48. Hæc actio ex Conſtitutione Juſtiniani ipſo jure inter plures heredes diviſa eſt. *d. l.* 1. *inf.* Ne ſibi teneantur, aut condemnari poſſint, niſi pro portione hereditatis. *l.* 2. *C. de Hered. act.* (aliud juris eſt in rei vindicatione, quæ contra ſingulos heredes datur in ſolidum, tanquam contra poſſeſſores. *l.* 55. *de R. V. Huber. ad tit. Inſt. de Legat. th. ult.*) idque contra regulam *legis* 65. *de Evict.* & *l. ult. C. Si un. ex plurib. heredib. credit.* (VIII. 32.).

49. Dantur autem hæ actiones non modo ad res ipſas legatas, ſed & ad fructus, aliaſque acceſſiones, adeoque ad uſuras à tempore moræ. *l.* 34. *l.* 39. *l.* 42. *de Uſur. l.* 39. §. 1. *de Leg.* 1. vide *l.* 1. *l.* 2. *l. ult. C. de Uſur.* & *fruct. leg. l.* 23. *de Leg.* 1. *l.* 84. *l.* 87. §. 1. *de Leg.* 2. *l.* 26. *de Leg.* 3.

DIGESTORUM

LIBER XXXIII.

TIT. I.

De Annuis & Menſtruis Legatis, & Fideicommiſſis.

1. Annua, ſeu in annos ſingulos relicta, legata plura ſunt, ita ut primi anni legatum purum, cujus dies à morte teſtatoris cedit. *l.* 12. §. 1. 3. *Quando Leg.* ſequentium

conditionale ſit, *ſi legatarius vivat. l.* 4. *l.* 11. *l.* 12. *h. d. l.* 12. *Quand. dies.*

2. Nam morte legatarii exſtinguitur. *l.* 8. *eod.* niſi alia mens teſtatoris fuerit. *l.* 20. *l.* 26. §. 2. *Quando dies leg. l.* 22. *C. de Leg.* vel legatum annuum Reipublicæ, aut Collegio licito ſit relictum, quo caſu in perpetuum præſtandum eſt. *l.* 6. *l.* 20. §. 1. *l.* 23. *l. pen. h.* Quanquam uſusfructus hoc modo relictus centum annis finiatur. *l.* 56. *de Uſufr.*

3. Cum legatum annuum initio cujusque anni debeatur, legatario, incunte anno, moriente, transmittitur ad heredes. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 22. *h.* licet aliud juris ſit in uſufructu, ubi fructus non niſi percepti transmittuntur. §. 36. *I. de R. D. l.* 12. §. *ult. de Uſufr. d. l.* 8. *l.* 13. *Quib. mod. uſ.* & in ſtipulatione in annos ſingulos, quæ cum pura ſit & perpetua, non finitur morte ſtipulatoris. §. 3. *I. l.* 16. §. 1. *de V. O.*

4. Ita tamen, ut heres ſtipulatoris ſive creditoris, pacti, vel doli mali exceptione removeatur, ſi promiſſioni inſerta ſint verba, *quoad vivam. l.* 56. §. 4. *de V. O. l.* 44. §. 1. *de O. & A. l.* 4. *de Servit.*

5. Solutio annui legati facienda eſt ad amusſim quantitatis, à teſtatore relictæ, quæ ſi expreſſa non ſit, habenda ratio ejus, quod teſtator præſtare ſolebat; vel, ſi de eo non conſtet, modus ſtatuendus eſt ex dignitate & conditione legatarii, ut & ex affectione defuncti erga legatarium. *l.* 14. *h. l.* 16. §. 1. *l.* 22. *de Alim. Leg.*

6. Legato, annuâ, bimâ, trimâ die, (id eſt, tribus annuis penſionibus, ſive tribus terminis, ut loquuntur) relicto, ſingulis annis regulariter

ter æque penſiones ſolvendæ ſunt. *l.* 3. *pr.* & §. 1. *h. l.* 3. §. 13. 14. *de Stat. lib.*

7. Legati autem hujus dies ſtatim cedit à morte teſtatoris, ipſumque legatum, ante ſolutionem moriente legatario, ad heredes ejus transmittitur. *l.* 26. §. 2. *Quando dies Leg.* arg. *d. l.* 3.

8. Annuum legatum finitur, exiſtente tempore, vel conditione, ſi qua ſit adjecta. *l.* 17. *h.* item præſcriptione; ſic ut triginta annorum legata peti poſſint, trigeſimi primi verò & ſuperiorum non item, adeoque tantum præſcripti cenſentur anni trigeſimum excedentes, arg. *l.* 7. § 4. 6. *C. de Præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* junct. *l.* 4. *h. l.* 12. §. 1. 3. *Quando dies Legat.* Sic ut cum longiſſimum tempus a primo anno ſit elapſum, ſequentibus annis tamen non ſit præſcriptio. vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 6. & 8. *Voet. ad h. t. n.* 1. *Sand.* 5. *Deciſ.* 6. 1. Cæterum hæc omnia eodem modo ſe habent in legatis menſtruis & diurnis. Denique morte legatarii. *l.* 8. *l.* 12. *h. t.*

TIT. II.

De Uſu, & Uſufructu, & reditu vel Habitatione, & Operis per legatum vel fideicommiſſum datis.

1. Legari poſſunt res tam incorporales, quam corporales. §. 21. *I. de Legat. l.* 41. *pr. de Leg.* 1.

2. Adeoque ut proprietas, ita & uſusfructus & uſus, ſimileſque perſonales ſervitutes legari poſſunt. Modò uſusfructus fundi, vel ſimilis

rei, non itineris, aut alterius prædialis ſervitutis, relinquatur; quo tamen caſu legatario actio utilis contra heredem competit, ſcilicet ad id, ut heres patiatur agere legatarium, ſive ad vitam. *l. 1. h.* de cujus legis ſenſu plura vid. ap. *Voet. ad h. t. n. 1. & Vinn. ad pr. Inſtit. de R. D.*

3. Sive autem uſusfructus, ſive annui fructus relinquantur, nihil intereſt. *l.* 41. *h. l.* 20. *de Uſufr.*

4. Si alteri fundus, alteri ejusdem fundi uſusfructus legatus ſit, uſusfructus inter eos erit communis. *l. 19. h. l. 6. de Uſufr. ear. rer.* niſi fundus legatus ſit *deducto uſufructu.* §. 1. *I. de Uſufr. l. 6. eod. l. 19. h. t.*

5. Sub legato uſufructu omnium bonorum comprehenditur & uſusfructus nominum, ſive obligationum & actionum. *l.* 37. *h.* ubi *uſusfructus calendarii* nihil aliud eſt, quam uſusfructus obligationis & actionis, quæ defuncto competebat.

6. Uſusfructus, niſi alternis annis relicti, legatum unum, non multiplex eſt. *l.* 13. *h. Wiſſenb. ad h. t. th.* 8.

7. Uſufructu fundi ad certum tempus relicto, ut, eo elapſo, fundus alteri reſtituatur, fundus non debetur fideicommiſſario, quando legatarius ante lapſum temporis moritur, ſed impleto illo tempore. *l.* 35. *h.*

8. Reditu legato continetur annua præſtatio rerum hereditariarum. *l.* 22. *l.* 38. *h. l.* 21. *de Ann. Legat.* qui, ſi Civitati, ad ludos illicitos, relictus ſit, adhibitis in conſilium decurionibus, & heredibus, in alium licitum, conſervandæ memoriæ teſtatoris ergo, impendendus eſt. *l.* 16. *h. Wiſſenb. ad h. t. th. 9. Brunnem. & alios ad d. l.* 16.

9. An-

9. Annua quantitas ex certo fundo legata tota debetur, licet minus proveniat. *l.* 17. §. 1. *tit. præc.* ſecus ſi quantitas ſemel legetur. *l.* 5. *de Trit. vin.*

10. Legatum habitationis, in ſingulos annos relictum, ab initio anni debetur. *l.* 11. *h.*

11. Legari poſſunt & operæ, tum ſervorum, *l.* 2. *l.* 7. *h. t. Tit. de Oper. ſerv.* quæ nec capitis diminutione, nec non utendo, nec morte legatarii amittuntur, *d. l.* 2. tum liberorum hominum. *l.* 3. *h.* §. 21. *l. de Leg.*

12. Dies legati uſusfructus cedit ab aditâ hereditate. *l. un.* §. 2. *D. Quand. dies uſ. leg.* Annui verò legati à morte teſtatoris. *l.* 12. §. 3. *Quand. dies leg. ced. Wiſſenb. ad. d. t.*

TIT. III.

De Servitute legata.

1. Servitus prædialis legari poteſt omnibus, prædium, cui adquiri poteſt, habentibus. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h.*

2. Quæ ſi à pluribus heredibus legata ſit, ſinguli tenentur in ſolidum: Ratio eſt, quia ſervitus prædialis eſt individua. *l.* 2. § 2. *l.* 72. *de V. O. Supr. tit. de Legat. th.* 45. uno tamen ſervitutem præſtante, ceteri liberantur. *l. ult. h. v. l.* 17. *de Servit.*

3. Legatæ ſervitutis prædialis dies ſtatim à morte teſtatoris cedit. *l.* 3. *h. l. un.* §. 6. *C. de Cad. toll.* Nusquam enim exciditur a communione. *l.* 1. *& ſeq. Quand. dies leg. ced.* in quo differt ſervitus prædialis ab uſufructu aliisque ſervitutibus perſonalibus. Non obſtant *l.* 19. §. 1.

Quemad. ſerv. am. l. ult. Comm. præd. vid. *Voet. ad. h. t. n.* 1. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 13. nec finitur morte legatarii, ſed ad heredes tranſmittitur. *l.* 4. *de S. P. R. l. pen. h.*

TIT. IV.

De Dote Prælegatâ.

1. Legatum dotis utilius eſt actione de dote (1. Ob commodum repræſentationis, id eſt, ſolutionis, ſive præſtationis, celeriter & ante tempus factæ. *Suet. in Aug. cap. ult. Senec. Epiſt.* 95. *l.* 36. §. 1. *de Cond. & dem.* §. 14. *Inſt. de Legat. & ibi Vinn. l.* 1. §. 2. *h.* §. 15. *l. de Legat.* (2. Ob excluſionem exceptionum, quæ reſtitutionem dotis vel in totum, vel pro parte impedire poſſent. *l.* 1. §. 1. *h. tit. Sol. matr. th.* 11.

2. Unde receptum eſt, ut dos mulieri à marito prælegari, vel relegari poſſit. v. *l.* 77. §. 12. *de Leg.* 2. à quo dotis prælegato differt legatum dotis. v. *l.* 71. §. 3. *de Cond. & Dem.*

3. Ita tamen valet prælegatum dotis, ſi dos penes maritum ſit, quæ legari poſſit, non ſi vel nunquam numerata, vel reſtituta, vel caſu, aut culpâ leviſſimâ, deperdita ſit, niſi his in caſibus certâ dotis quantitas ſit deſignata. *d.* §. 15. *l.* 1. §. 5. 6. 7. *l.* 6. *l.* 7. *pr.* & § 1. *h. l.* 75. §. 1. *de Leg.* 1. Tunc enim dos prælegata indiſtinctè debetur, licet caſu perierit, quia falſa demonſtratio non vitiat legatum. §. 30. *Inſt. de Legat.*

4. Quod ſi dos, uxori legata, matri ejus, ex ſtipulatu, ſit reſtituenda, non debetur; niſi probetur, eam teſtatoris voluntatem fuiſſe, quod he-

heredes duplici dotis præſtatione onerare voluerit. *l. pen. h.*

TIT. V.

De Optione, vel Electione legatâ.

1. Optionis legatæ effectus eſt, quod legatarius optimum eligere poſſit. *l.* 9. §. 1. *de Dol. mal.* excepto caſu *legis ult.* §. 1. *C. Commun. de Legat.* Scilicet, quo alicui legata eſt optio, alterius arbitratu facienda. *d. l. ult. C.* junct. *l. pen. h. t.* & *l.* 3. §. 10. *ad Exhib.* tunc enim debet eligi res mediæ conditionis. Et ſi *ſervorum*, vel aliarum rerum, optio legata ſit, tres. *l.* 1. *h.* contra communem regulam. *l.* 12. *de Teſtib.* Ratio exceptionis a regula eſt in *l.* 12. *de R. J.* junct. *l.* 67. §. 8. *de Leg.* 2.

2. Facienda autem optio poſt aditam hereditatem. *l.* 16. *h.* intra tempus, à teſtatore, vel judice, præſtitutum. *l.* 6. *l.* 8. *h.* & quidem ab ipſo legatario, non per procuratorem. *l.* 77. *l.* 123. *de R. J.* Ratio eſt, quia optio eſt actus legitimus, actus legitimi autem non admittunt exceptionem. Nec eſt aliud in *l. pen. h.* Nam ibi mater non ut procuratrix, ſeu mandataria legatariæ, ſed ex præcepto & voluntate teſtatoris optionem fecit. *l.* 3. §. 10. *ad Exhib.* adeoque ut mater & miniſtra. *d. l. ult.*

3. Legatarius, poſt mortem teſtatoris, ante aditam hereditatem, moriens, optionem ad heredes ſuos transmittit. *l.* 19. *h. t.* qui ſi in eligendo diſſentiant, res forte dirimenda, eodem modo, ut in optione unius rei pluribus legatariis relicta. §. 23. *I. de Leg. l. ult. C. Comm. de Leg.*

4. Ab optione ſemel factâ, niſi ex juſtâ cauſâ, recedere non licet. *l.* 20. *l.* 2. §. 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 10. *l.* 16. *b. l.* 75. *de R. J.*

5. Legatum generis quod attinet, ſi corpus, certos à naturâ terminos habens, legatum ſit, ut equus, bos, legatario competit electio, ita ut nec optimum poſſit, nec peſſimum teneatur eligere. §. 22. *I. de Leg. l.* 20. *l.* 37. *l.* 108. §. 2. *l.* 2. §. 1. *b. t. de Leg.* 1..

6. Quanquam ex duabus rebus alternative relictis libera ſit legatarii electio. *l.* 34. §. *pen. de Leg.* 1.

7. Aliud juris eſt in quantitate alternative legatâ, & in tempore alternativo à teſtatore legati ſolutioni appoſito. *l.* 43. §. *ult. de Leg.* 2.

8. Si teſtator nullas tales res, quæ certos à naturâ terminos habent, quarum genus legavit, reliquerit, heredis eſt aliunde, quod legatum eſt, redimere & legatario præſtare, arg. *l.* 45. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 3. *de Trit. vin. leg.*

9. Res, quæ certos à naturâ terminos non habet, ut domus, fundus, animal in genere, non debetur, niſi teſtator talem rem in hereditate reliquerit. *l.* 71. *de Leg.* 1. *l.* 69. §. 4. *de Jur. dot.* ſi plures ejus generis reliquerit, electio eſt, non legatarii, ſed heredis, arg. *l.* 37. §. 1. *de Leg.* 1. non obſtante *d. l.* 71. *eod.* Scilicet, ſi teſtator de certa re, veluti hoc vel illo fundo ſenſerit, nec appareat, de quo cogitaverit. *d. l.* 37. & *l.* 39. §. 6. *de Leg.* 1. Ratio eſt, quia heredes præſumuntur melius ſciviſſe mentem teſtatoris, quam legatarii. vid. *Vinn. ad* §. 22. *Inſt. de Legat.* & *Bronkh. Cent.* 3. *Enant. aſſert.* 29.

TIT.

TIT. VI.

De Tritico, Vino, vel Oleo legato.

1. In hoc & ſequentibus titulis tenenda regula eſt, quod, cum teſtatoris voluntas utramque paginam faciat in teſtamento, ei tum inprimis ſtandum ſit, cum de proprietate verborum, quibus uſus eſt, quæritur. *l.* 13. *h. t. l.* 7. §. 2. *l.* 8. *de Supell. Leg. l.* 69. *de Leg.* 3. *l.* 35. §. 3. *de Her. inſt. l.* 12. *inf. de Leg.* 1.

2. Tritico, vino, oleo, aliisve rebus fungibilibus legatis ſine quantitate, id omne debetur quod teſtatoris fuit. *l.* 7. *h.*

3. Expreſsâ quantitate, non qualitate, tantum debetur, quantum relictum eſt, ejus qualitatis, quam heres probaverit. *l.* 4. *h.* niſi teſtatori placuerit, ut qualitas æſtimetur arbitrio legatarii. *l.* 2. §. 1. *h.*

4. Quantitas autem ipſa expreſſa debetur, niſi quid impoſſibile contineat. *l.* 7. §. 1. *h.* ſi minus relinquat, quam expreſſit teſtator, quod relictum eſt debetur. *l.* 108. §. 10. *de Leg.* 1.

5. Idem juris eſt, ſi certa quantitas, quæ ex fundo nata eſſet, ſemel & ſimul legetur. *l.* 5. *h.* niſi conjunctæ perſonæ legetur. *l.* 26. *Quando dies Leg.*

6. Quod ſi eandem quantitatem ſæpius præſtari voluerit teſtator, tota præſtanda eſt, licet minus natum, ita ut unius anni ſterilitas alterius ubertate ſuppleatur; ſin minus, non tenetur heres aliunde comparare, quod ex fundo non naſcitur, niſi fundum demonſtrationis tantum causâ adjectum conſtet. *l.* 13. *h. l.* 17. §. 1. *de*

de Ann. Leg. l. 12. *de Alim. Leg. l.* 83. §. 5. *de V. O.*

7. Vino legato continetur quidquid ex vindemiâ natum eſt, & teſtator vini numero habuit. *l.* 1. *l.* 9. *h. l.* 2. §. *ult. de Opt. Leg.* Adeoque etiam acetum, ſi teſtator id vini numero habuerit. *l.* 3. §. 5. *de Pen. Leg.* de uſu aceti in potu apud veteres vid. *l.* 1. *C. de Erog. milit. annon. Spart. in Peſc. Nigr. cap.* 7. *Vopiſc. in Aurel. cap.* 47. *Suet. in Vitell. cap.* 12. unde lucem fænerantur verba *Johannis in Euang. cap.* 19. *vſ.* 29. *& Matthæi cap.* 27. *vſ.* 34. & 48. unà cum vaſis minoribus, non doliis magnis, *l.* 3. §. 1. *l.* 14. *l.* 15. *h. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *pr. de Pen. Leg.*

8. Vino veteri legato, ſi non conſtet de contraria conſuetudine, aut voluntate teſtatoris, etiam prioris anni vinum appellatione vini veteris continetur. *l.* 9. §. *ult. l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *h.*

TIT. VII.

De Inſtructo, vel Inſtrumento legato.

1. Fundo ſimpliciter legato, inſtrumentum non debetur, nec fundi, nec patrisfamilias. *l. ult. de Supell. Leg.*

2. Affixa tamen & inædificata debentur, non dotes prædiorum, id eſt, acceſſiones & inſtrumenta, quæ Græcis vocantur ἐνθήκη. *l.* 20. §. 1. *h. t. Plin.* 1. *Epiſt. ult.* & 2. *Epiſt.* 17. ſtramenta, boves aratores, & ſimilia, niſi fundus, *ut optimus maximusque eſt*, legatus ſit. *l.* 2. §. 1. *l.* 18. §. 9. *l.* 21. *l.* 22. *h.*

3. Fundo legato cum omnibus, quæ ibi ſunt, legata cenſentur & merces venales, item vina ven-

vendita, quæ in doliis remanſerunt, cum eorum pretium non eſſet ſolutum. *l.* 27. §. 3. *h.* niſi contraria voluntas teſtatoris appareat. *d. l.* 27. *l.* 3. §. 9. *de Pen. Leg. l.* 32. §. 4. *de Aur. arg. Legat. l.* 44. *l.* 92. *inf. de Leg.* 3. licet uſufructu legato non debeatur uſusfructus rerum venalium *l.* 32. §. 2. *de Uſufr. Leg.* Ratio eſt, quia legatum uſusfructus recipit ſtrictiorem interpretationem, & quia res venales non habentur utendi, ſed vendendi cauſa. vid. *Wiſſenbach. ad h. t. th.* 9.

4. Inſtructi fundi legato continentur omnia inſtrumenta, tum fundi, tum patrisfamilias, quæve is in eo, habuit, ut ibi eſſet inſtructior, ut ſuppellex, aurum, argentum, vinum, libri, medicamenta, uſûs, non cuſtodiæ, aut mercaturæ cauſâ ibi repoſita. *l.* 12. *princ.* & §. 27. & *ſeqq.* 30. 35. 43. *l.* 15. §. 1. *h. l.* 1. *l.* 2. *C. de V. S.*

5. Secus ſi *fundus cum inſtrumento* legetur, quo legato non patrisfamilias, ſed ſolius fundi inſtrumenta continentur. *l.* 5. *h.*

6. Sive autem inſtructus, ſive cum inſtrumento fundus legetur, pereunte vel alienato fundo, certum eſt, corruere legatum inſtrumentorum ad fundum pertinentium. §. 17. *I. de Legat. l.* 1. §. 1. *l.* 5. *h. t. l.* 129. §. 1. *de R. J.*

7. Sed inſtrumentum patrisfamilias, quod ſub legato inſtructi fundi comprehenditur, quodque ad perſonam ejus inſtruendam pertinet, nihilominus recte petitur. *d. l.* 5. *l.* 12. §. 27. *h.*

8. Eſt autem inſtrumentum fundi apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus poſſeſſio exerceri nequit. *l.* 12. *pr. h.* ſub quo continentur omnia, quæ fructuum quærendorum,

co-

cogendorum, & conſervandorum gratiâ ſunt comparata. *l.* 8. *h.* item inſtrumenta inſtrumenti. *l.* 12. §. 6. *h.*

TIT. VIII.

De Peculio legato.

1. Cujus lucro vel damno cedat augmentum, vel detrimentum peculii legati, notum eſt ex §. 20. *I. de Leg.* & *l.* 8. §. 8. *h.*

2. Servo legato, vel per teſtamentum manumiſſo, peculium, niſi nominatim legatum, non debetur. *l.* 24. *h. d.* §. 20. exceptio eſt in *l.* 6. §. 2. *h.* licet ſervum inter vivos manumiſſum peculium ſequatur, niſi ei expreſſe ademptum ſit. *l.* 53. *de Pecul. l. un. C. de Pec. ej. qui lib. mer. d.* §. 20. v. *l.* 31. §. 2. *de Donat.*

3. Ut autem ſervi, ita & filiifamilias peculium vel ipſi vel extraneo legari poteſt. *l.* 19. §. 1. *h.* cujus dies cedit à morte teſtatoris, cum dies peculii, ſervo relicti, non cedat, niſi ab aditâ hereditate. *l. ult.* §. 6. *de Cad. toll.*

4. Servo, cum peculio relicto, legatum peculii, ſervo vel alienato, vel manumiſſo, vel mortuo, corruit. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h.* §. 17. & 20. *I. de Legat.*

TIT. IX.

De Penu legatâ.

1. Penu legatâ continentur omnia, quæ patrisfamilias uxoris, liberorumve, familiæ, amicorum, ſervorum, jumentorum, quæ uſui ejus

ejus deſerviunt, eſui potuique parata ſunt. *l.* 3. *princ.* & §. 6. 7. *b. Gell.* 4. 1.

2. Ut & vaſa, ſine quibus penus haberi non poteſt. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 6. *b.*

3. Item ligna & carbones. *l.* 3. §. 9. *b. t.* v. *l.* 55. §. 7. *de Legat.* 3. *l.* 167. *de V. S. Virgil.* 11. *Æneid.* 553. non medicamenta. *l.* 5. *b.*

4. Quod ſi penus legata ſit, &, ſi mora admittatur, pecunia, heres ante litem conteſtatam, etiam poſt moram, penum dando liberari poteſt. *l.* 1. *b. l.* 19. *l.* 24. *D. Quando dies Leg.*

TIT. X.

De Supellectile legatâ.

1. Supellex, à pellibus ſeu tentoriis, ut Labeo putabat, dicta, *l.* 7. *b.* v. *Tac.* 13. *Ann. c.* 35. *Flor.* 1. *c.* 12. *Ammian. Marcell. lib.* 25. *c.* 5. eſt domeſticum patrisfamilias inſtrumentum, quod nec argento, nec auro, nec veſti, nec animalibus adnumeratur. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. *b. t. l.* 4. *de Leg.* 1. *l.* 28. *de Aur. arg. leg.* unde vaſa aurea & argentea non continentur ſub ſupellectile legata; *dd. ll.* quibus non obſtat *l.* 3. §. 3. & *ult. l.* 7. §. 2. *l.* 9. §. 2. *b. t.* nam diſtinguenda ſunt tempora; illæ enim leges & ſimiles intelligendæ ſunt de uſu priſci ævi, in quo non permittebatur habere auream vel argenteam ſupellectilem, idque non modo ob frugalitatem & ſeveritatem, ſed etiam ob paupertatem priſcorum temporum. §. 17. *Inſt. de Injur. Virg.* 8. *Æneid.* 105. & *ſeqq. Ovid.* 1. *Faſt.* 195. adeoque leges, quæ ſuppellectilem auream & argenteam admittunt, accipiendæ ſunt de

po-

poſterioribus temporibus, nam creſcentibus divitiis crevit etiam luxus. vid. *Sand.* 2. *Deciſ.* 5. *Huber.* & *Voet ad h. t.*

2. Niſi alia fuerit conſuetudo, vel mens teſtatoris, vaſa quoque argentea vel aurea in numerum ſupellectilis admittentis. *l.* 3. *pen.* & *ult.* *l.* 7. §. 1. 2. *l.* 8. *l.* 9. §. 1. *h.* Picturæ, imagines, aliaque, deliciarum potius & voluptatis, quam uſus cauſa parata, non continentur ſub appellatione ſupellectilis. *l.* 11. *h. t.* *l.* 12. §. 16. *de Inſtr. vel. Inſtr. Legat.*

DIGESTORUM

LIBER XXXIV.

TIT. I.

De Alimentis & Cibariis legatis.

1. Alimentis legatis, & cibaria & habitatio, & veſtiarium, non ſumptus in diſciplinam continentur, niſi aliud teſtator ſenſerit. *l.* 6. *l.* 7. *l. ult. h.* Aliquando autem alimenta & veſtiarium tanquam diverſa diſtinguuntur. *l.* 12. *l.* 13. §. 1. *l.* 16. *pr.* *l.* 18. *pr. h. t.*

2. Licet aliquando, ex edicto Prætoris, aliis in caſibus, ſimul cum alimentis impenſæ in ſtudia debeantur. *l.* 6. §. 5. *de Carb. Ed.* *l.* 4. *Ubi Pup. educ.* *l.* 2. *C. de Alim. pup. præſt.* *l.* 12. §. *pen. de Admin. tut.*

3. Æque

3. Æque latè ferè patet appellatio victus & educationis. *l. ult. h. l.* 43. *l.* 44. *l.* 234. §. *ult. de V. S.* Sub legato alimentorum etiam continetur aqua in illis regionibus, ubi aqua venalis eſt. *l.* 1. *l.* 14. §. 3. *h. t.* licet non contineatur ſub penu legata. *l.* 5. *de Pen. leg.* junct. *l.* 43. *l.* 45. *eod.* Cibariorum legato ſolus cibus continetur. *l.* 21. *h.*

4. Præſtanda alimenta eâ quantitate & ſpecie, quam teſtator expreſſit. *l.* 10. *l.* 12. *h. Si* de voluntate ejus non conſtet, habitâ ratione quantitatis, quam teſtator dare ſolitus fuerat, item facultatem defuncti, & conditionis legatarii. *l. pen. l.* 10. §. *ult. h. l.* 14. *de Ann. Leg.* v. *l.* 50. §. *ult. de Leg.* 1.

5. Illud in alimentorum legatis ſingulare eſt, quod & incapacibus, ut ſervis pœnæ, relinqui poſſint. *l.* 11. *h. l.* 3. *de His quæ pro non ſcr. hab.* quodque legata ad pubertatem relicta, pueris ad plenam 18. puellis autem ad 14. annorum pubertatem relicta cenſeantur. *l.* 14. §. 1. *h.* Quid juris ſit, ſi alimenta relicta ſint ad majorennitatem, vid. ap. *Voet. ad h. t. n.* 4. alimenta ſimpliciter puero vel puellæ relicta, non ad pubertatem, ſed per omnem vitam præſtanda ſunt. *l.* 14. *pr. h. t.*

6. Item quod de alimentis futuris teſtamento relictis ſine decreto tranſigere non liceat. *l.* 8. *de Tranſ. l.* 23. §. 2. *de Cond. indeb.*

7. Denique quod, legato fundo alimentorum nomine, ipſa fundi proprietas legata cenſeatur, *l.* 4. *l. pen. in f. h. Voet. ad. h. t. n.* 4. id eſt, ad alimenta inde percipienda, illa enim clauſula non uſumfructum, ſed cauſam legandi continet, unde alimentarii hunc fundum, adhibito de-

decreto alienare poſſunt, & jus accreſcendi in hoc caſu locum habet, cum in uſufructu ad alimenta relicto ceſſet. *l.* 57. §. 1. *de Uſufr. l.* 3. *h. t.*

8. Finitur legatum alimentorum morte legatarii, cui relicta, *d. l.* 8. §. 10. *de Tranſ. l.* 14. *pr. h. l.* 26. §. *ult. Quando dies Leg. ced.* non morte heredis, à quo relicta ſunt, id eſt, qui legato alimentorum gravatus eſt, ſive qui alimenta debebat, adeoque hoc onus tranſit ad heredes heredis. *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *l.* 10. *l.* 15. *l.* 16. *h. t.* vide tamen *l.* 20. §. 2. *h. t. l.* 19. *de Ann. Leg.* Scilicet Regula, quod legatum alimentorum non extinguatur morte heredis vel alterius gravati, a quo præſtanda ſunt, fallit in caſu, quo is, cui teſtator legavit uſumfructum fundi certi, gravatus eſt legato alimentorum annuorum. vid. *Voet. ad h. t. n.* 7.

TIT. II.

De Auro, Argento, Mundo, Ornamentis, Unguentis, vel Veſtimentis, & Statuis legatis.

1. Legato auri & argenti continetur & factum & infectum, ſive rude, item quæ auri argentique ornandi cauſâ accedunt. *l.* 16. §. 11. 13. & *ult. h.* non pecunia ſignata, niſi de contrariâ teſtatoris voluntate conſtet. *l.* 27. §. 1. *l.* 29. *h.* v. *Cicer. Topic. c.* 3.

2. Argento, *quod ſuum eſſet*, legato, non continetur, quod eſt in credito. *Cic. d. loc. l.* 27. §. 2. *l.* 34. *h.*

3. Quanquam aliàs id, quod debetur, continet

net etiam quod noſtrum eſt, & verſâ vice. *l.* 14. §. 2. *de Exc. rei jud. l.* 6. §. 6. *Quæ in fr. cred. l.* 1. *pr. de Eo, quod cert. loc. pr. I. de Action. l.* 49. *de V. S. l.* 7. *de Trit. oleo vin. leg.*

4. Cedit autem huic ſimilibusque legatis, *quod ſuum eſſet*, id omne, quod teſtator ejus generis, facti teſtamenti tempore, habuit, non quod poſtea adquiſivit. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *l. ult. h. t.* niſi ſit acceſſorium legatæ rei. §. 19. *Inſt. de Legat.*

5. Mundus muliebris eſt, quo mulier mundior fit, continetque omnia inſtrumenta huic fini parata. *l.* 25. §. 10. *l.* 32. §. 7. *h. Liv.* 34. *c.* 7. & 32. *c. ult.*

6. Ornamenta ſunt, quæ ad nullam aliam rem parantur, niſi corporis ornandi cauſâ. *l.* 25. §. 10. 11. *h.* ubi *matulæ* ſunt ampullæ oleariæ, niſi forte pro *matulæ* legi debet *maculæ*, vulgò **moesjes**. *Riſcus* autem eſt ciſta pelle contecta, in qua aſſervantur gemmæ, aliaque pretioſiora. *Ter. in Eun.* 4. 6. 16. vulgo **een Juweel-koffertje.**

7. Unguenta ſunt, quæ ad unguendum corpus, aut valetudinis, aut voluptatis cauſâ, parata ſunt. *l.* 21. §. 1. *l.* 25. §. *ult. h. v. Sueton. in Aug. c.* 76. & *in Calig. c.* 37. *Horat. lib.* 2. *Satyr.* 1. v. 7.

8. Veſtium, ſeu veſtimentorum, appellatione continentur omnia, quibus corpus tegitur. *l.* 23. *l.* 24. *l.* 25. *l.* 26. *h.*

9. Sunt autem veſtimenta vel virilia, vel muliebria; vel puerilia, communia, familiaria. *l.* 23. §. 2. & *ſeqq. l.* 25. §. 9. *h.* Sic ut appellatione veſtimentorum etiam contineantur veſtimenta nocturna, vulgo **laakens en deekens** / quæ vocantur *veſtes ſtragulæ. l.* 243. *l.* 244. *de V. S.*

unde in *d. l.* 23. §. 2. poſt vocem *veſtimenta*, delendum eſt comma, & legendum ſine diſtinctione *veſtimenta ſtragula.* Quanquam hæ differentiæ ſæpe magis ex teſtatoris, quam communi uſu æſtimandæ ſunt, arg. *l.* 18. §. 3. *de Inſtr. leg. l.* 3. §. *ult. de Sup. leg.* Quare legatis veſtimentis muliebribus, non continentur ea, quibus ipſe teſtator, ut virilibus, uſus eſt. *l.* 33. *h.* (ubi pro *Quintus Titius* leg. *Quintus Mucius:* ut apparet ex inſcriptione.) Secus ac in ſtipulatione. *l.* 110. §. 1. *de V. O.* Licet nemo facile veſte muliebri ſine vituperatione utatur. *l.* 23. §. *pen. h.* v. *Deuter.* 22: 5. 1 *Cor.* 11: 14. *Suet. in Cæſ. c.* 6. & *in Ner. c.* 28.

10. Statuæ legatæ non modo ipſæ debentur, ſed & id, quod ad eas poſtea acceſſit. *l.* 14. *h.* modò non ſint ædibus affixæ. *l.* 12. §. 23. *de Inſtr. vel Inſt.* v. *l.* 22. *C. de Adm. tut. ubi* v. *Gothofr.* Quid in *d. l.* 12. §. 23. ſit horologium æreum, vid. *ap. Interp.* & *Briſſon.* & *Calvin. in Lexic.* vid. & *l.* 41. §. 11. *de Legat.* 1. ubi *automataria* ſunt horologia, aliaque, quæ ſponte moventur. vid. *Gothofr.* & *Alciat.* ibi alleg. licet regulariter ſtatuæ non ſint pars, ſive inſtrumenta ædium. *l. pen. de V. S.*

TIT. III.

De Liberatione legatâ.

1. Nomen legari dicitur tribus modis. (1. Cum id, quod mihi Sejus debet, Titio do lego. *l.* 75. §. 1. & 2. *l.* 82. §. *pen. de Leg.* 1. §. 21. *I. de Leg.* atque hoc proprie dicitur nominis legatum. *l.* 44. §. 6. *de Leg.* 1.

l. 11.

l. 11. §. 13. *l.* 34. *l.* 59. *de Leg.* 3. *l.* 18. *C. de Leg.* quod relictum intelligitur, non modo cum debitum, actio, aut nomen, ſed & cum chirographum aut tabulæ legantur. *d. l.* 44. §. 5. *d. l.* 59. *de Leg.* 3.

2. Cujus effectus eſt, tum quod heres legatario actiones cedere teneatur. *d. l.* 21. *l.* 44. §. 6. *l.* 105. *de Leg.* 1. tum quod legatarius, etiam ſine ceſſione, contra debitores utilibus actionibus ſuo nomine experiri poſſit. *d. l.* 18. *C. de Legat. l.* 5. *l.* 7. *C. de Her. vel act. l.* 16. *pr. de Pact. l.* 1. *C. de O. & A.*

3. Exſtinguitur hæc legati nominis ſpecies, ſi teſtator vivus debitum exegerit. *d.* §. 21. *l.* 11. §. 13. *de Leg.* 3. Scilicet ſponte, & nulla cogente neceſſitate, §. 12. *Inſt. de* Legat. non autem extinguitur hoc legatum, ſi debitor teſtatori ultro & ſponte ſua ſolverit. *d. l.* 11. §. 13. ubi pro *conſtantia* leg. cum Ant. Auguſtino *ſubſtantia legis.*

4. (2. Cum quis creditori ſuo id, quod ei debet, relinquit; modo aliquid plus commodi aut utilitatis ſit in legato, quam in debito. §. 14. *I. de Leg. l.* 25. *in f. h. l.* 28. *& ſeqq. de Leg.* 1. *l.* 66. *in f. princ. de Leg.* 2. *l.* 1. §. 10. *ad L. Falc.* Sive ob repræſentationem. *d.* §. 14. *l.* 29. *de Leg.* 1. id eſt, ſolutionem celeriter ante tempus conventum faciendam. *l.* 36. §. 1. *de Cond. & Dem.* nam uti plus petit, qui cito petit, ita bis dat, qui cito dat. Exempla hujus locutionis vid. in *d.* §. 14. *& ibi Vinn. l.* 36. §. 1. *de Cond. Indeb. l.* 22. *pr. ad SC. Treb.* ubi pro *repræſtandum*: leg. *repræſentandum*: ut & *l.* 47. *de Act. emt.* ubi pro *repræſtaverit*: leg. *repræſentaverit.* Sive ob locum citeriorem aut com-

V 2 mo-

modiorem. *d. l.* 29. Sive quia nova ex teſtamento actio plenior aut efficacior eſt. *d. l.* 28. *de Leg.* 1. *l.* 11. *h.*

5. (3. Cum quis liberationem legat debitori ſuo, idque vel in totum, vel pro parte, vel ad tempus, vel in perpetuum. *l.* 7. *l.* 8. §. 1. *l.* 15. *l.* 20. *h.* vel expreſſe, vel tacite, dum chirographum legatur. *l.* 3. *pr.* & §. 1. *h.* *l.* 44. §. 5. *de Leg.* 1. *l.* 59. *de Leg.* 3. *l.* 2. §. 1. *de Pact.* Secus ſi tantum pignus legetur. *l.* 1. §. 1. *h.* *l.* 3. *de Pact.*

6. Effectus liberationis legatæ eſt (1. Quod debitor, ejusque heres, contra heredem creditoris exceptione tutus ſit. *l.* 3. §. 3. *l.* 22. *h. t.* *l.* 17. *C. de Fideicomm.* quo ſenſu accipe §. 13. *I. de Legat.* *l.* 2. §. 1. *l.* 15. *h.* v. *l.* 112. *de R. J.* (2. Quod actione ex teſtamento ultrò agere poſſit, ut liberetur. *d.* §. 13. *d. l.* 3. §. 3. *l.* 4. §. 5. *d. l.* 22. *l.* 25. *h.* Vel (3. ſi ſolverit, per errorem Juris, ſolutum condictione repetere. *l.* 26. §. 3. 7. *de Cond. ind.* modò ſolverit poſt, non ante mortem teſtatoris, *l.* 21. *h.* niſi de alia voluntate teſtatoris conſtet. *l.* 11. §. 13. *de Leg.* 3.

7. Qui effectus legatæ liberationis ad actiones in perſonam, non ad actiones in rem, quibus quis, ut poſſeſſor rei alienæ, tenetur, pertinent. *l.* 28. §. 4. *h.* junct. *l.* 18. §. 1. *de Accept.* nihil obſtante *l. ult.* §. 2. *h.* Nam ibi delenda eſt particula *non:* poſt verba: *nihil proponit:* vid. *Wiſſenb. ad h. t. th* 14. *Voet. ad tit. de tutel. & rat. diſtr. n.* 11. quanquam hæ leges fortaſſe ea ratione conciliari poſſunt, qua *Noodt.* 2. *Probab.* 2. conatus eſt conciliare duo alia reſponſa contraria ejusdem Scævolæ in *l.* 3. & *l.* 14. *de Transact.* 8. Cer-

8. Certa quantitas liberationis legatæ præſtanda eſt, etſi nihil debitum ſit; ſecus ſi certa quantitas non demonſtretur. *l.* 25. *h. l.* 18. *de Auro arg. l.* 1. §. 7. *de Dot. prel. l.* 75. §. 1. 2. *l.* 108. §. 10. *de Legat.* 1. §. 15. *l. de Legat.* Ratio eſt, quia falſa demonſtratio non vitiat legatum. §. 30. *Inſt. de Legat.* §. 15. *eod.* contrariam ſententiam contra *A. Fabrum* defendit *Voet. ad h. t. n.* 2. Scilicet quod legatum liberationis, ſi legatarius nihil debeat, ipſo Jure nullum ſit, licet certa quantitas ſit expreſſa, quia nulla ei petitio competit, niſi ut liberetur, non opus eſt autem ut liberetur, qui non eſt obligatus: aliud juris eſt in legato debitoris, quia teſtator ibi diſponit, ut legatarius aliquid accipiat. vid. §. 15. *Inſt. de Legat.* In *d. l.* 25. *h. t. Voet. d. l.* non ſine ratione putat addendam eſſe particulam *non*: & leg. *quod ſi nihil debeat, non poterit.*

TIT. IV.

De Adimendis, vel transferendis legatis, & fideicommiſſis.

1. Cum voluntas teſtatoris ſit ambulatoria usque ad extremum vitæ exitum, *l.* 4. *h.* conſtat, eum legata ademptione tam tacitâ, quam expreſſâ, & translatione, pro lubitu poſſe infirmare. *pr.* & §. 1. *Inſt. h. t.*

2. Ademptio fit vel ipſo Jure, vel ope exceptionis. *Ipſo jure*, Si teſtator vel verbis, vel rebus & factis contrariam voluntatem declaraverit. v. *l.* 13. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 18. *h. l.* 65. §. *ult.*

D. de Leg. 1. *l.* 88. *pr.* & §. 1. 2. *de Leg.* 3. §. 12. 21. *Inſt. de Legat.*

3. *Ope exceptionis*, ſi teſtator quid fecerit, ex quo de mutata ejus voluntate conſtare poſſit. v. *l.* 3. §. *ult.* & *l. ſeq. h.* quâ ratione verius eſt, legata quoque inperfecto teſtamento adimi poſſe, licet teſtamento perfecto & ſolenni relicta ſint, modo in teſtamento imperfecto expreſſe revocentur, nam alioquin legatum, teſtamento perfecto relictum, non cenſetur ipſo Jure ademtum, facto poſtea alio, ſed imperfecto & minus ſolemni teſtamento, quo ſenſu accipiendæ ſunt *l.* 18. *de Legat.* 3. §. *pen. Inſt. Quib. mod. teſt. infirm.* per quas diſſentiunt alii: vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 14. *l.* 22. *h. t. l.* 4. *C. de His, quib. ut indign.* (ubi pro *mereri* leg. *non mereri*: ut in editione Pariſienſi, aliisque) *l.* 4. §. 10. *l. ult.* §. *ult. de Dol. Exc. l.* 36. § 3. *de Teſt. mil. l.* 27. *C. de Fideic.*

4. Si duobus Titiis *ſeparatim* legatum, deinde uni ademptum ſit, nec appareat cui, neutri ademptum cenſetur. *l.* 3. §. 7. *h.* Sin *conjunctim*, teſtator utrique creditur ademiſſe. *l.* 10. *de Reb. dub.* Ratio eſt, quia conjuncti unius perſonæ vice funguntur. vid. ſupr. *tit. de Hered. inſtit. th.* 13. Similes quæſtiones de duobus Titiis, aliisque ejusdem nominis, vel legatariis, vel heredibus vid. in *l.* 30. *de Teſt. tut. l.* 8. §. 3. *de Leg.* 2. *l.* 41. *l.* 62. §. 1. *de Hered. inſtit. l.* 33. §. 1. *de Cond. & Dem. l.* 16. *ut Legat. nom. cav. l.* 21. *de Reb. dub.*

5. Ipſo Jure extinguitur legatum (1. Si res legata, ſine culpa heredis, pereat, vel commercio eximitur. §. 16. *I. de Leg. l.* 36. §. *ult. l.* 47. §. *ult. de Leg.* 1. vel (2. Ex alia lucrativa cau-

cauſâ ad legatarium pervenerit. §. 6. *I. de Leg. l.* 22. *D. de Leg.* 2. *l.* 11. *C. de Legat.* (3. Legatario ante teſtatorem moriente. *l. un, C. de Cad. toll.* (4. Nullo, vel rupto, aut irrito facto teſtamento. *l.* 17. *de Inj. rupt. l.* 1. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 181. *de R. J.* Aliud juris eſt, ſi teſtamentum ſit reſciſſum ex cauſâ exheredationis. *Auth. Ex cauſa C. de Lib. Præter.* (5. Deficiente conditione legato adpoſitâ. *l.* 2. *l.* 77. *de Cond. & Dem.*

6. Per translationem quoque, quacunque ratione factam, exſtinguitur legatum. §. 1. *I. l.* 5. *l.* 24. *D. h.* Modos transferendi quinque v. in §. 1. *l. l.* 6. *D. h.* junct. *l.* 89. *de Cond. & Dem.* Translatio, quæ fit mutatione legatarii, in eo differt a conjunctione, quæ fit re tantum, quod in hac translatione mentio fiat prioris legatari, non in conjunctione, quæ fit re tantum. *l.* 33. *de Legat.* 1. *Voet. ad tit. de Jur. Cod. n.* 3.

TIT. V.

De Rebus dubiis.

Cod. 6. 38.

1. Si ſermo teſtatoris adeo ſit dubius & ambiguus, ut incertitudo per commodam interpretationem tolli nequeat, vel teſtator aliud ſcripſerit, aut dixerit, quam voluit, nihil debetur. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4 *h. l.* 4. *de Leg.* 1. *l.* 7. §. 2. *de Supell. leg. l.* 73 §. 3. & *l.* 188. *de Reg. jur.*

2. Quod ſi incertitudo admittat aliquem non incommodum ſenſum, in ambiguis humaniorem ſententiam ſequi oportet. *l.* 10. *in f. h. l.* 3.

D. de His quæ in teſtam. delent. l. 56. *l.* 168. (ubi notanda eſt locutio: *rapienda occaſio eſt*: cujus exemplum vid. ap. *Juven. Sat.* 15. *vſ.* 39.) *l.* 192. §. 1. *de R. J.* & ſemper id agendum, ut res, de quâ agitur, magis valeat, quam pereat. *l.* 12. *l.* 21. *b. l.* 12. *de R. J.* adeoque ſecundum id, quod credibile eſt, cogitatum fuiſſe, credendum eſt. *l.* 24. *b. d. l.* 7. §. 2. *de Sup. leg. l.* 16. *C. de Fideicom.*

3. Si non certò conſtet de voluntate teſtatoris, attendenda verborum proprietas. *l.* 25. §. 1. *l.* 69. *de Leg.* 3. *l.* 4. *de Leg.* 1. quia credibile eſt, teſtatorem ſecundum receptam conſuetudinem fuiſſe locutum. *d. l.* 7. §. 2.

4. Sin voluntas teſtatoris aperta, licet cum aliquâ vocis improprietate, aut loquendi imperitiâ conjuncta ſit, inſuper habenda verborum proprietas, & res ex mente, & uſu ſingulari loquendi teſtatoris æſtimanda. *l.* 50. §. *ult. de Leg.* 1. *l.* 18. §. 3. *de Inſtr. vel Inſtr. l.* 19. *de Cond. & Dem. l.* 1. §. 19. *ad SC. Treb. l.* 4. *l.* 13. *de Trit. vin. ol. l.* 3. §. *ult. de Sup. leg.*

5. Uti verborum, quibus uſus eſt teſtator, proprietas, ita & res ipſa ſæpe dubia eſt, & difficilis interpretationis; veluti, ſi plures pereant eodem incendio, ruinâ, naufragio, prælio & terræ motu, dubium eſt, quis prior ſit mortuus. Quo caſu, niſi aliud conſtet, omnes uno tempore mortui eſſe creduntur. *l.* 8. *l.* 16. *l.* 17. *l.* 18. *b.* niſi favor patroni, vel fideicommiſſi, vel donationis inter virum & uxorem aliud ſuadeat. *l.* 9. §. 2. *b. l.* 7. §. *pen. ad SC. Treb.* v. *ſupra lib.* 24. *Tit.* 1. *theſ.* 4. *num.* 10. Ut patronus ſuccedat liberto ab inteſtato, lex præſumit, libertum filio ſuo ſuperſtitem fuiſſe: ſi

ſi autem conjux, qui donationem fecit, ſimul pereat cum conjuge, cui donatum eſt, donator fingitur prior eſſe mortuus, ut donatio transmittatur ad heredes donatarii. *l.* 8. *l.* 9. §. 3. *h. t. l.* 32. §. 14. *de Donat. int. V. & U. l.* 26. *de Mort. cauſ. don. l.* 34. *de Vulg. & pup. ſubſt. l.* 24. *ad SC. Treb. l.* 8. *de Hered. inſt.* Plura vid. ap. *Feltmann. de Cadav. inſpic. cap.* 28. 29. & 34.

6. Sed & parentes liberis impuberibus, puberes parentibus hoc in caſu ſupervixiſſe creduntur. *l.* 9. §. 1. & *ult. l.* 22. *l.* 23. *h. l.* 26. *pr. D. de Pact. dotal.*

TIT. VI.

De His, quæ pœnæ cauſâ relinquuntur. *Cod.* 6. 41.

1. Pœnæ cauſâ relicta legata ſunt, quæ coërcendi heredis gratiâ relinquuntur, quo magis aliquid faciat, vel non faciat, &, ſi contra fecerit, legatum præſtet; non ut legatarius facilius legatum obtineat, quod ſemper fuit validum. *l.* 1. §. 8. *ad L. Falc. l.* 1. *de Penu Leg.*

2. Legatum autem pœnæ nomine relictum, olim prohibitum, Jure novo valet, niſi impoſſibile quid, aut improbum contineat. §. *ult. I. de Leg. l. un. C. h.* Ratio eſt, quia pœna adverſatur naturæ legati, quod conſiſtit in donatione ac exercitio liberalitatis & benevolentiæ; primus autem Antoninus Pius conſtituit, ne legatum pœnæ nomine relictum valeret, teſte *Capit. in ej. vit. c.* 8. Conditio autem impoſſibilis vel turpis in ultimis voluntatibus pro non adjecta habetur in favorem ejus, a quo teſtator

eam adimpleri voluit, adeoque ſi conditio impoſſibilis ita adjiciatur, ut ſi extiterit, is, cui injuncta eſt, aliquid accipiat, habetur pro non adjecta, ſed ſi ita adjecta ſit, ut niſi extiterit, is cui injuncta eſt, aliquid præſtet, tunc conditio vitiat diſpoſitionem, quia iniquum eſſet, heredem puniri, ubi nulla eſt ejus culpa.

TIT. VII.

De Regulâ Catonianâ.

1. Regula Catoniana, à Catone JCto ſic dicta, v. *l.* 2. §. 38. *de Or. Jur. Gell.* 13. 18. cavet, ne inſtitutiones, legata, aliaque, conditi teſtamenti tempore invalida, tractu temporis poſſint convaleſcere. *l.* 1. *h. l.* 29. *l. pen. de R. J. l.* 41. §. 2. *de Leg.* 1. Ratio Regulæ Catonianæ eſt, quia actus civiles ex præſenti tempore ſtatum capere oportet, nec ex incerto vel fortuito eventu pendere, *l.* 201. *de R. J.*

2. Atque hæc locum habet in legatis & hereditatibus pure relictis, non conditionalibus, nec iis, quorum dies non niſi ab aditâ hereditate cedit. *l.* 3. *l.* 4. *h. l.* 98. *de Cond. & Dem.* Qualia ſunt legata uſusfructus, uſus, & habitationis, *l. un.* § 2. *Quand. dies uſusfr. leg. ced. l.* 7. §. *ult. l.* 8. *l.* 17. *Quand. dies leg. vel fideic. ced.* De conditionalibus intelligenda videtur *l.* 1. §. *ult. h.* Et ſic optime convenit inter *dict. l.* 1. §. *ult. h.* & *l.* 41. §. 2. *de Leg.* 1. & §. 10. *I. de Leg.* Nam in *d. l.* 1. §. *ult. h. t.* verba: *ſi eum vivo teſtatore alienaveris*: ſunt ipſius teſtatoris diſponentis, ſive legantis, non autem JCti docentis: & ita poſt verbum *alienaveris*: ponenda ſunt duo puncta.

cta, Diſſentit *Wiſſenb.* qui agnoſcit antinomiam inter *d. l.* 1. & inter *d. l.* 41. *de Leg.* 1.

3. Sed nec ad contractus pertinet. *l.* 12. *&* *ſeq. de Reb. cred.* Nec ad alia negotia inter vivos; exempla vid. in *l.* 41. *de Pign. act. l.* 12. *de Pign. & hyp. l.* 4. *de R. N. l.* 12. *& ſeq. de Reb. cred. & ſupr. tit. de Fund. dot. th. ult.* niſi in caſibus à lege expreſſis, §. 2. *I. de Inut. Stip. l.* 83. §. 5. *l.* 137. §. 6. *de V. O. l.* 2. §. *ult.* Quod *juſſu l.* 29. *de Reg. jur.* ubi v. *Jac. Gothofr.*

TIT. VIII.

De His, quæ pro non ſcriptis habentur.

Cod. 6. 51.

1. Pro non ſcriptis habentur (1. Quæ intelligi non poſſunt. *l.* 2. *h. l.* 73. §. 3. *&* *l.* 183. *de R. J.* (2. Illis adſcripta, qui vel non ſunt, nec futuri ſperantur in rerum natura, vel ſunt in hoſtium poteſtate. *l.* 4. *pr. &* §. 1. *h. l. un.* §. 2. *C. de Cad. toll. l.* 5. §. *ult. l.* 6. *l.* 7. *de Reb. dub.* (3. Quæ quis ſibi in teſtamento adſcripſit. *l.* 1. *l. ult. h. t. l.* 4. *l.* 5. *l. ult. C. de His, qui ſib. adſcrib. in teſt.* (4. Quæ, initio utilia, in eam cauſam inciderunt, unde incipere nequeunt. *l.* 3. §. 1. 2. *h. l.* 59. *ad L. Falc.* quod tamen non eſt extendendum ultra caſus in *d. l.* 3. expreſſos. vid. *Vinn. ad* §. 14. *Inſt. de Legat.* (5. Relicta illi, qui celavit teſtamentum. *l. pen. C. de Legat.* (6. Incapacibus palam relicta. *l.* 3. *pr. h. l.* 5. *pr. &* 1. *de Jur. Fiſc.* Legata autem & fideicommiſſa, clam in fraudem legis commiſſa, vocantur *fideicommiſſa tacita*, de quibus libros ſingulares ſcripſerunt Gajus & Paulus JCti.

JCti. vid. *Inſcr. l.* 23. *tit. ſeq. & inſcr. l.* 49. *de Jur. Fiſc.* Plerumque cum tacita dicimus, fraudem & dolum ſubintelligimus. *l. pen.* §. 1. *de Bon. fideic.* Hodie eodem modo, ut Jure Romano, id, quod quis ſibi adſcripſit, non debetur, ſed pœna falſi contra conſcribentem hodie locum non habet.

2. Incapacibus palam relicta jure novo vel heredi, aut coheredi, vel ſubſtituto, vel collegatario cedunt. *l. un.* §. 2. 3. 4. *C. de Cad. toll.* Quæ clam alienæ fidei commiſſa ſunt, ut incapacibus reſtituantur, fiſco cedunt, *l.* 10. *tit. ſeq. l.* 103. *de Leg.* 1. *l.* 83. *de Adq. Her. l.* 1. *l.* 3. *de Jur. Fiſci.*

TIT. IX.

De His, quæ ut indignis auferuntur.
Cod. 6. 35.

1. Indigni hoc loco ſunt, qui, licet alias capaces, ob delictum legatis, fideicommiſſis, aut hereditate privantur.

2. Quales ſunt, qui teſtatorem teſtari coëgerunt, vel prohibuerunt, de quib. in *tit.* 6. *lib.* 29. vel teſtamentum defuncti aboleverunt, aut occultarunt. *l.* 26. *de L. Corn. de Falſ. l.* 59. *ad L. Falc. l. pen. C. de Legat.* vel mortem teſtatoris ulti non ſunt, v. *l.* 15. *& t. de SC. Sylan.* item qui teſtatori ſtatus controverſiam moverunt, vel maledixerunt. *l.* 9. §. 1. 2. *h.* vel eundem ob crimen detulerunt. *l.* 1. *h.* licet præmium delationis meruerint, vel teſtator delatus legatum aut fideicommiſſum non ademerit. *l. pen.* §. *pen. de Adim. legat.*

3. Ut

3. Ut & ſi cui ab uxore, contra leges ductâ, aut adultero ab adulterâ, aut, verſâ vice, quid relinquatur. *l.* 2. §. 1. *l.* 13. *l.* 14. *h. l. ult. de Leg.* 1. *l.* 2. *C. de Don. int. V. & U. l.* 4. *C. de Inc. Nup. Val. Max.* 8. 2. *l.* 63. *de R. N.*

4. Qui, in fraudem legis, fidem accommodavit, ſe incapaci quid reſtituturum. *l.* 10. *l.* 23. *h. d. l.* 59. §. 1. *ad Leg. Falc. l.* 15. §. 1. *Sol. matr. l.* 9. *l.* 27. *de Jur. Fiſc.*

5. Qui vel teſtatorem occidit, vel, quantum in ſe eſt, dolo aut negligentiâ id egit, ut citius moreretur. *l.* 3. *h. l.* 10. *C. eod. l.* 7. §. *pen. de Bon. damn. l.* 31. §. 12. *de Ædil. edict.* Si teſtator, ab herede lethaliter vulneratus, aliquandiu ſupervixerit, & inſtitutionem non revocaverit, nihilominus hereditas ipſi ut indigno aufertur. *l. pen.* §. *pen. de Adim. leg. l.* 7. §. 4. *de Bon. damn. Wiſſenb. ad h. t. n.* 11. *Voet. ad h. t. n.* 6. *& ſeq.*

6. Capaces priore teſtamento ſcripti, ſi in ſecundo incapaces inſtituantur. *l.* 12. *h. l.* 20. *de Adim. Legat.*

7. Denique qui teſtamentum falſum dixerunt aut inofficioſum, nec obtinuerunt. *l.* 5. *pr.* §. 1. *l.* 7. *D. l.* 8. *C. h. l.* 8. §. 14. *de Inoff. teſt.* Ratio eſt, quia de judicio defuncti diſputaverunt. *l.* 2. *C. h. t. l.* 18. §. 1. *de Bon. poſſ. contr. tab.* Secus ſi teſtamentum dixerint tantum non jure factum. *d. l.* 5. §. 1. *l.* 24. *h. l.* 43. *de Pet. hered.* Illi enim non repelluntur ab eo, quod ſibi relictum eſt, quia non de judicio defuncti, ſed de Jure diſputaverunt.

8. Indignis autem ablata fiſco cedunt, ſed cum ſuo onere. *l.* 6. *l.* 12. *l.* 16. §. *ult. h. l.* 11. *de Jur. Fiſc. l.* 99. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 3. §. *ult.*

l. 17.

l. 17. §. 5. *ad SC. Treb. l.* 9. *de SC. Sylan. l.* 10. *de R. J.* junct. *l. un.* §. 4. *C. de Caduc. toll.* Qui ſint *Præfecti ærarii* in *l.* 12. *h. t.* vid. ap. *Gothofr. ad l.* 42. *de Jur. Fiſc.* vid. & *l.* 2. §. 4. *Ne quid in loc. publ.* ubi pro *Præfecti eorum* leg. *Præfecti ærarii.*

9. Niſi quod in caſu *Legis* 5. §. 2. *h.* tutori, ſe à tutelâ excuſanti, relicta ablata, pupillo; in caſu autem *Legis* 2. §. *ult. ad SC. Tert.* quæ matri auferuntur, heredibus ab inteſtato cedant.

DIGESTORUM

LIBER XXXV.

TIT. I.

De Conditionibus, & Demonſtrationibus, & cauſis, & Modis eorum, quæ in teſtamento ſcribuntur. Cod. 6. 45. 46.

1. Primum hujus Tituli caput expoſitum eſt ad *Tit.* 7. *lib.* 28. ubi tamen proprie agitur de conditionibus legatorum & fideicommiſſorum, ut bene obſervavit *Cujac. in Paratit.*

2. Demonſtratio eſt, *peculiaris rei, vel perſonæ deſignatio.* Hæc, etſi falſa ſit, non nocet, modò conſtet, cui perſonæ, aut quam rem relinquere teſtator voluerit. §. 33. *I. de Leg. l.* 17. *pr.* & §. 1. *l.* 33. & *ſeq. h. t. l.* 48. §. *ult. l.* 58. §. *ult. D. de Her. inſtit.* v. *Plin.* 4. *Ep.* 10.

3. Ni-

Digitized by Google

3. Niſi vel res certa demonſtrata in rerum naturâ non exiſtat, nec extitura ſperetur. *l.* 108. §. 10. *de Leg.* 1. *l.* 1. §. 7. *de Dot. præl.* junct. *l.* 34. §. 4. *de Leg.* 1. *l.* 75. §. 1. *eod. l.* 40. §. *pen. l.* 1. §. *ult. h. t. l.* 7. §. 1. *de Trit. vin.* vel in nomine appellativo; *l.* 4. *de Leg.* 1. *l.* 3. *de Reb. dub. l.* 7. §. 2. *de Sup. Leg.* vel in cognatione ſit erratum. *l.* 5. *C. de Teſtam. l.* 4. *l.* 7. *C. de Her. inſt.*

4. Verba, *Rem*, ex. gr., *veſtem*, *quæ mea erit*, *cum moriar*, *do lego*, magis conditionem faciunt, quam demonſtrationem, id eſt, ſi teſtator nihil tale relinquat, vel ſi rem, quam habuit, alienavit, aut tempore mortis non ſit in patrimonio, nihil debetur, adeoque nihil petere poteſt, quam quod apparet tempore mortis teſtatoris fuiſſe. v. *l.* 6. *de Leg.* 1. *l.* 85. *de Leg.* 3. *l.* 34. §. 1. *h. t.* Non obſtat *l.* 34. §. *ult. de Auro arg. Leg.* Nam ibi cum Cujacio pro *demonſtrationem & argumentum*: leg. *decrementum legati & augmentum*: ſimilem locutionem vid. in *l.* 8. §. 1. *de Edend. l.* 20. §. 3. *de Her. pet. l.* 22. §. 2. *de Pecul.* quæ emendatio ita probatur, quod vox *argumentum* in *d. l.* non habet ſenſum, ut ex ſequentibus verbis patet. Ceterum veteres in hac quæſtione diſſenſiſſe apparet ex *l.* 85. *de Leg.* 3. Notandum autem eſt *d. l.* 85. & *d. l.* 34. §. *ult.* eſſe ejuſdem JCti Pomponii, qui ſibi eſſet contrarius, niſi admittamus dictam emendationem Cujacii.

5. Sed nec error teſtatoris in prænomine, aut cognomine heredis, aut legatarii, inſtitutionem, aut legatum vitiat, ſi de perſonâ conſtet. §. 29. *I. de Leg. l.* 9. §. 8. *de Her. inſt. l.* 8. §. 2. *de Bon. poſſ. ſec. tab. l.* 4. *C. de Teſtam.*

Idem

Idem juris eſt in errore circa nomen proprium rei legatæ, ſed error in nomine appellativo rei legatæ vitiat legatum, veluti ſi quis volens legare ſuppellectilem, dixit, ſe legare veſtimenta, legatum non valet. *l.* 4. *de Leg.* 1. *l.* 6. *de Reb. Cred.*

6. Cauſa eſt ratio, propter quam quid relinquitur. *l.* 52. *de Cond. indeb.* quæ, ſi falſa ſit, non nocet. §. 31. *I. de Legat. l.* 17. §. 2. *h.* Ratio eſt in *l.* 72. §. 6. *eod. l.* 65. §. 2. *de Cond. ind.*

7. Niſi (1. Heres probet, teſtatorem legaturum non fuiſſe, ſi cauſam falſam eſſe ſciviſſet. *d. l.* 72. §. 6. (2. Niſi cauſa per modum conditionis ſit appoſita. *d.* §. 31. *h. l.* 17. §. *pen. d. l.* 72. §. 6. *h. t.* §. *pen. I. de V. O.*

8. Modus eſt, *quaſi conditio, quâ teſtator indicat, quid fieri velit.* Sive eſt, *adjectio, indicans, quid teſtator poſt legatum acceptum fieri velit*, veluti ut ſibi ſepulchrum exſtruatur. *d. l.* §. *ult. t. C. de His, quæ ſub modo relinq. t. C. de Donat. quæ ſub modo. l.* 17. §. 2. *l.* 44. *de Manum. Teſtam. Voet. ad h. t. n.* 12. & 13.

9. Legatum, ſub modo relictum, (ſcilicet de legato reſtituendo, ſi modus a teſtatore præſcriptus non impleatur) purum eſt, adeoque, moriente poſt teſtatorem, & ante impletum modum, legatario, ad heredem ejus tranſmittitur, arg. *l.* 109. *h. l.* 3. *C. de His, quæ ſub. mod.*

10. Sed &, modo nondum impleto, legatum ſtatim percipi poteſt, præſtitâ cautione Mucianâ. *l.* 7. *l.* 40. §. *ult. l.* 80. *h. Nov.* 22. *c.* 44. Et, modo non impleto, legatum evaneſcit. *d. l.* 17. *d. l.* 44. *de Manumiſſ. teſtam.*

TIT

TIT. II.

Ad Legem Falcidiam
Cod. 6. 50.

1. Lex Falcidia eſt Plebiſcitum, à P. Falcidio Tribuno plebis, L. Antonio, P. Servilio Iſaurico iterum Coſſ. A. U. 712. latum.

2. Quo cautum eſt, ne teſtator ultra dodrantem leget, ſed quartam hereditatis partem heredi relinquat. *ſ. ult. I. l.* 1. *l.* 73. *§. ult. D. l.* 2. *C. h. t.*

3. Videbatur enim illa immenſa libertas legandi, XII. Tabulis conceſſa, *pr. I. h. t. l.* 120. *de V. S.* intra certum modum ac finem cohibenda, ut heredes hoc lucro ad adeundam hereditatem incitarentur, cujus ſe oneribus, nullo ſuo, ſed omni ferè legatariorum commodo, implicare verebantur; id quod jam ante lege Furiâ & Voconiâ erat tentatum. *v. princ. I. h. Ulp. Fragm. in pr. & Cic. Verrin.* 3.

4. Ut vel inde conſtet, legem Falcidiam introductam eſſe tam heredum, quam teſtatorum gratiâ. *pr. I. l.* 71. *D. h. t. l.* 5. *Teſt. quem. aper. l. pen. C. h. t.* Hoc ſenſu intelligenda ſunt verba Juſtiniani in *Nov.* 1. *Leges in paupertate vivere, neque in anxietate mori neminem permittunt.*

5. Quod ſi teſtator ſanctioni legis Falcidiæ non pareat, heres Quartam vel retinere poſſeſſam, vel repetere, errore facti ſolutam, poteſt. *l.* 15. *l.* 16. *pr. l.* 1. *§.* 11. *D. l.* 9. *C. h.*

6. Sed & eandem à quovis poſſeſſore rectè vindicat. *l.* 26. *D. l.* 2. *l.* 4. *l. pen. C. h.* ratio

eſt in *l.* 73. §. *ult. h.* junct. *l.* 23. *de R. V.* vel actione in factum, vel Interdicto Quod legatorum, à legatariis repetit. *l.* 77. §. 2. *de Leg.* 2. *l.* 1. *Quod Leg.*

7. Locum habet lex Falcidia (1. Præcipuè in legatis. *pr. I. & paſſim h. t.* (2. In Fideicommiſſis ſingularum rerum. *l.* 5 *l.* 13. *l.* 18. *D. l.* 2. *l.* 3. *C. h. t.* (3. In donationibus mortis causâ. *l.* 15. *D. l.* 5. *C. eod. l.* 2. *C. de Don. mort. c. l.* 77. §. 1. *de Leg.* 2. (4. In donationibus inter virum & uxorem, quæ morte confirmantur. *l.* 12. *C. h.* (5. In inteſtatorum ſucceſſionibus. *l.* 18. *h.*

8. Si plures ſint heredes, in ſingulis ratio legis Falcidiæ habenda eſt, & ſuæ quemque partis, ex quâ heres eſt inſtitutus, quadrantem ex teſtamento habere oportet. *pr. &* §. 1. *I. l.* 77. *h.*

9. Quod ſi inter plures heredes portio non onerati deficientis accreſcat onerato, ceſſat Quartæ deductio; ſin portio exhauſta aut onerata, jure ſubſtitutionis vel accretionis, accedat integram aut delibatam tantum partem habenti, locus eſt Falcidiæ. *l.* 78. *h.* Ratio differentiæ eſt in *l.* 87. §. 4. *l.* 1. §. 14. *h. t.*

10. Atque hoc ita, niſi coheres, cujus pars onerata eſt, ante teſtatorem defecerit: tum enim ſolida legata præſtanda ſunt, ſatisque eſt, ſi heres ſuperſtes, idemque ſubſtitutus, unum totius aſſis quadrantem conſequatur. *d. l.* 87. §. 4. *l.* 1. §. 13. *h.*

11. Sed & in tabulis patris & filii una tantum Falcidia ſervatur, ut ſi teſtator primis tabulis legata ab impubere, ſecundis à ſubſtituto reliquerit. *l.* 11. §. 5. *& pen. l.* 79. (ubi per *du-*

plicis teſtamenta intelligenda ſunt ea, quæ continent inſtitutionem & ſimul ſubſtitutionem pupillarem.) *d. l.* 87. §. *ult. h.*

12. Quantitas patrimonii in deductione Falcidiæ ſpectatur, qualis fuit tempore mortis, ita ut deinde legata nec acceſſione augeantur, nec deceſſione minuantur: Sed omne incrementum & decrementum lucro damnove heredis cedat. *l.* 15. §. 3. *inf. l.* 56. *pr. l.* 73. *l.* 30. & §. 2. *l. h. t.* Quod tamen limitandum eſt in legatis rerum in ſpecie, ſive in certo corpore conſiſtentium, hæ enim pereunt legatariis, utpote dominis. *l.* 30. §. 3. 4. *h. t.* junct. *l.* 9. *C. de Pign. act.*

13. Niſi quid acceſſerit ratione facti præcedentis, aut obligationis à defuncto contractæ: id enim auget hereditatem legatariorum, non heredis commoda. *l.* 21. *l.* 56. §. 1. *l.* 83. *h. l.* 1. §. 17. *h.*

14. Quo modo æſtimatio rerum legatarum facienda ſit, vide in *l.* 62. §. 1. *l.* 63. *l.* 42. & *l.* 19. *h. t.* Scilicet (1. in computanda ratione legis Falcidiæ corpora legata æſtimanda ſunt ſecundum *præſens*, non autem ſecundum *formale pretium. d. l.* 62. §. 1. ubi *formale pretium* videtur eſſe pretium, quo res fuerunt æſtimatæ a Cenſoribus, cum in cenſum, ſive librum aut *formam* cenſualem referebantur. *l.* 4. *de Cenſib.* Forte enim tunc pluris vel minoris æſtimatæ ſunt, quam nunc valent: quæ interpretatio confirmatur per verba: *ſecundum præſens pretium*, quod opponitur pretio formali, quanquam alii, ut Lyclama, per *pretium formæ* intelligant pretium operæ, ſive cælaturæ in argentea ſupellectili, vulgo het Fatſoen; ut ſenſus

ſus ſit, quod res non ſint pluris æſtimandæ ob formam, quam habent manu artificis impreſſam, ſed quod tantum ratio habenda materiæ & ponderis, licet aliquando plus ſit in manus pretio, quam in ipſa re. *l.* 13. §. 1. *de V.S. Wiſſenb. ad h. t. th.* 11. (2. Pretia non ex affectu, nec ex utilitate ſingulorum, ſed communiter æſtimanda ſunt, res enim tanti valet, quanti vendi poteſt. *d. l.* 63. adeoque æſtimatio pretii rerum facienda eſt ex veritate, non ex affectione. *d. l.* 42. Vel (3. habenda eſt ratio pretii, quod teſtator ipſe in teſtamento æſtimavit & taxavit. *d l.* 19.

15. Ante deductionem Quartæ, detrahitur æs alienum, funeris impenſa, aliique ſumptus neceſſarii, ſervorum manumiſſorum, vel ſupplicio affectorum, pretia, ut Quarta ex reliquo deducta heredi cedat. §. 3. *I. h. l.* 33. *l.* 37. §. 1. *l.* 39. *l.* 54. *l.* 72. *h. l.* 14. §. 1. 3. *l. pen. D l.* 3. *C. de Relig. l.* 39. §. 1. *de V. S.*

16. Adeo ut heres etiam æs alienum, quod ſibi à defuncto debetur, deducere poſſit. *l.* 6. *l.* 7. *C. h.* etſi ſummi & ſtricti juris ratio id vix patiatur. *l.* 75. *l.* 95. §. 2. *l. pen. de Solut.* Quia confuſio eſt modus ipſo jure tollendi obligationem. *l.* 21. §. 1. *de Liber. leg. l.* 7. *C. de Pact.* quod tamen Jure noviſſimo locum non habet, niſi heres adiverit hereditatem ſub beneficio inventarii. *l. ult.* § 6. *de Jur. delib.*

17. In Quartam legis Falcidiæ tantum imputantur ea, quæ heres hereditario, non legati, fideicommiſſi, aut ſimili jure capit. *l.* 74. *l.* 76. §. 1. *l.* 91. *h.* exceptis prælegatis, quæ heres à ſe ipſo capit: nam ea, quæ à coherede percipiuntur, in Quartam non imputantur. *l.* 22. *h. l.* 30. §. *pen. d. l.* 74. *h. t. l.* 24. *C. Fam. ercifc. l.* 86. *h.*

18. Quæ-

18. Quæ, conditionis implendæ cauſâ, relinquuntur, non imputantur in Quartam legis Falcidiæ. *l.* 21. *l.* 76. *l.* 91. *h.* niſi id, quod in conditione eſt, debeatur ſaltem naturaliter. *l.* 1. §. 17. *d. l.* 21. *l.* 30. §. 7. *h. t.*

19. De computatione & deductione Quartæ in legato annuo, & legato uſusfructus vide *l.* 68. *l.* 55. *l.* 47. *D. h.* Scilicet in legato annuæ quantitatis ita Juris eſt, ſi, exempli gratia, annua decem relicta ſunt Juveni, id eſt, a prima ætate usque ad annum 30. illa decem multiplicanda ſunt trigeſies, unde fit ſors 300. pro quibus heres deducere poteſt quartam partem trecentorum, id eſt 75. nam cum legatum annuum & legatum uſusfructus finiatur morte legatarii, cumulandi ſunt reditus tot annorum, quot legatarius probabiliter victurus eſſe præſumitur. *d. l.* 68. vel legatum annuum, aut legatum uſusfructus ita poteſt æſtimari, quanti poteſt vendi, ſic ut illius pars quarta ab herede detrahatur. *d. l.* 55. ut hodie in reditibus vitalitiis; vel heres poteſt reditus ſicut legati ſunt quotannis præſtare, donec nihil de bonis ſuperſit ſupra quartam, quo caſu finitur legatum. *d. l.* 47. vel denique quarta fructuum & redituum pars quotannis detrahi poteſt. *l.* 1. §. 9. *h. t.* Plura vid. apud *Huber. ad h. t. n.* 3. *Voet. ad h. t. n.* 7. De legato annuo, civitati relicto, vide *l.* 3. §. *ult. eod.* Scilicet ſi annuum legatum, veluti 100. aureorum, relictum ſit civitati, hi centum conſiderari debent, ut uſura, triens, heres autem ponit ſortem huic uſuræ convenientem, quæ eſt 2500. aureorum, pro quibus ſtatim deducere poteſt quartam ex hereditate, id eſt, 625. vid. *Huber. d. l.* De le-

gato alimentorum v. *d. l.* 68. & *l.* 69. *h. t.*

20. Ceſſat Falcidiæ deductio (1. In teſtamento militis. Scilicet, ſi miles fecerit teſtamentum, ſive codicillos, Jure militari, ſive in caſu, quo gaudet privilegio teſtamenti militaris. *l.* 7. *C. h. l.* 12. *C. de Teſt. mil.* v. *l.* 17. *l.* 40. *l. ult. h. t.*

(2. In dote mulieri prælegatâ. *l.* 57. *l.* 81. §. 1. *h.* v. *l.* 1. §. 10. *h. l.* 1. §. 12. *de Dot. præl.*

(3. In legatâ re, quam teſtator prohibuit alienari. *Nov.* 119. *c.* 11. *Auth. ſed & in ea, C. h.*

(4. Si teſtator Falcidiæ deductionem prohibuerit. *Nov.* 1. *c.* 2. *Auth. Sed cum teſtator. C. h. t.* Tunc enim heres aut legata ſolvere, aut hereditatem repudiare debet. *d. Nov.* 1. qua abrogatur Juri veteri, quo detractio non potuit prohiberi. *l.* 45. *h. t. l.* 55. *de Leg.* 3.

(5. In legato libertatis. *l.* 33. *h. l.* 8. §. 9. *de Inoffic. teſtam.*

(6. In Legitimâ. *l.* 36. *de Inoff. teſt.*

(7. In Inſtrumentis, ad probationem dominii prædiorum, ſimilemve uſum, pertinentibus, titulo legati vel fideicommiſſi relictis. *l.* 15. *C. h.*

(8. In legato ad pios uſus relicto. *Nov.* 131. *c.* 12. *Auth. Similiter. C. h. t.* Non obſtat *l.* 1. §. 5. *h. t.* nam *d. l.* eſt abrogata per *Nov.* 131. *cap.* 12. unde deſcripta eſt *d. Auth. Similiter C. h. t.* Diſſentiunt alii, qui *dictam Authenticam* ſocorditer deſcriptam eſſe putant, & non quemvis heredem, ſed tantum tergiverſatorem & moras nectentem hoc caſu Falcidiam amittere; vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 21. Sed invito Juſtiniano, ut bene probavit *Huber. ad h. t. n.* 8. *Schulting. ad Paul.* 4. *recept. Sent. tit.* 3. §. 4. & *Sand.* 4. *Deciſ.* 7. *defin. ult.*

(9. Si

(9. Si heres ſe per crimen beneficio legis Falcidiæ indignum reddiderit. *l. 59. h.* veluti ſi heres id egerit, ut legatum vel fideicommiſſum intercideret, vel legata ſolverit incapacibus. vid. *tit. Si quis aliq. teſt. prohib.* Hodie non eſt frequens deductio quartæ Falcidiæ, quia raro hodie hereditas aditur ſub beneficio inventarii. vid. *Huber. ad. h. t. Inſt. in fin.* Quidam putant, omiſſionem inventarii hodie non excludere detractionem Falcidiæ, ſed ſufficere juratam ſpecificationem bonorum. vid. *Hopp. ad §. ult. Inſt. h. t.*

(10. Si Inventarium facere neglexerit. *l. ult. §. pen. C. de Jur. delib.*

(11. Si ſciens, aut errore juris, non autem errore facti, integra legata ſolverit. *l. 9. & ult. C. h.*

(12. In mortis cauſâ capionibus. *l. 93. h. t.* Quatenus mortis cauſa capio non imputatur in Falcidiam, ita tamen, ut lex Falcidia etiam in illis locum habeat, ſi extraneus aliquid ab herede accipiat conditionis implendæ cauſa: *ex. gr.* Titius heres eſto, ſi 380. dederit Sempronio, cum in tota hereditate tantum eſſent 400. *l. pen. C. h. t. & Wiſſemb. ad SC. Treb. th. 11.*

(13. In legatis ab ipſo legatario relictis. *l. 47. §. 1. D. h.* id eſt, quibus ipſe legatarius gravatus eſt. vid. infr. *tit. ad SC. Treb. th. 32.*

(14. In caſu *legis 56. §. ult. l. 91. h. t.* Scilicet ſi teſtator ante obitum heredis quantitatem quartæ ei præſtiterit. *l. 74. h. t. §. 6. Inſt. de Legat.*

(15. In caſu *legis 24. h. t. l. 6. de His, quæ ut indign.* Scilicet in rebus hereditati ſubtractis, quarum quarta non cedit legatario, ſed fiſco.

 (16. Si

(16. Si heres beneficio Quartæ renunciaverit poſt mortem teſtatoris. *l.* 15. §. 1. *l.* 46. *D. l. ult. C. b. t.* Nam ante obitum teſtatoris heres Falcidiam pacto vel ſtipulatione remittere non poteſt cum effectu, quia illa remiſſio eſſet ſpecies pacti de futura hereditate hominis adhuc viventis. vid. *tit. de Pact. tb.* 40. *l.* 35. *C. de Inoff. teſt.*

TIT. III.

Si cui plus, quam per Legem Falcidiam licet, legatum eſſe dicetur.

1. Quoniam, ob legata conditionalia & æs alienum latens, incertum eſſe poteſt, an legi Falcidiæ locus futurus ſit, tenentur legatarii heredi, datis fidejuſſoribus, ſatisdare, ut, ſi conſtet, eos quid amplius legatorum nomine accepiſſe, quam per legem Falcidiam licet, tantum ſe reſtituturos, dolumque malum à ſe abeſſe, & abfuturum eſſe. *l.* 1. *pr.* & §. 7. 9. 10. 11. *l.* 3. §. 1. *b.*

2. Quæ cautio, ſi initio, per errorem, non exacta fuerit, poſteà exigi poteſt. *l.* 3. §. 5. *ult. b.*

3. Ab onere hujus cautionis immunes ſunt. (1. Fiſcus. *l.* 3. §. 5. *b. l.* 1. §. 18. *l.* 6. *Ut Legat. nom. vel fideic. cav.* (2. Illi, quibus minuta alimenta relicta ſunt. *d. l.* 3. §. 4. (3. Qui ſatisdationem non facile præſtare poſſunt. *l.* 6. *b.* (4. Qui annua legata ad diſtribuendum præcipere juſſi ſunt: nam hi non tenentur cavere, *ceſſantium partes reddi. l.* 7. *b. l.* 8. *de Alim. leg.*

4. Ceſſat vis & effectus hujus cautionis, ſi res,

res, ſine dolo caventis, perierit. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *h. t.*

DIGESTORUM

LIBER XXXVI.

TIT. I.

Ad SCtum Trebellianum.

Cod. 6. 42, 49.

1. Fideicommiſſum eſt, *quod quis ultima voluntate*, (id eſt, teſtamento vel codicillo) *dare, vel facere rogatus eſt.* Ulp. *in fragm. tit.* 25. Fideicommiſſa etiam conſtitui poſſe inter vivos per contractum, conſtat ex *l.* 26. *Depoſ. l.* 77. *de Legat.* 2. *l.* 1 §. 1. *de legat.* 3. *l.* 3. *C. de Donat. quæ ſub mod. l.* 18. §. 2. *de Mort. cauſ. Don.* de qua vid. *Noodt.* 2. *Obſ.* 4. quod tamen potiſſimum locum habet in fideicommiſſis ſingularibus. vid. *Sand.* 4. *Deciſ.* 5. 19. Ita tamen, ut in illis non habeat locum detractio Quartæ. Hæc autem Fideicommiſſa, per conventionem inter vivos conſtituta, cum Ant. Fabro non incommode vocari poſſunt Fideicommiſſa Conventionalia.

2. Eſt vel univerſale vel ſingulare. Univerſale, *quod vel hereditatem vel partem ejus continet.* Singulare, *quo nec hereditas, nec pars hereditatis, ſed res ſingulæ relinquuntur.*

3. Origo fideicommiſſorum, à temporibus

Auguſti, nota eſt ex hiſtoriâ. §. 1. *I. de Fideic. Her.*

4. Quæ, ab initio invalida, poſteà mirum in modum exculta & aucta ſunt.

5. Temporibus enim Neronis, Trebellio Maximo & Annæo Seneca Coſſ., conditum eſt SCtum Trebellianum, quo cautum eſt, ut omnes actiones, heredi & in heredem competentes, darentur ei, & in eum, cui eſſet ex fideicommiſſo reſtituta hereditas. §. 4. *I. l. 2. D. h.*

6. Deinde Veſpaſiani temporibus, Pegaſo & Puſione Coſſ., factum SCtum Pegaſianum, quo cautum, ut qui vel hereditatem, vel partem hereditatis, vel res ſingulas reſtituere rogatus eſſet, quartam inde partem retinere poſſet, utque ſcriptus heres, ſi recuſaret adire hereditatem, ad petitionem ejus, cui reſtituenda erat, juſſu Prætoris, interpoſitis ſtipulationibus, adire ſimul & reſtituere hereditatem cogeretur. §. 5. 6. 8. *I. h.*

7. Cum autem utriusque SCti beneficio heres ſimul uti non poſſet, tandem Juſtinianus Pegaſianum partim abrogavit, partim in Trebellianum transfudit. §. 7. *I. eod.*

8. Fideicommiſſa relinquere poſſunt omnes, qui teſtamenti faciendi jus habent. *l. 2. de Leg. 1. l. 3. de Codic.*

9. Ab omnibus, ad quos hereditas, ejusve pars perventura eſt. *l. 1. §. 17. h. l. 1. §. 6. l. 6. §. 1. de Leg. 3. l. 9. C. de Fideic.* non modo inſtitutis, ſed & ab inteſtato, ſive Civili, ſive Prætorio jure, ſucceſſuris. *l. 3. pr. l. 8. §. 1. de Jur. Cod. l. 1. §. 5. 7. l. 6. §. 1. h. l. 1. §. 6. de Leg. 3. §. 10. I. h. l. 13. de Inoff. teſt.*

10. Relinquuntur fideicommiſſa Jure veteri incapacibus. *Ulp. Fragm. 16. 17. 25. §. 1. I. h.*

Ju-

Jure novo non niſi capacibus. *l.* 67. §. *ult. h. l.* 1. *l.* 46. §. 1. *de Jur. Fiſc.* iisque vel certis, vel incertis. *l. ult. C. de V. S.*

11. Deferuntur fideicommiſſa vel teſtamento, vel codicillis; idque vel adhibitis quinque teſtibus. *dd. ll.* vel etiam ſine teſte, ſi defunctus heredis præſentis fidei commiſerit, vel commiſiſſe præſumatur. vide §. *ult. I. h. l. ult. C. eod. l.* 21. *de Leg.* 3. *l.* 77. §. 23. *de Leg.* 2.

12. Sed & tacitâ ac præſumptâ voluntate teſtatoris fideicommiſſa relinqui poſſunt. Exempla vide in *l.* 19. §. 1. *D. de Ann. Legat. l.* 74. *h.* (cui non adverſatur. *l.* 77. §. 24. *de Legat.* 2.) & in *l.* 115. *l.* 118. *de Leg.* 1. quibus non obſtant *l.* 68. §. 1. *de Legat.* 3. *l.* 32. *de Uſufr. Legat.*

13. Sed & vel pure, vel ex die, vel ad diem, vel ſub conditione fideicommiſſa relinqui poſſunt. §. 2. *I. h.*

14. Conditio, *ſi heres ſine liberis moriatur*, referenda eſt ad liberos legitimos, non naturales, niſi contraria ſit voluntas teſtatoris. *l.* 17. §. 4. *D. h.* nec ad adoptivos. *l.* 76. *de Cond. & Dem.* v. *l.* 51. §. 1. *de Leg.* 2. *princ. I. de Excuſ.*

15. Cum pater filium, vel avus nepotem, ut hereditatem poſt mortem ſuam alteri reſtituat, rogavit, ex conjecturâ pietatis ſubintelligitur tacita conditio, *ſi ſine liberis deceſſerit. l.* 102. *de Cond. & Dem. l.* 30. *C. de Fideic.* Quod & tunc locum habet, quando pater naturalis filium naturalem, heredem inſtitutum, rogavit, ut hereditatem, poſt mortem ſuam, reſtitueret extraneo. *l.* 6. *in med. C. de Inſtit. & ſubſtit.*

16. Fideicommiſſa non modò cognatis proximis, ſed & toti in univerſum familiæ relinqui poſſunt. *l. ult. C. de V. S. l.* 32. §. *f. de* Leg. 2.

Leg. 2. idque non modò expreſſe, ſed & tacitè, per prohibitionem, ne res alienentur extra familiam. *l.* 38. §. 1. 2. 3. 4. *de Leg.* 3. *l.* 114. §. 14. *de Leg.* 1.

17. Cujus prohibitionis effectus eſt, ut fideicommiſſariis, quorum in gratiam prohibitio facta eſt, tribuat actionem in rem, ad rem alienatam vindicandam, adeoque dominii translationem impediat. *l.* 69. §. 3. *de Leg.* 2. *l.* 2. *C. Comm. de Leg. & fid. l.* 23. *de R. V. l. ult. C. de Rebus alien. non alien.* & ſemper priores e familiâ admittantur. *d. l.* 69. §. 3. *l.* 32. §. *ult. de Leg.* 2.

18. Licet emtor, vel alius, cui res, alienari prohibitæ, ſunt venditæ, aut alio titulo ceſſæ, quamdiu vivit fiduciarius, aut alia fideicommiſſi conditio non exiſtit, fructus inde percipere poſſit. *d. l.* 69. §. 1. 3. arg. *l.* 12. §. 2. *l.* 38. *l.* 67. *de Uſufr.*

19. Atque hoc ita, ſi prohibitio fuerit facta in gratiam fideicommiſſariorum: ſimplex enim prohibitio, citra reſpectum aut favorem perſonarum facta, ſeu nudum de non alienando præceptum, non impedit translationem dominii. *d. l.* 114. §. 14. *l.* 93. *de Leg.* 3. *l.* 38. §. 3. 4. *eod. tit.*

20. Fideicommiſſariæ ſubſtitutiones, & prohibitio de non alienando, fieri poſſunt, vel ad tempus, vel in infinitum. *l.* 32. §. *ult. l.* 67. §. 5. *l.* 69. §. 3. *l.* 88. §. 15. *de Leg.* 2.

21. Quanquam ultra quartum gradum, ſeu generationem, non extendantur, cum, prohibitâ alienatione extra familiam, extraneus per medium impuberem heres fit, qui ſenſus eſt *Novellæ* 159. *c.* 2. *ubi vide Cujac. in Expoſit. Novell.*

22. Eſ-

22. Effectus Fideicommiſſi, ante reſtitutionem, eſt (1. Quod bona, fideicommiſſariæ reſtitutioni obnoxia, alienari non poſſint, niſi usque ad quadrantem Fiduciarii proprium. *l.* 3. §. 3. *h.* non ultrà; niſi ex causâ dotis, vel propter nuptias donationis. *Nov.* 39. *c.* 1. *Auth. Res quæ. C. Comm. de Legat.* vide *l.* 22. §. *pen. D.*, *h. t.*

23. Secus ſi quis rogatus ſit reſtituere, quod ex hereditate, cum morietur, ſuperfuerit; tum enim fiduciarius dodrantem alienare poteſt; quadrantem non, niſi ex eâdem dotis, donationis propter nuptias, ſimilive causâ. *Nov.* 108. *Auth. Contra C. h.*

24. Si ſub conditione relictum ſit fideicommiſſum, alienatio, intereà temporis facta, exiſtente conditione, irrita ſit, ita ut res vindicari poſſint. *l. ult.* §. 3. *C. Comm. de Leg. l.* 70. §. 1. *h. l.* 48. §. *ult. de Jure Fiſci.*

25. Niſi quod juſta ignorantiæ cauſa venditionem faciat eſſe ratam; ita, ut æſtimationem præſtare ſufficiat. *l. ult.* §. *ult. de Leg.* 2. *l.* 25. §. *pen. h. t.*

26. (2. Quod fiduciarius teneatur de dolo & latâ culpâ. *l.* 22. §. 3. *h.* v. ſupra *Tit. de Legat. & Fid. Th.* 43.

27. (3. Quod res fideicommiſſa reſtituenda ſit tempore à teſtatore definito, vel aliquando citius, ob fraudem fiduciarii. *l.* 50. *h.* Si nullum tempus adjectum ſit, ſtatim. *l.* 41. §. *ult. de Leg.* 3. Niſi fideicommiſſum filio fiduciarii relictum ſit: tum enim non debetur, niſi is capax & ſui juris factus ſit. *l.* 19. *h.* Ratio eſt, quia ſi hereditas ſtatim filiofamilias reſtitueretur, filius eam non ſibi, ſed patri ſuo acquireret,

hoc

hoc tamen caſu pater pignoribus, non autem fidejuſſoribus, cavere cogitur de hereditate filio reſtituenda, quando ſui juris ſit. *l.* 7. *Ut Legat. vel fideic. nom. cav.* juncta *l.* 50. *h. t.*

28. SCti Trebelliani, ut eſt hodie cum Pegaſiano confuſum, tria ſunt capita. (1. Ut Judex, à fideicommiſſario rogatus, fiduciarium recuſantem, adire hereditatem, eamque fideicommiſſario, die cedente, reſtituere cogat. *l.* 4. *l.* 13. §. 3. *l.* 14. §. 4. *l.* 71. *h.*

29. Cujus aditionis effectus eſt, ut fideicommiſſarius non modò accipiat actionem teſtamentariam, ad petendum fideicommiſſum, §. 7. *I. h.* §. 5. *I. de Obl. quæ quaſi. ex contr.* ſed & ut heres fiduciarius, adire coactus, omni lucro, & damno hereditario careat. *l.* 4. *l.* 14. §. 4. *l.* 44. *D. h.* ideoque etiam caret effectu Juris accreſcendi & detractionis Quartæ.

30. (2. Ut heres, ultra dodrantem reſtituere rogatus, poſſit deducere quartam, vel id, quod quartæ deeſt. *d.* §. 7. Quæ ab Interpretibus Trebellianica, à Veteribus Quarta Falcidiæ vocatur. *l.* 41. §. 3. *de Vulg. & Pup. l.* 11. *de Leg.* 1. *l.* 18. *l.* 30. §. 7. *l.* 47. §. 1. *l.* 86. *ad L. Falc.*

31. (3. Ut actiones, & onera hereditaria, pro ratâ, dividantur inter Fiduciarium & Fideicommiſſarium. *d.* §. 7. *l.* 1. *C. h.* ita tamen, ut legata ad onus ſolius Fideicommiſſarii pertineant. *l.* 1. §. *ult. D. & l. ult. C. h. t.* Niſi Fiduciarius, minus dodrante reſtituere rogatus, aliquid habeat ultra quartam cujus reſpectu legatis onerari poteſt. *d. l.* 1. §. *pen.* Quo ſenſu intelligenda eſt *Lex* 2. *C. h. t. & l.* 6. §. 1. *C. ad L. Falc.*

32. Trebellianicam detrahere poſſunt heredes

des fiduciarii, ultra dodrantem fideicommiſſis onerati, *paſſim h. t.* non fideicommiſſarii, alterâ reſtitutione onerati. *l.* 1. §. 19. *l.* 22. §. *ult. h. l.* 47. §. 1. *ad L. Falcid.* nec, qui, retentâ re certa, hereditatem reſtituere rogati ſunt, quales pro legatariis habentur, nec de oneribus hereditariis tenentur. §. 9. *l. h. l. pen. C. de Her. Inſt.*

33. Quia autem ex SCto integer dodrans fideicommiſſariis eſt reſtituendus, conſequitur, deductionem ultra quartam fieri, adeoque liberos, fideicommiſſo oneratos, Legitimam & Quartam Trebellianicam ſimul detrahere non poſſe. *l.* 6. *C. h. l.* 24. *C. Fam. erc. l.* 11. *D. ad L. Falc.* Sic ut Quarta Trebellianica liberis imputetur in legitimam, quanquam contraria ſententia ex Jure Canonico moribus ſit recepta. *Cap. Rainutius & Rainaldus X. de Teſtam. Sand.* 4. *Deciſ.* 7. 3. *Voet. ad h. t. n.* 51. 52. Non obſtat *l.* 3. §. 2. *h. l.* 67. *ad Leg. Falc.* Nam in *d. l.* 3. §. 2. tantum una deducitur quarta, partim ex legatis, partim ex fideicommiſſis; in *l.* 67. autem etiam una tantum deducitur quarta, ſed præter & ſupra illam legata inutilia, incapacibus palam relicta, ipſo Jure manent penes heredem, aut pro non ſcriptis habentur.

34. Imputantur in hanc Quartam omnia, non modò hereditario, ſed & legati aliove titulo, ex voluntate teſtatoris percepta. *l.* 22. §. 2. *h. l.* 91. *l* 95. *ad L. Falc. l.* 14. *C. Fam. erc.* Aliud Juris eſt in Quarta Falcidia & in Legatis. vid. ſupr. *tit. ad L. Falc. th.* 17. Ratio differentiæ eſt (1. Quia teſtator magis creditur faviſſe heredi, quam legatario, & verſa vice magis fidei-

com-

commiſſario, quam fiduciario. (2. Quia apud heredem gravatum manent omnia onera hereditaria, quæ inter fiduciarium & fideicommiſſarium pro rata communicantur & dividuntur. Plura vid. apud *Voet. ad h. t. n.* 48.

35. Sed & fructus medio tempore, ex bonis, quæ ſunt ultra quartam, percepti compenſantur cum Quartâ. *l.* 18. §. 1. *l.* 22. §. 2. *h. l.* 8. §. 11. *de Inoff.* excepto caſu *Legis* 6. *pr. &* §. *ult. C. h.* Scilicet, ſi liberi primi gradus fideicommiſſo gravati ſint, hi enim fructus præcipuos habent, nec eos imputant in Quartam, quam ex ipſis rebus hereditariis ſalvam habere debent, quod non eſt extendendum ad nepotes. Vide & *l.* 22. §. 2. *& pen. h. t.* Scilicet hæc Regula etiam fallit, ſi fructus ſint percepti negligentia petentis, ſive mora fideicommiſſarii, ut & ſi mulier fideicommiſſo gravata marito dederit dotem, tunc enim fructus imputantur in dotem, non autem in Quartam.

36. Fructus autem, ſupra Quartam percepti, non ſunt reſtituendi, adeoque cedunt lucro Fiduciarii. *d. l.* 18. *pr.* niſi percepti ſint poſt moram fiduciarii, *d. l.* 18. *l.* 22. §. 2. *l.* 44. §. 1. *h. t.* vel ante aditam hereditatem *l.* 27. §. 2. *h.* vel heres aut hereditatem cum incremento, aut quantacunque pecunia ex hereditate ad eum pervenerit, aut quidquid ex bonis ſupererit, reſtituere rogatus ſit. *d. l.* 18. arg. *l.* 63. §. 4. *l.* 32. *h. l.* 3. §. 2. 3. *de Uſur.* Nec eſt contrarium in *l.* 58. §. *pen. l.* 57. *h. l.* 83. *de Leg.* 3. Verius eſt, totam hanc quæſtionem facti potius eſſe & voluntatis, quam Juris, adeoque fructus non eſſe reſtituendos, ſi de voluntate teſta-

ſtatoris non conſtet hac in re, reſtituendos autem, ſi de ea conſtet. vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 6. & 7. *Voet. ad h. t. n.* 49. & 50.

37. Adquiritur quarta vel retentione, ſeu deductione ex hereditate, vel condictione, ſeu repetitione, ſi errore facti ſoluta ſit; ſecus, ſi vel juris ignorantiâ, vel explendi fideicommiſſi causâ, tota hereditas præſtita ſit. §. 7. *l. l.* 21. (ubi cum A. Fabro leg. *non ſimilem.*) *l.* 68. §. 1. *b.*

38. Ceſſat quartæ ex SCto Trebelliano deductio (1. In teſtamento militis. *l.* 7. C. *ad L. Falc.* Non obſtat *l.* 1. §. 6. *b. t.* nam ibi non agitur de detractione Quartæ ex SC. Pegaſiano, ſed de communicandis commodis & incommodis inter Fideicommiſſarium & Fiduciarium ex SC. Trebelliano. (2. Si teſtator eam expreſsè prohibuerit. *Nov.* 1. *c.* 2. §. 2. (3. In rebus certis, quas teſtator alienari prohibuit. *Nov.* 119. *cap. ult.* (4. In rebus piæ cauſæ relictis. *Nov.* 131. *c.* 12. (5. Si heres non fecerit inventarium. arg. *Nov.* 1. *c.* 2. junct. *l.* 17. *de Leg.* 1. *l.* 30. §. 7. *ad L. Falc.* §. 3. *I. Quib. mod. Teſtam. infirm.* Diſſentiunt *Huber. ad tit. Inſt. de Hered. qual. & diff. th.* 5. *Voet ad h. t. n.* 59. & *Vinn.* 2. *Sel. Quæſt.* 28. (6. Vel ſciens eam remiſerit. *l.* 14. §. 4. *ad SC. Treb.* (7. Vel coactus à Prætore hereditatem adiverit. *l.* 4. *d. l.* 14. §. 4.

TIT. II.

Quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedat. Cod. 6. 53.

1. Cedere & venire diem quid ſit, conſtat ex *l. 213. de V. S.*

2. Legatorum, & Fideicommiſſorum, pure relictorum, dies olim non niſi poſt apertas tabulas cedebat; v. *Ulp. Fragm. tit. 24. §. 31. l. 31. de Cond. & Dem. l. ult. D. de Mort. cauſ. don. l. 3. §. ult. l. 42. de Her. inſt. l. 8. §. ult. de Pecul. Leg.* Jure novo autem ſtatim à morte teſtatoris cedit & venit. *l. 5. §. 1. h. t. l. un. §. 1. & 5. C. de Cad. toll. l. ult. C. h. t.*

3. Unde conſequitur, hæc legata morte legatarii, poſt teſtatorem decedentis, tranſmitti ad heredes legatarii. *d. l. 5. l. 79. §. 1. de C. & D.*

4. A quâ regulâ excipiuntur quædam legata, quæ morte Legatarii pereunt; quorum dies non niſi ab aditâ hereditate cedit, ut legata uſus, uſusfructus, habitationis *l. 2. l. 3. l. 5. §. 1. l. 9. h.* libertatis. *l. un. §. 6. C. de Cad. toll. l. 31. de C. & D.* optionis. *l. 16. D. de Opt. vel El. leg.* Quatenus legatarius non poteſt optionem, ſive electionem facere, niſi poſtquam heres adiverit hereditatem, nam quatenus jus optandi tranſmittitur ad heredes legatarii, hujus legati dies cedit ſtatim à morte teſtatoris. *§. 23. Inſt. de Legat.* Legata conditionis implendæ causâ, *l. 46. de Cond. & Dem.* vel ſervo legato relicta. *l. 16. §. 1. h. l. 7. §. ult. h.*

5. Legati, in diem certum relicti, dies cedit quidem à morte teſtatoris, *l. 5. §. 1. l. 21. pr. h.* ſed

ſed legatum peti, niſi exiſtente die, non poteſt. *d. l.* 21. *d. l.* 213. *de V. S.*

6. Sin ex die incerto, dies non cedit, niſi exiſtiterit. *l.* 21. *l.* 22. *h. l.* 75. *de C. & D.* niſi dies incertus non legato, ſed petitioni ejus, aut ſolutioni fuerit adjectus. *l.* 26. §. 1. *D. l.* 5. *C. h.* veluti ſi teſtator legatum præſtari voluerit, cum legatarius erit annorum 20. vel 25. & interim uſuras annuas vel fructus percipiat. vid. *Sand.* 4. *Deciſ.* 4. 7. *Voet. ad h. t. n.* 2. vel certum ſit, diem exſtiturum vivo legatario. *l.* 4. *in f. h. l.* 79. *de Cond. & Dem.*

7. Dies legatorum conditionalium non cedit, niſi conditione exiſtente. *l.* 4. *l.* 5. §. 2. *l.* 21. *h.* exceptis caſibus propoſitis. (1. In *l.* 5. §. 3. 4. *l.* 22. §. 1. *h. tit.* (2. *l.* 21. §. 1. *eod.* (3. *l.* 56. *de Leg.* 2. (4. *l.* 1. §. *ult. l.* 99. *de Cond. & Demonſtr. l.* 25. §. 1. *h. t.* Scilicet (1. Si conditio habeatur pro non adjecta. (2. Si legatum ſub conditione eadem ſit relictum, ſub qua heres inſtitutus eſt. Ratio eſt, quia certum eſt, herede exiſtente, legatum deberi, adeoque idem eſt, ac legatum erit, *ſi Titius heres erit, do lego Cajo.* (3. Si Principi aliquid ſub conditione ſit relictum. *d. l.* 56. *de Leg.* 2. quæ videtur intelligenda eſſe de ſucceſſore in Imperium, non autem de herede. vid. *l.* 20. *de Ann. leg.* (4. Si conditio non ex teſtamento, vel codicillis, ſed extrinſecus veniat, ut ſi fructus naſcituri debeantur. *dd. ll. & l.* 73. *de V. O.*

TIT. III.

Ut legatorum, vel fideicommiſſorum, ſervandorum causâ; caveatur.

Cod. 6. 54.

1. Ne Legata, vel Fideicommiſſa, in diem, vel ſub conditione relicta, pendente die, conditioneve, dolo, vel culpâ, aut inopia heredis, quid detrimenti capiant, vel pereant, ab heredibus, datis fidejuſſoribus, præſtanda eſt legatariis & fideicommiſſariis cautio, de legatis vel fideicommiſſis, ſuo tempore ſolvendis, & dolum malum abeſſe, & abfuturum eſſe. *l.* 1. *pr.* §. 1. 2. *h. l.* 114. §. 12. *de Leg.* 1.

2. Quod & in legato puro, cujus præſtatio aliquam moram continet, locum habet. *l.* 15. *l.* 16. *h.* veluti, ſi Titio pure legatum ſit, & duo ſint Titii, qui de legato contendunt, pendente hac lite, utrique Titio præſtanda eſt cautio.

3. Ad hujus ſatisdationis præſtationem tenentur heredes, legatarii, aliique, à quibus legatum fideive commiſſum relictum eſt, eorumque ſucceſſores. *l.* 1. §. 6. & *ſeqq. h.*

4. Præſtanda eſt hæc cautio ante litem conteſtatam. *l.* 1. §. 9. *h.* Sive in primâ, ſive in ſecundâ inſtantiâ, ſeu judicio appellationis. *l.* 5. §. 1. *h.*

5. Effectus præſtitæ hujus cautionis eſt, quod heres, ejusque fidejuſſor, teneantur, non ſolutis ſuo tempore legatis; niſi, herede ab hoſtibus capto, conditio exiſtat. *l.* 5. *h.* vide *l.* 47. *l.* 57. *de Fidej. Wiſſenb. ad h. t. th* 10. & *Cujac. ibid.*

ibid. alleg. Voet. ad h. t. n. 4. & 5. Secus ſi heres, poſt aditam hereditatem, ſibi delatam, antequam conditio exiſteret, ſit mortuus: tum enim fidejuſſor tenetur, etiam nondum aditâ hereditate ipſius heredis. *l.* 10. *h. t.* v. *l.* 11. *pr. de Conſtit. pec.*

6. Ceſſat hujus cautionis præſtatio (1. In omnibus, cujuscunque generis, heredibus, ſi teſtator eam exigi prohibuerit. *l.* 1. *tit. ſeq. l.* 2. *l.* 7. *C. h. l.* 41. §. *ult. de Legat.* 3. (ubi ante & poſt vocem *Seja* delendum eſt comma) (2. Reſpectu Fiſci & Rerum Publicarum. *l.* 1. §. 18. *l.* 6. §. 1. *h.* (3. Si heres paratus ſit in continenti probare, nihil deberi. *l.* 14. §. 1. *h. l.* 3. *tit. ſeq.* (4. Si filio, vel ſervo, à patre, dominove herede inſtituto, ſub conditione legatum ſit. *l.* 7. *h. l.* 50. *ad SC. Treb.* quo caſu ſufficit cavere datis pignoribus, nec opus eſt cautione fidejuſſoria, quia illa quodammodo eſt odioſa. *l.* 7. *l.* 17. §. *ult. de Teſt. tut.* (5. Si, omiſsâ ſtipulatione, lis de legato conteſtata ſit. *l.* 1. §. 9. *h.* (6. Si cautio pacto remiſſa ſit. *l.* 46. *D. l. pen. C. de Pact.*

TIT. IV.

Ut in poſſeſſione legatorum, vel fideicommiſſorum causâ eſſe liceat.

Cod. 6. 54.

1. Pœna non præſtitæ ab herede cautionis eſt, quod Prætor eos, quibus cavendum eſt, & per quos non ſtetit, quo minus caveretur, mittat in poſſeſſionem omnium rerum hereditariarum. *l.* 1. §. 2. & *l.* 5. §. 1. *Tit. præc. l.* 1.

§. 1. *l.* 13. *h. l.* 1. *Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* ubi pro *tuetur* leg. *timetur*. Quod non eſt per *Novell.* 53. *c.* 4. in verb. *ſecundum menſuram declarati debiti*, abrogatum, cujus longe alius eſt ſenſus. Scilicet, quod miſſio quidem fiat in omnia bona, ſed non niſi ad conſequendam menſuram, five quantitatem declarati debiti. vid. *l.* 7. §. 10. *Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l.* 5. §. 21. *h. t. Wiſſenb. ad h. t. th.* 11.

2. Fit autem miſſio in res hereditarias, *l. ult. h.* non heredis proprias, niſi ſex menſium moram admiſerit, quo minus ſolvat, vel ſatisdet, *l.* 5. §. 16. *D. l.* 6. *C. h.* quod tempus continuum eſt, *d. l.* 9. §. 19. ubi pro *poſſeſſionum*, leg. *ſeſſionum*. v. *l.* 2. §. 1. *Quis ordo.* vid. *Gothofr. ad d. l.* 9. §. 19. *Wiſſenb. ad h. t. th. ult.*

3. Vis & effectus hujus miſſionis eſt, quod is, qui miſſus eſt, Prætorii pignoris jus conſequatur, nec res poſſeſſæ, ſine onere, ab herede alienari poſſint. *l.* 3. *l.* 5. *C. h.* Supr. *lib.* 20. *tit.* 1. *th.* 6.

4. Atque hinc nec dominium, nec heredem expellendi jus, ſed cuſtodiam accipit. *l.* 5. *pr.* & §. 21. 22. *D. d. l.* 5. *C. h. t.*

5. Inter plures legatarios, licet is, qui miſſus eſt, ſibi, non aliis poſſideat, non tamen habet prærogativam aut privilegium præ illis, qui poſteà mittuntur: hi enim idem jus habent, quod primò miſſi. *l.* 5. §. 2. 3. *h.* Supr. *lib.* 20. *tit.* 4. *th.* 16.

DIGESTORUM

PARS SEXTA.

LIBER XXXVII.

TIT. I.

De Bonorum poſſeſſionibus.

1. Bonorum poſſeſſio eſt, *jus perſequendi, retinendique patrimonii, quod cujusque, cum moreretur, fuit. l.* 3. §. 2. *h.*

2. Quæ, cum ſit juris, non corporis, pro rerum univerſitate, ipsâque adeo hereditate accipitur. *l.* 119. *l.* 138. *l.* 208. *de V. S. l.* 117. *de R. J.* & poſſeſſor heres Prætorius eſt. *l.* 3. §. 1. *h.*

3. Hinc & poſſeſſori datur hereditatis petitio. *t. D. de Poſſeſſ. Her. petit. l.* 2. *h.* Licet enim Prætor nec dominum, nec verum heredem facere poſſit; *pr. Inſt. h.* facit tamen bonorum poſſeſſorem, qui jure heredis utitur. *dd. ll. l.* 1 *l.* 2. *D. de Poſſ. her. pet. l.* 1. *C. de Her. vel act. vend.*

4. Eſt autem Bonorum poſſeſſio vel edictalis, vel decretalis. *l.* 1. §. 7. *de Succeſſ. Ed. l.* 30. §. 1. *de Adq. Her.*

5. Decretalis eſt, *quam Prætor, cauſa cognitâ, decreto tribuit, non tam ut defuncto quis heres exiſtat, quam ut interim, donec juſſu Prætoris quid fiat, hereditatem poſſideat. d. l.* 30. *l.* 2. §. 1. *Quis ordo.*

6. Hujus præcipuæ ſunt ſpecies. (1. Carboniana bonorum poſſeſſio. *l.* 1. *pr.* & §. 8. *de Carb. Ed.* (2. Bonorum poſſeſſio, ventris nomine data. *l.* 1. *pr.* & §. 7. & *ſeqq. de Ventr. in poſſ. mitt.* (3. Quæ datur litis ordinandæ gratia. *l.* 8. *pr. de Inoff. teſt.*

7. Edictalis eſt, *quam Prætor Edicto ſuo, ſine cauſæ cognitione, certo perſonarum ordini concedit. l.* 30. §. 1. *in f. de Adq. her.*

8. Quæ eſt vel extraordinaria, vel ordinaria.

9. Extraordinaria eſt, *quæ à Lege, SCto, aut Conſtitutione Principis, certis perſonis defertur. t. t. Ut ex Legib. Senatusve Conſ. bonor. poſſ. det.*

10. Ordinaria defertur vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.

11. Ex teſtamento defertur (1. Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas. (2. Contra tabulas.

12. Ab inteſtato defertur (1. Bonorum poſſeſſio, *Unde liberi.* (2. *Unde legitimi.* (3. *Unde Cognati.* (4. *Unde Vir & uxor.*

13. Differentia inter Bonorum poſſeſſionem edictalem & decretalem eſt. (1. Quod Edictalis omnia petenti, ſeu agnoſcenti jura tribuat. *l.* 3. §. 2. *b.* decretalis tantum jus minus plenum. *l.* 5. *D. l.* 2. *C. de Carb. Ed.* (2. Decretales ſunt extraordinariæ, Edictales vel ordinariæ, vel extraordinariæ. vide *l.* 3. §. *ult. de Carb. Ed. l.* 5. §. 3. *de Leg. præſt. l.* 1. §. 4. *Unde lib.*

14. Tempus petendæ bonorum poſſeſſioni præſtitutum, reſpectu liberorum & parentum, eſt anni, reſpectu aliarum perſonarum, centum dierum ſpatium. §. 1. 4. *I. b. t. l.* 1. §. 12. *de Succ. Ed.*

15. Quod tempus non niſi ſcienti currit. *l.* 10. *b. l.* 2.

b. l. 2. *pr. Quis ordo in bon. poſſ.* ita tamen, ut patris, vel tutoris ſcientia noceat pupillo, vel filio. *l.* 7. §. *f. b. t.*

16. Quanquam pupillus, major factus, non obſtante ignorantiâ tutoris, intra tempora legitima, poſſeſſionem petere non prohibeatur, ex quo eam ſibi delatam eſſe ſcivit; qui ſenſus eſt *Legis* 1. *de Bon. poſſ. furioſ.* & *l.* 3. *Quis ordo in bon. poſſ.*

17. Ceſſat bonorum poſſeſſio (1. Si intra conſtitutum tempus non ſit petita; quo caſu ceteris, ejusdem gradus, perſonis accreſcit. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *b.* vel, his deficientibus, remotioribus ex ſucceſſorio Edicto datur. §. 5. *I. b. t. t. de Succeſſ. Ed.* (2. Si lex hereditatem capere prohibeat. *l.* 12. *b.* Ratio eſt in *l.* 12. §. 4. *de Public. act. l.* 14. *de Teſtib.*

TIT. II.

Si tabulæ teſtamenti exſtabunt.

1. Bonorum poſſeſſio, ſecundum Tabulas, locum non habet, deleto, vel amiſſo, ante mortem teſtatoris, teſtamento: quia jure Prætorio neceſſe eſt, tabulas tempore mortis exſtare. *l. un. b. l.* 1. §. 3. *de Bon. poſſ. ſec. tab.* Secus ac Jure Civili. *l.* 1. § 3. *de His, quæ in teſt. del.*

TIT. III.

De Bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, cæco, competente.

1. Cum furioſus, ſimilesque bonorum poſſeſſionem ipſi agnoſcere nequeant, *l.* 63. *de*

de Acq. hered. l. 2. de R. J. l. ult. de Jur. & Fact. ign. Curatores, illorum nomine, eam petere oportet. *l. 1. h.*

2. Olim quidem, cauſâ cognitâ, ex decreto; *l. 2. §. 11. ad SC. Tert.* jure novo etiam ſine cognitione ex edicto. *l. ult. §. 3. C. de Curat. fur.*

3. Sic tamen, ut dies, quibus poſſeſſionem delatam curator ſcivit, furioſo, infanti, &c. non noceant. *l. 1. h.*

TIT. IV.

De Bonorum poſſeſſione contra tabulas.

1. Hæc poſſeſſio competit liberis emancipatis, in teſtamento paterno præteritis. *§. 1. I. de Bon. poſſ. l. 1. §. 6. h. t. §. 3. I. de Exher. lib.*

2. Ut & ſuis præteritis. *§. 12. I. de Her. quæ ab int. l. 12. §. 1. h. l. 4. C. de Lib. Præter.*

3. Idque ex æquitate Prætoria: cum alioquin teſtamentum ſummo Jure Civili ſit nullum. *pr. I. de Exher. lib. l. 30. de Lib. & poſth. l. 1. de Inj. rupt.*

4. Datur & liberis non ritè exheredatis. *l. 8. §. 2. h. d. §. 12. Inſt. l. 18. h. t.*

5. Non autem inſtitutis; niſi alii liberi ſint præteriti, qui, non adeundo; viam edicto contra tabulas aperiunt. *l. 3. §. 11. l. 10. §. ult. h.*

6. Nec liberis ritè exheredatis. *l. 8. pr. & §. 2. l. 10. §. pen. h.* licet iis querela inofficioſi teſtamenti, & bonorum poſſeſſio, litis ordinandæ gratiâ, competat. *l. 6. §. ult. l. 7. l. 23. D. l. 2. C. de Inoff. teſt.*

7. Nec

7. Nec liberis à matre præteritis. *l.* 4. §. 2. *b.*

8. Effectus hujus poſſeſſionis eſt, quod, reſciſſo teſtamento, locus fiat bonorum poſſeſſioni ab inteſtato, *Unde liberi. l.* 1. §. 5. *Si tab. teſt. null. l.* 17. *C. de Collat.*

TIT. V.

De Legatis præſtandis, contra tabulas bonorum poſſeſſione petita.

1. Sed & hic petitæ contra tabulas bonorum poſſeſſionis effectus eſt, quod legata, illis relicta, corruant. *l.* 3. §. 1. *b. l.* 181. *de R. J.* §. *pen. I. ad L. Falc. l.* 9. *pr. de Teſt. tut.*

2. Sic tamen, ut legata à liberis emancipatis præteritis præſtanda ſint quibusdam perſonis, ut parentibus, liberis, nurui, nomine dotis. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *l.* 3. §. 1. *b.* Vide & *l.* 15. *l.* 16. *b. l.* 14. *l. pen.* §. *ult. de Bonor. poſſ. contr. tab.*

3. Nec apparet, hoc Edictum per *Nov.* 115. *c.* 3. eſſe abrogatum.

TIT. VI.

De Collatione Bonorum.

Cod. 6. 20.

1. Collatio eſt, *commixtio bonorum propriorum cum hereditariis, quâ liberi, parentibus ſuccedentes, res, ab ipſis vivis, vel occaſione eorum, acceptas, in communem hereditatem conferunt, ut ex æquo inter omnes coheredes dividantur.*

2. Ratio & origo ejus eſt, ut æqualitas inter li-

liberos conſervetur. *l.* 17. *C. h. l. ult. C. Comm. utr. jud.*

3. Nam cum liberi emancipati præteriti, per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, ſimul cum ſuis, qui, vi patriæ poteſtatis, omnia adquiſiverant patri, ad paternam hereditatem admitti deſiderantes, omnia, vi emancipationis, ſibi quæſiiſſent; æquum videbatur, ut bona propria in medium conferrent, quæ, ſi absque emancipatione fuiſſet, patri fuiſſent adquiſita. *l.* 1. *D. l.* 17. *& Auth. ex teſtamento. C. h.*

4. Unde apparet, olim emancipatos ſuis, non ſuos emancipatis, nec emancipatos inter ſe contuliſſe. *l.* 1. *pr. &* §. 5. *l.* 2. §. 5. *& ult. l.* 10. *D. l.* 9. *C. h.* Non obſtat *l.* 1. §. 16. *de Conjung. cum emanc.*

5. Jure novo omnes deſcendentes, adſcendentibus, ſive maternæ, ſive paternæ lineæ, ſuccedentes, tenentur conferre, tam ſui emancipatis, quam hi illis, & ſui ſuis, & emancipati emancipatis. *l.* 17. *l.* 19. *l.* 20. *Auth. Ex teſtamento. C. h. Nov.* 18. *c.* 6.

6. Sed & nepotes, & ſi qui ſunt gradus ulterioris, conferunt bona, quæ vel ipſi, vel parentes eorum, ab adſcendentibus acceperunt. *l.* 17. *C. h.* non modò inter ſe, ſed & ſi cum patruis, amitis, avunculis, vel materteris ſuccedant. *l.* 19. *C. h.*

7. Nepotibus pluribus, in locum filii ſuccedentibus, quaſi uni perſonæ conferendum eſt; ſed & ipſos ita conferre oportet, quaſi omnes unius loco eſſent. *l.* 7. *D. h.*

8. Atque adeo filii & filiæ conferunt dotem & donationem propter nuptias, quam ipſi acceperunt, nepotes autem eam, quæ data eſt pro pa-

patre ipſorum, vel matre defunctâ; pro ſe ipſis datam non patruis, &c. ſed ſibi invicem conferunt. *l.* 19. *C. h. l.* 1. §. 2. 3. *tit. ſeq. l.* 4. §. *ult. de Conj. cum emanc. lib.*

9. Collaterales, quando de ſucceſſione collaterali eſt quæſtio, & extranei, ab onere collationis immunes ſunt. *l. ult. C. Comm. utr. Jud.* arg. *l.* 19. *l. ult. C. h.*

10. Sed nec adſcendentes ipſi conferunt, nec ipſis confertur, arg. *l.* 17. *l.* 20. *C. h.*

11. Conferuntur jure novo bona profectitia, quæ a vivis parentibus ad liberos pervenerunt. *l.* 1. §. 19. *h. l.* 12. *C. h. l.* 13. *C. Fam. erc. l. pen. D. l.* 6. *C. h. t.*

12. Non peculium adventitium, nec caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe. *l.* 1. §. 15. *D. l. ult. C. h. l.* 52. §. 8. *Pro ſoc.*

13. Non donatio ſimplex, à parentibus in liberos facta. *l.* 18. *C. Fam. erc. l. pen.* §. 1. *C. h.* nihil obſtantibus. *l.* 13. *C. h. l.* 17. *in f. C. eod. l. pen. pr. C. h.* junct. *l.* 25. *C. de Don. int. V. & U.*

14. Non pecunia pro liberis ab hoſtibus redimendis expenſa, *l.* 17. *C. de Poſtl. rev.* Idem juris eſt in mulcta pecuniâria, quam pater pro liberis in carcerem conjectis ſponte ſolvit, non autem ſi pater ad ſolvendum condemnatus ſit. vid. *Vinn. de Collat. Bonor. cap.* 13. *n.* 10. *Voet. ad h. t. n.* 20. non ſumptus in ſtudia, dignitatem, peregrinationem liberorum facti, *l.* 1. §. 16. *h. l.* 20. §. 6 7. *l.* 50. *Fam. erc. l.* 3. §. *ult. de Mun. l. un. C. de Peric. ſucceſſ. par.* (X. 61.) Sub ſtudiis etiam continentur libri, ſtudiorum cauſa filio comparati, ſi non excedatur modus, arg. *l.* 11. *D. & l.* 1. *C. de Caſtr. pecul. l.* 1.

§. 15.

§. 15. *h. t. Vinn. de Collat. Bon. cap.* 10. *n.* 11. *cap.* 14. *n.* 4. *Voet. ad h. t. n.* 34. Sed nec ſumptus facti in promotione ad gradum Doctoratus, Licentiatus, &c. ſunt conferendi, arg. *l.* 15. *h. t.* ſi liberi mortuo patre in communione bonorum perſeveraverint, quorum unus tantum ſtudiis erat initiatus, ſumptus ad perfectionem ſtudiorum non ſunt imputandi communioni, licet alii liberi jam vivo parente ſperatam metam attigerint, & titulum Doctoratus conſecuti ſint, arg. *l.* 20. §. 6. *l.* 39. §. 3. *Fam. erc. l.* 3. §. *ult. l.* 15. *de Muner. & honor. Vinn. de Collat. bon. cap.* 13. *n.* 3. *Voet. ad h. t. n.* 23. *Bronkh. Cent.* 2. *Miſcell. aſſert.* 34. Diſſent. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 14. Si filius nummos in ſtudia erogatos luxu prodegerit, tanto minus conſequitur Judicio familiæ erciſcundæ, adeoque hi ſumptus conferendi, & ei in portionem imputandi ſunt, arg. *l.* 1. §. 23. *l.* 2. §. 2. *h. t. l.* 52. §. *ult. l.* 57. §. 1. *Pro ſoc.* Si peregrinatio ſit inſtituta amore eruditionis, & ut filius inde caperet ingenii cultum, ac doctior & melior domum redeat, ſumtus non ſunt conferendi. vid. *Authent. habita C. Ne fil. pro patr. l.* 1. *C. qui ætat. vel profeſſ. l.* 18. §. 1. *de Judic. l.* 17. *de Reb. Cred.* multo minus ſunt conferendi ſumptus in alimenta liberorum erogati. *l.* 34. *D. l.* 11. *l.* 15. *C. de Negot. geſt. tit. de Agnoſc. lib. th.* 7. *& ſeqq.*

15. Niſi parentes hos ſumtus fecerint animo repetendi, ſive imputandi. vide *l.* 34. *D. l.* 1. *l.* 11. *l.* 15. *C. de Neg. geſt. d. l.* 50. qui animus præſumitur, ſi liberi habeant bona adventitia, arg. *l. ult. D. de Pet. Her. l.* 5. §. 7. *de Agn. lib. l.* 43. §. 1. *de Adm. tut.* niſi pater dotem dederit:

rit: hanc enim de ſuis, non de filiæ bonis conſtituiſſe creditur. *l. ult. C. de Dot. prom.* Ratio differentiæ eſt, quod pater obligatus ſit ad dotem dandam & ad id cogi poſſit, licet filia habeat bona adventitia. *l. 6. h. t. l. 19. de R. N. l. 69. §. 4. de Jur. Dot.* ad reliquos autem ſumptus, veluti ſtudia, peregrinationem, &c. cogi non poteſt.

16. Sed & dignitatis, quæ vendi poteſt, ſumptus ſunt conferendi *l. pen. C. h.* vide *l. 47. §. 1. de Leg. 2. l. ult. C. de Pign. & Hyp.* Scilicet ſi pater filio militiam, ſive munus, aut officium vendibile emerit, ea quantitas eſt conferenda, qua munus emptum tempore delatæ hereditatis vendi poteſt. *l. 30. §. 2. C. de inoff. teſt.* junct. *d. l. pen. C. h. t. & l. 52. §. 2. de Act. empt.* Huic ſententiae non obſtat. *l. 3. §. 7. de Minor.* nam licet ipſa militia ſive dignitas vendibilis perſonæ cohæreat, æſtimatio tamen ejus, quanti tempore mortis & delatæ hereditatis paternæ vel maternæ vendi poteſt, conferri debet. *d. l. pen.* Sed & Feuda ſumtibus patris vel matris emta, collationi imputanda ſunt.

17. Sed bona, poſt mortem defuncti quæſita, collationi obnoxia non ſunt. *l. 1. §. 18. 19. l. pen. h. l. 6. l. 10. l. 12. l. 15. l. 16. C. eod.* adeoque nec prælegata, nec donatio mortis cauſa. *l. 10. l. 16. h. t. l. 28. l. 42. Fam. erc.* junct. *l. 7. C. eod. Voet. ad. h. t. n. 12.* ut nec quæ a vivo teſtatore percepta, ſine dolo, aut culpa perierunt. *l. 1. §. 23. l. 2. §. 2. h.* ſic ex. gr. filia non confert ſumptus convivii nuptialis, nec veſtes nuptiales nec mundum muliebrem. vid. *Wiſſenb. ad h. t. th. 15. Voet. ad h. t. n. 12.* nec uſuræ, aut fructus. *l. 5. §. 1. tit. ſeq.* Ratio

tio eſt, quia liberi ex illis ſe exhibuerunt, & vitam ſuſtentarunt, quod tamen fallit in fructibus & uſuris, poſt moram ex re vel pecunia conferenda perceptis; ſed nec illa conferenda ſunt, quæ quis dolo malo vel culpa non adquiſivit, quæ adquirere poſſet. *l.* 1. §. 23. *h. t.* Infr. *tit. Quæ in fraud. cred. tb.* 6.

18. Nec quæ liberis, titulo mutui, à parentibus credita ſunt, arg. *l.* 49. *de V. S.* junct. *l.* 6. *C. h. l. ult. tit. ſeq.* Ratio eſt, quia hæc non receſſerunt a patrimonio, ſive bonis parentis, ſed partem eorum conſtituunt, & ſunt loco æris alieni, adeoque ſemper fuerunt in bonis defuncti, ſed non in bonis filii.

19. Collatio fit tempore diviſionis, licet id retrotrahatur ad tempus mortis, ſcilicet parentis, de cujus ſucceſſione quæritur. *l.* 6. *l.* 20. *C. h.* ſive ex teſtamento ſuccedatur, ſive ab inteſtato. *Auth. Ex teſtamento. C. h. Nov.* 18. *c.* 6. Olim non niſi ab inteſtato, *l.* 1. §. 8. *tit. ſeq. l.* 5. §. 3. 17. *C. h. t.* Ex teſtamento autem non niſi ex voluntate, & præcepto teſtatoris. *l.* 10. *l.* 14. *l.* 17. *pr. l.* 19. *C. h. l. ult. C. Comm. utr. jud.*

20. Quin &, hoc amplius, etiam cum diverſo Jure, id eſt, partim ex teſtamento, partim ab inteſtato, partim Civili, partim Prætorio jure ſucceditur, collationi locus eſt. *l.* 10. *D. l.* 17. *C. h. Nov.* 18. *c.* 6. Scilicet quando defunctus per querelam inofficioſi ab uno vel altero liberorum inſtitutam pro parte ſit inteſtatus, ut fieri poteſt. *l.* 15. §. 2. *l.* 24. *de Inoff. teſt.* & ſic non obſtat. *l.* 7. *de R. J.*

21. Modum conferendi quod attinet, ſit collatio (1. Inferendo & communicando res acceptas. *l.* 1. §. 11. *h. l.* 20. *Fam. erc. Nov.* 9.

c. pen.

c. pen. (2. Tantò minus ex rebus hereditariis capiendo. *l.* 1. §. 12. *D. l.* 5. *C. h.* in cujus legis inſcriptione pro *Alexandro* leg. *Alexandræ.* Similes errores vid. in *inſcript. l.* 24. *C. ad L. Jul. de adult.* ubi pro *Dionyſio.* leg. *Dionyſiæ.* vid. & *l.* 7. *C. Qui milit. poſſ.* ubi in inſcriptione pro *Antoniæ* leg. *Antonio* vel *Antoniis. l.* 5. *C. de Inſtit. & ſubſtit.* ubi pro *Maximo* leg. *Maximæ. l.* 1. *de Dot. prom.* ubi pro *Claudiæ* leg. *Claudio. l.* 7. *C. de Quæſt.* ubi pro *Urbano* leg. *Urbanæ.* & in ipſo textu pro *invito* leg. *invita. l.* 1. *C. Qui milit. poſſ.* (XII. 34.) ubi pro *Antoniæ* leg. *Antonio.* Cæterum in eadem *l.* 5. *C. h. t.* pro *ea* leg. *eam.* ſcilicet dotem. (3. Præſtando cautionem fidejuſſoriam, aut pignoratitiam, de reſtituendo pro ratâ, quod adquiſituri ſunt, ſive, quod ad eos perventurum eſt ex voluntate parentum, extra & præter ſucceſſionem teſtamentariam, & legitimam. *l.* 1. §. 9. 10. 11. 12. *l.* 2. §. 1. *h. t. l.* 1. §. 7. *Tit. ſeq.*

22. Cui cautioni ſi non ſteterit heres, collationi obnoxius, actione ex ſtipulatu tenetur in veram rei æſtimationem. *l.* 5. §. 1. & *ult. h.* Scilicet ex rebus, quas a vivis parentibus acceperunt, ſi tempore diviſionis incertum ſit, propter eventum acquiſitionis, quantum quisque accipere deberet, ſcilicet non qui tempore dationis, ſed qui tempore mortis juſta appareat, arg. *l. pen. C. h. t. l.* 30. §. 2. *de Inoff. teſt. l* 62. §. 1. *ad L. Falc. Voet. ad h. t. n.* 9. & is, qui moram committit in conferendo, etiam ad fructus perceptos, & ad uſuras tenetur. *l.* 5. §. 1. *tit. ſeq.*

23. Sed & ei, qui conferre detrectat, actiones hereditariæ negantur, donec contulerit. *l.* 1.

§. 10. 13. *D. l.* 11. *l.* 14. *l.* 16. *C. b. l.* 5. §. 1. *Ut Leg. nom.* Quin & officio judicis, petentibus iis, quorum intereſt, ad conferendum cogitur. Scilicet eisdem remediis, quibus quis cogi poteſt & ſolet ad præſtationem alicujus facti, veluti pignoris captione, carcere civili. §. *pen. I. de Satisd. tut. l.* 3. *C. de Suſp. tut. d. l.* 1. §. 10. *D. l.* 8. *C. b. l.* 1. *Tit. ſeq.*

24. Ceſſat collatio. (1. Si defunctus eam prohibeat. *l.* 39. §. 1. *Fam. erc. Auth. Ex teſtamento C. b.* Quæ collationis prohibitio, ſive remiſſio, valet quatenus parens, ſalva ſingulis benemeritis ad minimum legitima, poteſt liberis inæquales relinquere portiones. *l.* 8. *C. de Inoff. teſt.* Nam quod Juſtinianus in *Nov.* 22. *cap. ult. in fin. princ.* commendat, ut parentes æqualitatem ſervent inter liberos, non eſt Lex, ſed tantum conſilium. (2. Si is, qui conferre tenetur, abſtineat ab hereditate: modò ea, quæ conferenda fuiſſent, non contineant donationem vel dotem inofficioſam. *l. pen. & ult. de Dot. Coll. Tit. C. de Inofficioſ. Donat. & Tit. de Inofficioſ. Dotib. Novell.* 92. *c.* 1. Scilicet in præjudicium legitimæ reliquis liberis debitæ. His duobus modis, quibus ceſſat collatio, addi poteſt. (3. Si is, qui conferre tenetur, a parente exheredatus ſit juſta cauſa, vel etiam ſine juſta cauſa, ſi filius exheredatus acquieſcat. *l.* 4. *de Dot. Collat. l.* 17. *C. b. t.* (4. Si poſt mortem parentis pacto collationis bonorum renunciatum ſit, ſecus ſi renuncietur vivo parente, *arg. §. pen. C. de Pact.* junct. *l.* 35. §. 2. *C. de Inoff. teſt. l.* 3. *C. b. t.* quod tamen pactum hodie non valet.

TIT

TIT. VII.

De Dotis Collatione.

1. Inter res, collationi obnoxias, principem ferè locum obtinent Dos & Donatio propter nuptias. Dos quidem olim tantum à filia emancipata, Jure novo etiam à filiafamilias conferenda eſt; modò ſit profectitia, ſeu à parente, de cujus hereditate agitur, profecta. *l.* 3. *l. ult. C. de Collat.* licet olim adventitia quoque fuerit conferenda. *l.* 1. §. 7. *h.*

2. Eſt autem huic collationi locus in ſucceſſione tam maternâ, quam paternâ. *l.* 17. *C. de Collat.* tam in concurſu nepotum cum patruis, avunculis, amitis, & materteris, quam cum ſoli ſuccedunt. *l.* 17. *l.* 19. *C. eod. Nov.* 18. *c.* 6.

3. Confertur dos non modò tradita, ſed & promiſſa, quatenus heredes actione ex ſtipulatu pro parte liberandi ſunt. *l.* 1. §. 1. 8. *h. l.* 2. *C. de Collat.*

4. Si dos ſub conditione promiſſa ſit, præſtanda cautio de dote conferendâ. *l.* 1. §. 7. *h.*

5. Sed & dos, conſtante matrimonio, penes maritum exiſtens, conferenda eſt. *l.* 5. *C. h.* Scilicet quatenus uxor, ſive filia nupta, eo minus accipit ex ſucceſſione paterna ſive materna, ſive dos ei imputatur in portionem ſuam, non autem ut dotis petitio ei perſeverante matrimonio competat contra maritum. *l.* 20. *Fam. erc.* vel id, quod ex dote recuperari poteſt. *l.* 1. §. 6. *l.* 2. *h. t.* Adeoque mulier, quæ dotem a parentibus accepit, liberari poteſt conferendo inanes actiones, ſi ob inopiam mariti dotem re-

recuperare non poteſt. vid. *Auth. Quod locum. C. h. t.*

6. Niſi mulier majorennis admiſerit culpam in dote, à marito, ad inopiam vergente, repetendâ: tum enim tenetur ad integram dotem conferendam. Scilicet ſi ſit ſui juris, nam ſi mulier majorennis ſit in patris poteſtate, & patrem non ceſſaverit admonere, ut ageret & dotem repeteret ob mariti inopiam, & tamen pater non repetierit, non tenetur conferre niſi quod recepit. *Nov.* 97. *c. ult. Aûth. Quod locum. C. h.*

7. Ceſſat dotis collatio (1. Si mulier, dote contenta, ab hereditate abſtineat. *l. ult. h.* Niſi dos ſit inofficioſa, id eſt, niſi tollat aut minuat legitimam reliquorum aliorum liberorum. (2. Si dotem integram ex bonis mariti conſequi nequeat, forte ob inopiam mariti, & beneficium competentiæ ei legibus conceſſum. *l.* 1. §. 6. *h. d. Nov.* 97. *c.* 6. (3. Si parens collationem prohibuerit. *Auth. Ex teſtamento. C. h.* His tribus caſibus addendus eſt caſus quartus, quod ceſſet collatio dotis, quatenus ex dote ſit detractio impenſarum neceſſariarum a marito factarum. *l.* 1. §. 5. *h. t.*

TIT. VIII.

De Conjungendis cum emancipato liberis ejus.

1. Filius emancipatus, cujus liberi, in locum ejus, per quaſi agnationem, ſuccedentes, avo ſui & proximi heredes fiunt, §. 2. *I. de Her. qualit. & diff.*, Jure Civili à ſucceſſione excluditur; ſed, Jure Prætorio, unà cum nepo-

potibus, per bonorum poſſeſſionem, ad ſucceſſionem admittitur, ita ut pars dimidia filio emancipato, altera nepotibus defuncti, ſeu liberis filii emancipati cedat *l.* 1. *pr.* & §. 12. *D. h.* quibus tamen bona, collationi obnoxia, conferre tenetur, & quidem illis ſolis, non fratribus ſuis. *d. l.* 1. §. 14.

2. Quanquam per *Nov.* 118. *c.* 1. hujus Edicti uſus abrogatus, & filius emancipatus nepotibus præferendus videri poſſit, ſic ut fratribus conferat, non nepotibus.

TIT. IX.

De Ventre in poſſeſſionem mittendo, & Curatore ejus.

1. Quanquam, poſtumo præterito, teſtamentum ſubſiſtat, donec per agnationem ejus rumpatur; *l.* 3. *de Inj. rupt.*

2. Mittitur tamen *venter*, id eſt, mulier prægnans, ſive fœtus, qui in ventre eſt, vice contra tabulas bonorum poſſeſſionis, in poſſeſſionem bonorum mariti defuncti, modò poſtumus non ſit exheredatus. *l.* 1. *pr.* §. 2. 3. 11. *D. h.*

3. Si mulier, vel uxor defuncti, vel prægnans eſſe negetur, non, niſi causâ cognitâ, miſſio decerni poteſt. *l.* 1. §. 14. *l.* 7. §. 1. *h. l.* 10. *tit. ſeq.*

4. Effectus hujus miſſionis eſt detentio & cuſtodia rerum hereditariarum, donec partus naſcatur, vel abortus fiat, quodque interim Ventri, & bonis Curator detur, ei de alimentis proſpecturus. *l.* 1. §. 17. & *ſeqq. h.*

5. Si mulier ſciens, ſe non eſſe prægnantem,

 per

per calumniam miſſa ſit, ſumptus repetuntur. *l.* 1. §. 2. *l.* 3. *h.*

6. Quod ſi poſtumus non ſuus, aut proximus, ſed extraneus ſit, non decernitur poſſesſio, ſed cauſa differtur in tempus pubertatis. *l.* 7. §. 1. *h.*

TIT. X.

De Carboniano Edicto. Cod. 6. 17.

1. Ex Carboniano Edicto decretalis bonorum poſſeſſio conceditur liberis impuberibus, quibus de ſtatu, an liberi ſint, & de hereditate paternâ quæſtio movetur. *l.* 3. §. 3. §. 13. *l. pen. h.*

2. Cujus effectus eſt, ut, dilatâ in tempus pubertatis controverſiâ ſtatus, interim perſonam heredis, & alimenta ex hereditate, conſequantur. *l.* 5. §. 2. 3. *l. pen. h.*

3. Atque hoc ita, ſi impuberis nomine præſtetur cautio. *l.* 1. *C. h.* Sin minus, ſimul in poſſeſſionem admittitur adverſarius. *l.* 1. §. 1. *h.*

4. Cui ſatisdanti & ipſa adminiſtratio committitur; ſi non ſatisdet, Curator datur. *l.* 5. §. 2. *h.* Sic tamen, ut impuberi nihilominus alimenta ſint præſtanda. *l.* 5. §. 3. *l.* 6. §. 5. *l.* 4. *h.*

5. Petitur autem ex Carboniano Edicto posſeſſio, tum contra, tum ſecundum tabulas, tum ab inteſtato. *l.* 3. §. 2. *l.* 6. §. 2. *h.*

6. Ceſſat dilatio controverſiæ in tempus pubertatis, ſi id non ſit è re pupilli. *l.* 3. §. 5. *h.*

7. Sed & dilatio & poſſeſſio denegatur, ſi matri impuberis moveatur controverſia ſubjecti partus. *l.* 1. §. *ult. l.* 3. §. 2. *h. t.* nihil moventibus in contrarium *l.* 1. *C. h.* & *l.* 8. *D. de Ventr.*

Ventr. in poſſ. mitt. Quæ tamen controverſia filio impuberi non nocet. *d. l.* 1. *C.* ut nec ſententia, pro matre lata, ei prodeſt. *l.* 3. §. 6. *h.*

TIT. XI.

De Bonorum poſſeſſionibus ſecundum Tabulas.

Cod. 6. 11.

1. Bonorum poſſeſſio, ſecundum tabulas, datur omnibus heredibus teſtamento ſcriptis, quibus aliqua ſubtilitas Juris Civilis obſtat, quo minus ex eo adire poſſint hereditatem. *l.* 12. *l.* 17. *de Inj. rupt. l.* 11. §. 2. *h. t.* §. 6. *I. Quib. mod. teſt. infirm.*

2. Modò teſtamenti tabulæ ſeptem teſtium ſignis int ſignatæ, *dd. ll.* & liberi bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere nequeant. *l.* 2. *h.*

3. Datur & inſtitutis teſtamento nuncupativo. *l.* 8. *in f. h. l. ult. C. eod.*

4. Datur autem bonorum poſſeſſio ex tabulis noviſſimis, & mortis tempore exſtantibus. *l.* 11. §. 2. *l.* 1. §. 1. *& ſeqq. h.* Si binæ tabulæ, ſimul ſignatæ, exſtent, & diverſi in iis heredes ſcripti ſint, omnes ad poſſeſſionem admittuntur. *l.* 1. §. 6. *h.*

5. Affinis huic poſſeſſioni eſt poſſeſſio ex *l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll.*

TIT. XII.

Si quis à Parente manumiſſus ſit.

1. Patri, in teſtamento filii, ſponte & gratis, contractâ fiduciâ, emancipati, præterito,

to, datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, ad portionem legitimam, ſi heres honeſiæ exiſtimationis; ad totam hereditatem, ſi turpis heres ſit inſtitutus. *l.* 1. *l.* 3. *b.*

2. Ceſſat hæc bonorum poſſeſſio. (1. Si pater non gratis, ſed acceptâ, ante vel poſt emancipationem, pecuniâ emancipaverit. *l.* 1. §. 3. *b.* (2. Si pater filium, inclementius habitum, emancipare coactus ſit. *l. ult. b.* (3. Si filius militiæ nomen dederit. *d. l.* 1. §. 4. (4. Si filius vivus in parentem tantum contulerit, quantum ſufficit, ne judicium ejus reſcinderetur. *d. l.* 1. §. 3.

3. Cum hac bonorum poſſeſſione concurrit querela inofficioſi teſtamenti. *l.* 1. §. *ult. b. l.* 15. *D. de Inoff. teſt.* vide *l.* 91. *de A. J.*

TIT. XIII.

De Bonorum poſſeſſione ex teſtamento Militis.

1. Secundum teſtamenta militum, remigum, aliorumque, qui, in hoſtico inventi, pro militibus hac in parte habentur, & ibidem moriuntur, datur à Prætore bonorum poſſeſſio, licet juris Civilis & Prætorii ſolennitatibus deſtituantur. *l. un. b.*

2. Poſſeſſioni autem contra tabulas, & querelæ inofficioſi teſtamenti, obnoxia non ſunt. *l.* 27. §. 2. *D. l.* 9. *C. de Inoff. teſt.*

3. Quod Jure Novo non eſt ſublatum per *Nov.* 115. *c.* 3.

TIT.

TIT. XIV.

De Jure Patronatus.
Cod. 6. 4. 13.

1. **J**us Patronatus eſt, *quod patronus ex manumiſſione conſequitur in perſonam & bona liberti.*

2. Hinc libertum ingratum in ſervitutem revocare, vel mitius coërcere poteſt. *l.* 1. *l.* 5. *l.* 7. §. 1. *b. l.* 3. *C. de Bon. libert. l.* 30. *Qui & à quib. manum. l.* 70. *de V. S. Sueton. in Claud. c.* 25. eique ſuccedit. *tit. Inſt. de Succeſſ. Libert. l.* 9. §. 2. *de Reb. dub.*

3. Unde petere poteſt bonorum poſſeſſionem contra teſtamentum liberti. *l.* 21. *pr.* & §. 1. *b. Ulp. fragm. tit. ult.* §. 1. & 3. *l. ult. C. de Bon. Libert.*

4. Libertus patrono honorem, reverentiam, alimenta debet. *l.* 4. *de In jus voc. l.* 5. §. 18. *de Liber. agn.* Item operas, de quibus *tit.* 1. *Lib. ſeq.*

5. Ex quibus apparet, quo ſenſu accipienda ſit *l.* 126. §. 1. *de R. J.*

6. Exſtinguitur jus Patronatus (1. Si patronus id remiſerit, ſalvâ tamen reverentiâ patronis debitâ. *l.* 3. *C. de Bon. Libert.* (2. Si patronus liberto inopi alimenta negaverit. *l.* 5. *in f. b.* (3. Si patronus à liberto illicitum jusjurandum exegerit, *ne uxorem ducat*, vel à libertâ, *ne nubat. l. ult. b. l.* 24. *de Bon. Lib.*

7. Ab hoc jure toto cœlo differt jus Patronatus Jure Canonico receptum, quod eſt jus eligendi ad munus paſtorum & ſacerdotum, cujus vide veſtigia in *Nov.* 123. *c.* 18. *Nov.* 57.

c. 2. *c. decernimus.* 16. *q.* 7. *c. illud* 8. *in f. X. de Jur. Patron.*

TIT. XV.

De Obſequiis, Parentibus & Patronis, Præſtandis. Cod. 6. 6.

1. Liberis & libertis ſanctam ſemper & honeſtam parentum & patronorum perſonam eſſe debere, ipſa naturalis ratio docet. *l.* 1. *l.* 9 *h.*

2. Hinc (1. Liberi aut liberti non poſſunt contra parentes & patronos inſtituere actionem, vel exceptionem famoſam. *l.* 2. *l.* 5. §. 1. *l.* 6. *l.* 7. *D. h. l.* 11. §. 1. *de Dol. mal. l.* 4. §. 16. *de Dol. mal. exc.*

3. (2. Non poſſunt Juſjurandum calumniæ ab iis exigere. *l.* 7. §. 3. *h. l.* 8. §. 5. *Qui ſat. cog. l.* 16. *D. de Jurejur.* Nec eſt contrarium in *l.* 34. §. 4. *D. eod.*

4. (3. Non poſſunt eos ſine venià in Jus vocare. *l.* 4 *D. l.* 2. *C. de In jus voc.*

5. (4. Nec aliter eos convenire, quam quatenus facere poſſunt, relicto illis unde vitam tolerare poſſunt, ne egeant. *l.* 7. §. 1. *h. l.* 16. *de Re jud.*

6. (5. Tenentur eos alere, ſi ſe ipſi exhibere nequeant. v. *Tit. de Agnoſc. & alend. liber.* quæque ſunt id genus alia ad hoc argumentum pertinentia, paſſim in Jure noſtro obvia.

DIGESTORUM

LIBER XXXVIII.

TIT. I.

De Operis Libertorum.

Cod. 6. 3.

1. Operæ libertorum ſunt, *diurnum officium. l. 1. h.*

2. Suntque vel officiales, vel artificiales, ſive fabriles.

3. Officiales, *quæ in officio potius, quam in labore conſiſtunt, veluti in comitando, ſalutando, aſſurgendo, negotiis patroni curandis.*

4. Artificiales, *quæ in artificio conſiſtunt, ut fabriles, pictoriæ, piſtoriæ, aliæque, quæ labore aut pecuniæ præſtatione, non honoris exhibitione continentur. l. 6. l. 9. §. 1. h.*

5. Fabriles, ſive artificiales, non debentur, niſi promiſſæ; adeo ut abſque promiſſione ſolutæ, ut indebitæ condici poſſint. *l. 26. §. 12. de Cond. ind.*

6. Officiales debentur, etiamſi non ſint promiſſæ, adeoque præſtitæ condici nequeunt. *d. l. 26. §. 12.*

7. Officiales, cum ſoli patrono debeantur, non tranſeunt ad heredes extraneos. *l. 6. l. 9. l. 29. h.* Artificiales promiſſæ tranſeunt. *d. l. 6. l. ult. h.* &, jubente patrono, etiam extraneo cuilibet præſtandæ ſunt. *d. l. 9.* cum officiales alii quam patrono deberi nequeant. *d. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. eod.*

8. H.

8. Illud præterea hic ſingulare eſt, quod Jurejurando liberti, promittentis, ſe patrono operas, donum, munus præſtiturum, contrahatur verborum obligatio. *Caj. Inſt. lib.* 3. *tit.* 2. §. 4. v. *l.* 7. §. 3. *l.* 37. *h.* v. *infra Tit. de Verb. Oblig.*

TIT. II.

De Bonis Libertorum.

Cod. 6. 4.

1. Succeſſio patronorum in bona liberti alia erat Jure veteri ex XII. Tabulis, alia ex Lege Papia & Edictis Prætorum. *Ulp. fragm tit. ult.* § 1. & 3. *t. Inſt. de Succeſſ. libert.* Alia Jure novo Juſtinianeo, quo ſucceſſio fit ex præſcripto §. *ult. I. eod.* adhibitâ differentiâ inter libertum centenario majorem & minorem. v. *d.* §.

2. Ceſſat autem hoc ſuccedendi Jus, ſi patronus majorennis libertum capitis accuſaverit. *l.* 14. *h.*

3. Sed & libertus, qui liberam teſtamenti factionem a Principe impetravit, patronum teſtamento impune præterire poteſt. *l.* 3. §. 1. 2. *h.* quod videtur abrogatum per *l.* 35. *pr. C. de Inoff. teſt.*

TIT. III.

De Libertis Univerſitatum.

1. Uti privatis, ita Univerſitatibus quoque datur bonorum poſſeſſio, contra tabulas libertorum. *l. un. h.* arg. *l.* 16. *de V. S.*

TIT.

TIT. IV.

De Adſignandis libertis.

1. Adſignare libertum eſt Jus patronatus, ad plures pertinens, uni proprie ac peculiariter tribuere, vel teſtificari, cujus ex liberis libertum eſſe voluerit teſtator. *l.* 1. & *paſſim. h. t. l.* 107. *de V. S.*

2. Facultas adſignandi libertum competit teſtatori, liberos in poteſtate habenti. §. 2. *I. l.* 4. §. 3. *l.* 9. *D. h. t.*

TIT. V.

Si quid in fraudem Patroni factum ſit. Cod. 6. 5.

1. Si quid libertus in fraudem legitimæ, patronis debitæ, alienaverit, revocatur alienatio actione Faviana, ſi libertus teſtatus, vel Calviſiana, ſi inteſtatus deceſſerit. *l.* 3. §. 2. 3. *h. l.* 2. *C. eod.*

2. Utraque eſt perſonalis. *l.* 1. §. 26. *h.* competens patrono, contra eos, in quos libertus ſua bona dolo malo, in fraudem patroni, alienavit: ſine dolo enim facta alienatio, licet in damnum patroni, non revocatur. *l.* 9. *l.* 1. *h.* niſi alienatio facta ſit per ultimam voluntatem, ſiye mortis cauſa. *l.* 1. §. 1. *h.*

3. Alienare, ut alibi, ita hic quoque eſt dominium transferre. *l.* 1. *C. de Fund. dot.* Quare libertus, qui conditione adquirendi non utitur, alienaſſe non videtur. *l.* 1. §. 6. *h. l.* 6. *D. Quæ in fraud. cred.*

4. Ef-

4. Effectus utriusque actionis eſt, quod alienationem, non quidem totam, ſed in partem, patrono debitam, reſcindat; niſi res alienatæ dividi nequeant. *l.* 1. §. 11. & 21. *h.*

TIT. VI.

Si tabulæ teſtamenti nullæ exſtabunt, Unde liberi. Cod. 6. 14.

1. Si, cum teſtamenti tabulis, bonorum poſſeſſio ex teſtamento deficiat, locus eſt bonorum poſſeſſioni ab inteſtato, certo ordine deferri ſolitæ. *l.* 1. *pr.* & §. *ſeqq. h.*

2. Eſtque Quadruplex. 1. Unde liberi. 2. Unde legitimi. 3. Unde cognati. 4. Unde vir & uxor.

3. Nam quatuor aliæ, Unde decem perſonæ, Tanquam ex familia, Unde patroni; Unde cognati extranei manumiſſoris, §. 1. 2. 3. & *ſeq. I. de Bon. Poſſ.* jam mediæ Juriſprudentiæ tempore ab uſu receſſerant. *dd.* §§.

4. Datur autem poſſeſſio, *Unde Liberi*, olim quidem emancipatis, §. 9. *I. de Succeſſ. ab int.* §. 2. *I. de Bon. Poſſ.* poſtea ex æquitate, etiam ſuis, ſive naturalibus, ſive adoptivis. *l.* 1. §. 6. *h. t.*

TIT. VII.

Unde Legitimi. Cod. 6. 15.

1. Secunda bonorum poſſeſſionis ab inteſtato ſpecies, *Unde Legitimi*, competit omnibus, quibus Lex, vel Senatus, non vero Prætor, ab inteſtato defert hereditatem. *l.* 2. §. *ult. l.* 3. *h.*

2. Ut

2. Ut fratribus ceteriſque agnatis, ſecundum prærogativam gradus, tempore petitæ bonorum poſſeſſionis ſpectandam. *l.* 1. *l.* 2. §. *ult. h.*

TIT. VIII.

Unde Cognati. Cod. 6. 15.

1. Hæc tertia bonorum poſſeſſio ab inteſtato datur cognatis per fœminas junctis, item agnatis, qui jus agnationis per emancipationem vel arrogationem amiſerunt. *l.* 1. *& ſeqq. h.* §. 1. 2. 3. *de Succeſſ. cogn.*

TIT. IX.

De Succeſſorio Edicto. Cod. 6. 16.

1. Cum olim, ſi proximus gradus bonorum poſſeſſionem intra præſcripta tempora petere nollet, vel non poſſet, hereditas caduca facta Fiſco cederet, Prætori æquius melius viſum eſt, ordinum & graduum ſucceſſionem admittere; ſic ut, proximioribus non petentibus, remotiori; nemine autem legitimorum petente, cognatis locus ſit. *l.* 1. *pr.* §. 1. *& ſeqq. D. l.* 1. *C. h.* §. 7. *I. de Legit. Agn. ſucceſſ.*

TIT. X.

De Gradibus & Adfinibus & nominibus eorum.

1. Utilitas hujus materiæ commendatur à Paulo JC. in *l.* 10. *h. t.*

2. Gradus eſt, *certa cognatorum diſtantia, unde,*

de, quæ perſona ſit alteri ſtipiti proximior, conſtat. l. 10. §. 10. *b.* quanquam aliquando accipiatur pro lineâ, ut in §. 2. *I. de Nupt. & l. ult. D. de R. N.*

3. Nonnunquam accipitur & pro certo perſonarum ordine. v. *l.* 5. *Und. Cogn. l.* 1. §. 1. *Si tab. teſt. null. l.* 3. §. 2. *de Lib. & Poſt. l.* 20. §. *ult. de Cond. Inſt.* v. *ſupra Tit. de Vulg. & Pup.*

4. Atque hæc quidem perſonarum per gradus diſtinctio frequentior eſt in ſucceſſionibus. *dd. ll.* In nuptiis quanquam ſæpius auctores noſtri naturaliter perſonas, à quarum nuptiis ſit abſtinendum, conſiderare ſoleant, quam gradus computare, non tamen omnem prorſus graduum mentionem & uſum reſpuunt. *l.* 17. §. 2. *de R. N.* §. 3. *Inſt. de Nupt.*

5. Linea eſt, *collectio perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, continens gradus, & diſtinguens cognationes.*

6. Eſt vel ſuperior, ſeu Adſcendentium, qui nos genuerunt; vel inferior, ſeu Deſcendentium, qui à nobis ſunt progeniti; vel Collateralis, ſive Transverſa, aut Obliqua, id eſt, eorum, qui neque nos genuerunt, neque ſunt à nobis progeniti, ſed eandem nobiſcum ſtirpis communionem habent.

7. Ipſa autem cognatio eſt, *vinculum Juris, ſeu neceſſitudo inter eos, qui de communi ſtipite propinquo manant.*

8. Eſt vel naturalis, vel civilis, vel mixta. Naturalis, *quæ eſt inter eos, qui ex illegitimo coitu ſunt procreati, & ſervos*; Civilis, *Quæ fit per adoptionem*, Mixta, *Quæ intercedit inter eos, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt. l.* 4. §. 2. *b.*

9. Adfinitas eſt, *conjunctio inter conjugem & al-*

alterius conjugis cognatos. l. 4. §. 3. h.

10. Quanquam autem nulli ſint adfinitatis proprii gradus, *d. l. 4. §. 5.* ſunt tamen quaſi gradus. *l. 10. pr. h.*

11. Computationem graduum quod attinet, in lineâ rectâ certa eſt Civilis & Canonici Juris regula, *tot ſunt gradus, quot perſonæ, demptâ ſtipite*; adeo ut generata perſona, ſive ordinem Adſcendentium, ſive Deſcendentium reſpicias, ſemper faciat gradum.

12. In linea Collaterali, Jure Civili, ſimiliter, *quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, demptâ perſonâ, de cujus cognatione quæritur.*

13. Jure Canonico diſtinguitur inter lineam collateralem æqualem & inæqualem. In lineâ æquali, *quoto gradu uterque diſtat à communi ſtipite, eodem gradu diſtant à ſe invicem*: adeo ut ex duobus gradibus Juris Civilis fiat unus Jure Canonico. In lineâ inæquali, *quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe. c. ult. X. de Conſanguin. & Affin. c. Ad ſedem Apoſtolicam. 2. c. Parentelæ. 4. Cauſ. 35. Q. 5.*

14. JCti noſtri, aliique auctores cognationum vocabulis ſæpe per catachreſin utuntur. Sic liberorum appellatione non modo filii, ſed & nepotes & pronepotes, ceterique deſcendentes continentur. *l. 220. de V. S. Flor. lib. 3. c. 8. ubi Freinsh. §. ult. I. Qui teſt. tut.*

15. Sed & *parentum* appellatio poſterioribus temporibus tam latè patuit, ut pro quibuscunque ſanguine vel affinitate junctis, & cognatis, imò, hoc amplius, pro amicis, qui cum dignitate in comitatu Principis erant, fuerit uſurpata. *Jul. Capitol. in Anton. Philoſ. c. 5. ubi Caſaub. & ad Trebell. Pollion. 30. Tyrann. c. 12.*

16. Quo ſenſu haud dubie accipiendæ *l.* 1. *C. Ne liceat potent. l.* 11. *C. de Accuſat. l.* 2. *C. ad Leg. Corn. de Falſ. l.* 4. *C. de Locat. conduct. l.* 4. *C. de Contr. Stipul.*

17. Sed & fratres conſanguinei dicuntur pro germanis. *Claudian. de Conſul. Olyb. & Probi v.* 272. junct. *v.* 282. Fratres pro filiis fratrum. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 38. Ut & pro conſobrinis, ſive patruelibus. *Suet. in Caeſ. c.* 29. junct *Cicer.* 4. *ad Familiar. Ep.* 4. *Ovid.* 4. *Epiſt. Heroid. in princ.* Ut & fratres pro fratre & ſorore: *Tac.* 14. *Ann. c.* 4. *l.* 35. *de Pact. l.* 38. *Fam. erc. l.* 93. §. 3. *de Leg.* 3. Filius pro nepote, vel pronepote. *l.* 2. §. 2. *de Orig. jur.* ubi v. *Rupert.*

TIT. XI.

Unde Vir & Uxor. Cod. 6. 18.

1. Quarta bonorum poſſeſſionis ab inteſtato ſpecies eſt, *Unde Vir & Uxor*, quæ, deficientibus teſtamenti tabulis, agnatisque & cognatis, defertur Conjugi, ante Collegia, & Fiſcum, in bona defuncti conjugis; modò juſtum fuerit matrimonium, & morte, non divortio ſolutum. *l. un. D. & C. h.* v. infra *Tit.* 17. *Theſ.* 33.

TIT. XII.

De Veteranorum & Militum ſucceſſione.

1. Ex teſtamento, quod miles, ex delicto militari capitis damnatus, de bonis caſtrenſibus fecit (vide *l.* 11. *pr. de Teſtam. milit. l.* 22. §. *pen.*

§. *pen. de Leg.* 3. *l.* 32. §. 8. *de Donat. int. Vir. & Ux.*) datur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas. *l.* 1. *h. t.*

2. Inteſtato autem decedenti heredes legitimi in bona caſtrenſia ad quintum gradum ſuccedunt; poſt quintum gradum Fiſco locus eſt. *l.* 2. *h.*

3. Bona non caſtrenſia, excluſis cognatis, Fiſco cedunt. *l.* 1. *l.* 2. *h.*

4. Si miles, non condemnatus, inteſtatus decedat, Legio præfertur Fiſco. *l.* 6. §. 7. *in f. de Injuſto rupto teſtam. l.* 2. *C. de Hered. Decur.*

TIT. XIII.

Quibus non competit bonorum poſſeſſio.

1. Qui ſe per delictum hereditate indignos reddiderunt, (de quibus in *Tit.* 9. *lib.* 34.) iis, ut hereditas à Jure Civili, ita & bonorum poſſeſſio negatur ex Edicto Prætoris. *l. un. h.* arg. *l.* 12. §. 1. *de Bonor. Poſſeſſ.*

TIT. XIV.

Ut ex Legibus Senatusve Conſultis bonorum poſſeſſio detur.

1. Extraordinaria, ſeu ſubſidiaria, bonorum poſſeſſio eſt, quam Prætor pollicetur iis, quibus ut detur, novâ Lege, SCto, vel Conſtitutionibus cautum eſt. *l. un. pr. &* §. 1. *h.* §. 3. *I. de Bon. Poſſ.* Exempla v. in *Tit.* 12. *hujus lib.* §. 1. & 2. *I. de Succ. libert.*

TIT. XV.

Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſervetur.

1. Ordo petendæ bonorum poſſeſſionis eſt, ut primus locus ſit bonorum poſſeſſionibus ex teſtamento, interque eas poſſeſſioni contra, deinde ſecundum tabulas.

2. Poſt has locus eſt poſſeſſionibus ab inteſtato, (1. Unde liberi. (2. Unde legitimi. (3. Unde cognati. (4. Unde vir & uxor. *l. 1. & ſeq. h.*

TIT. XVI.

De Suis & Legitimis heredibus.
Cod. 6. 55, 56, 58.

1. Sui heredes qui ſint, vide ſupra *lib.* 28. *tit.* 2.

2. Legitimi ſunt, *quibus lege defertur hereditas.*

3. Aliter autem Veteri, aliter Novo, aliter Civili, aliter Prætorio Jure delatam fuiſſe hereditatem, tum ex Inſtitutionibus notum eſt, tum dictum ſupra, tum in ſequenti titulo explicabitur.

4. Species *legis* 2. §. *ult. h.* ex veteri & obſoleto Jure cretionis explicanda eſt. v. *Wiſſemb. ad h. t. th.* 27. Cetera, ad hunc titulum pertinentia, vel obſoleta, vel facilia, vel aliunde nota ſunt.

TIT.

TIT. XVII.

Ad SCtum Tertullianum & Orphitianum.

Cod. 6. 56, 57.

1. SCto Tertulliano, temporibus D. Hadriani, vel potius Divi Pii, (qui eandem appellationem jure adoptionis conſecutus eſt, vide *l. 37. D. de Judic. l. 5. §. 1. ad L. Jul. de Vi public.*) lato, cautum eſt, ut mater ingenua, jus trium liberorum habens, libertina autem quatuor, in beſſem ſuccedat filiis, ſalvo agnatis triente; ſin liberis careat, ipſa in trientem, agnati in beſſem admittantur.

2. Atque hoc ita, ſi liberi defuncti non reliquerint liberos, patres, aut fratres germanos vel conſanguineos: tum enim mater excludebatur.

3. Secus ſi ſororem reliquerit; nam tum mater cum ſorore vocabatur.

4. Tandem Juſtinianus matrem cum ſororibus uterinis, & cum conſanguineis admiſit ad hereditatem in capita dividendam. *pr. §. 2. 3. I. h.*

5. Jure XII. Tabb. per remotiores agnatos penitus excludebatur; conſtitutione Claudii omnibus præferebatur collateralibus, donec Tertullus Coſ. Jus vetus dictum in modum emendavit.

6. SCtum Orfitianum latum eſt ſub Imperio M. Antonini Philoſophi & Commodi, Vettio, ſeu, Velio Rufo, & Corn. Scipione Orfito Coſſ. A. 930. v. *l. pen. D. h.*

7. Cavet autem, ut liberi, tam vulgò, quam juſtis nuptiis quæſiti, ad matrum inteſtatarum ſucceſſionem admittantur. *t. t. D. & C. h. t.*

8. Tantum de ſucceſſionibus Jure veteri, quæ

cum, maximam partem, vel contrario uſu, vel Juſtiniani Conſtitutionibus ſint oblitteratæ, ſatius eſt, noviſſimam ſuccedendi rationem, à Juſtiniano in *Nov.* 118. inductam, paucis exponere.

Ratio ſuccedendi ab inteſtato ex Jure Noviſſimo Nov. 118.

9. Ordines ab inteſtato ſuccedentium in hac Novella tres ſunt, Deſcendentium, Adſcendentium, & Collateralium.

10. Primò ad hereditatem parentum, inteſtatò mortuorum, admittuntur liberi, (ratio eſt in voto & præſumptâ voluntate parentum, ac neceſſitate alendi. *l.* 7. *§. ult. de Bon. Damn. l.* 7. *§. ult. Si tab. teſt. null. l.* 11. *de Lib. & Poſt. l.* 15. *de Inoff. teſt. l.* 50. *in fin. de Bon. lib.*) cujuſcunque gradus, omni differentiâ & prærogativâ ſexus, ſuorum & emancipatorum, ex maſculis & ex fæminis deſcendentium, ſublatâ; id eſt, ex filiis & filiabus, hæc enim verba pertinent ad nepotes, qui avo ſuccedunt, quia nec in filiis, nec in filiabus differentia ſexus attenditur, ſed nec ulla eſt præferentia primogenituræ præ cæteris, vid. tamen *l.* 77. *§.* 21. *de Legat.* 2. in ſucceſſionibus Feudorum & Regnorum nulla eſt differentia inter liberos, ante vel poſt Feudum natos, ſed indiſtinctè primogeniti præferuntur. *l.* 5. *de Senat. l.* 30. *de Dignit. Hotom. Quæſt. Illuſtr. cap.* 1.

11. Si omnes ſint primi gradus, in capita; ſin ulterioris, in ſtirpes ſuccedunt, jure repræſentationis; quod in Deſcendentibus in infinitum locum habet, ſive cum illis, qui ſunt gradu pro-

proximiores, concurrant, ſive ſoli ſuccedant avo, proavo &c. *Nov.* 118. *c.* 1.

12. Eſt autem jus repræſentationis, *jus*, *quo liberi, ſuccedentes in locum & perſonam parentis defuncti, tantum capiunt ex hereditate avi; &c. quantum pater, ſi ſupervixiſſet, habiturus fuiſſet.* §. 6. & *ult. I. de Succeſſ. ab inteſt. l.* 2. *C. de Suis & legit. lib.* adeoque *repræſentare* hic notat locum alterius obtinere, & tantundem valere; ſic culpa lata dicitur *repræſentare* dolum, *l.* 1. § 2. *Si is qui teſt. lib.* alio ſenſu hoc verbum accipitur in §. 14. *Inſt. de Legat.* ubi vid. *Vinn.*

13. Novellam Juſtiniani ad ſolos liberos ex juſto matrimonio quæſitos pertinere, certum eſt; ita tamen, ut pari jure gaudeant liberi legitimati. Scilicet reſpectu ſucceſſionis paternæ, patri enim non ſuccedunt, niſi deficientibus liberis ex uxore legitima, in duas uncias cum matre concubina in capita dividendas, matri autem & adſcendentibus maternis ſuccedunt una cum liberis legitimis. *l.* 2. *l.* 8. *Und. cogn.* non tamen ſine diſtinctione inter legitimatos per ſubſequens matrimonium, per reſcriptum Principis, & per oblationem Curiæ. vide *Nov.* 74. *Nov.* 89. *c.* 4. & 9. §. 2. *I. de Her. quæ ab int.*

14. Quare per eos excluduntur naturales, ſpurii, (ita tamen, ut etiam ſuccedant matri. *l.* 2. *l.* 4. *l.* 8. *Und. cogn. l.* 29. §. 1. *de Inoff. teſt.* ſub diſtinctione tamen, quam vid. in §. *pen. Inſt.* & *l. ult C. ad SC. Orfit.*) ex inceſtu, alive damnato coitu nati. Idem juris eſt in natis ex adulterio, qui tamen modice ſunt alendi. vid. ſupr. *tit. de Agnoſc. lib. th.* 9.

15. De Adoptivis vide §. 2. *I. de Adopt.* §. 14. *I. de Her. ab int. l.* 5. *C. de Suis & leg.*

Her. l. pen. §. 1. in f. C. de Adopt.

16. Sequitur ſecundus ordo Adſcendentium, ſive parentum, qui ſi gradu proximi ſint, liberis defuncti non exſtantibus, ad legitimam ejus hereditatem admittuntur, & quidem ſoli, ſi defunctus non reliquerit fratres, aut ſorores, germanos, *Nov.* 118. *c.* 2. & in capita, ſi ſint ex eâdem lineâ. *d. c.* 2. *Auth. Defuncto. C. ad Sen. Tert.*

17. Sin ex diverſâ, paternâ ſcilicet & maternâ, ſuccedunt in lineas, ut paterni mediam, materni alteram mediam partem, ſeu ſemiſſem capiant, licet impares ſint numero. *d. c.* 2. ſine diſtinctione ex quâ lineâ bona acquiſita ſint. *d. cap.* 2.

18. Si defunctus parentes, & ſimul fratres ac ſorores germanos reliquerit, hi omnes cum parente proximo, id eſt, patre, vel, ex veriore ſententia, cum avo, aut ſi qui ſint remotiores, quos tempore mortis nemo antecedit (*v. l.* 92. *de V. S. l.* 1. §. 7. *Unde cogn. l.* 2. §. 2. *de Suis & leg. hered. l.* 34. *de Vulg. & pup. Subſtit. Virg.* 5. *Æneid.* 320. *& ibi Serv.*) in capita ſuccedunt, & plenam ſuæ portionis proprietatem, cum uſuſructu conjunctam, adquirunt. *d. c.* 2.

19. Sed & cum parentibus & fratribus germanis admittuntur, ſi qui ſint, fratrum germanorum demortuorum filii in ſtirpes, ſeu in partem, quam parens eorum ſuperſtes accepturus fuiſſet. *Nov.* 127. *c.* 1. *Auth. Ceſſante. C. de Leg. her.*

20. Quod ſi ſoli defunctorum fratrum liberi, omnibus fratribus & ſororibus deficientibus, cum Adſcendente concurrant, amittunt jus repræſentationis & ſucceſſionis, per Adſcendentes excluſi. *Nov.* 127. *cap.* 1. Non obſtat *Nov.*

118.

118. *cap.* 3. in verbis, *ſi autem*: nam illa hae in parte eſt abrogata per *d. Nov.* 127. *c.* 3. quæ eſt quinquennio poſterior. Diſſ. alii, ſed ſine lege aut ratione, vid. *Sand.* 4. *Deciſ.* 8. 5.

21. Jus enim repræſentationis, quod per thios ſuos adquirunt, cum illis amittunt.

22. Nec infrequens eſt in Jure noſtro, ut quis per alium conſequatur, quod ex ſuâ perſonâ non conſequeretur. *l.* 10. *Quem. ſerv. am. l.* 3. *Quæ res pign. l.* 1. §. 16. *de Conjungend. cum emanc. l.* 9. *de Adſign. lib. l.* 10. §. *ult. de Bon. poſſ. contr. tab. l.* 1. §. *ult. Unde liberi.*

23. Sed nec nepotes ex fratre, id eſt, liberi ex filio vel filia fratris nati, nec fratres conſanguinei cum patre, aut uterini cum matre admittuntur. *d.* §. 2. *Auth. Defuncto. C. ad SC. Tertyll.* Fratres conſanguinei enim excluduntur ab adſcendentibus, licet ex hujus perſona defunctus & ſuperſtes frater fuerint conjuncti, hinc pater excludit fratrem uterinum defuncti, etiam a bonis ejus maternis.

24. Atque haec omnia de parentibus legitimis capienda eſſe, facile intelligitur; nam de illegitimis tenenda regula: *ut liberi naturales, ſpurii, adulterini, inceſtuoſi, ſuccedunt, vel non ſuccedunt parentibus, ita & parentes illis*, v. *l.* 2. *D. Unde cogn.*

25. De Adoptivis ſic habendum; Quod extraneus adoptator non ſuccedat filio adoptivo, licet arrogator filiò puberi arrogato, poſt liberos ejus, & fratres ſuccedat. §. 2. *I. de Adq. per arrog. l.* 4. *C. de Bon. quæ lib. l. ult. C. Comm. de Succeſſ.* §. 3. *I. de Adopt.*

26. In tertio ſeu Collateralium ordine ratio ſucceſſionis exigitur ad hanc regulam: *Qui prior*

 eſt

eſt gradu, *potior eſt Jure. d. Nov.* 118. *c.* 3.

27. Quæ regula fallit (1. In fratribus germanis, qui, utpote duplici vinculo juncti, præferuntur uterinis, & conſanguineis, licet pari gradu defuncto junctis. *d. Nov. c.* 3. *Auth. Itaque. C. Comm. de Succeſſ.*

28. (2. In ſororum & fratrum germanorum mortuorum liberis; qui, repræſentando ſtirpem, fratres conſanguineos, uterinosque defuncti, ejusdemque *thios*, id eſt, ſuos patruos magnos, avunculos, amitas excludunt; ſi modò, hoc caſu, cum ſuis propriis thiis, id eſt, fratribus aut ſororibus germanis defuncti, concurrant. Nam alioquin thii defuncti, & liberi fratrum pariter ſuccedunt, quia in pari gradu ſunt. *d. Nov. c.* 2. Diff. aliil. v. *Sandii Deciſ. Friſ. Lib.* 4. *Tit.* 8. *Defin.* 6.

29. Si defunctus nec fratres germanos, nec fratrum germanorum liberos, ſed fratres conſanguineos & uterinos reliquerit, non paterna conſanguineis, materna uterinis cedunt, ſed ſimul ad hereditatem indiſtincte admittuntur. *d. Nov. c.* 3. 4. non obſtante *l. ult.* §. *ult. C. de Legit. Her.* Quæ per *Nov.* 118. *pr.* abrogata eſt.

30. Deficientibus omnibus fratribus, ſi ſoli ſint fratrum liberi, ſuccedunt in capita, non in ſtirpes. *d. Nov. c.* 3. *pr. l.* 2. §. 2. *de Suis & legit.* v. *Vinn. lib.* 2. *Select. quaeſt. c.* 30. *Brunkh. Cent.* 3. *Enant. aſſert.* 69.

31. Poſt fratres, eorumque liberos, inſuper habitâ duplicitate vinculi, & jure repræſentationis, ſola gradus prærogativa, ſecundum dictam regulam, attenditur. *d. c.* 3.

32. Succedunt autem hoc jure novo proximi, tam cognati, quam agnati in infinitum; neque

que enim hæc ſucceſſio ullis gradibus terminis eſt circumſcripta, ſed in infinitum extenditur. *d. c.* 3. *in f.* §. 3. *I. de Legit. agn. ſucc.* §. *ult. de Serv. cogn. l.* 2. §. 1. *de Suis & legit.* §. *ult. I. de Succeſſ. cognat.* ubi v. *Vinn.*

33. Deficientibus omnibus, ſanguinis vinculo junctis, admittuntur, ut veteri Prætorio, ita novo Juſtiniani Jure, Conjuges. *l. un. D. l.* 1. *C. Unde Vir & Ux.*

34. Quin. &, hoc amplius, exiſtentibus licet cognatis liberisve, conjux ſuperſtes cum liberis communibus, vel alterius matrimonii, ſi quatuor ſint, aut plures, ſuccedit in partem virilem, ſin tres ſint, vel pauciores, in quartam uſusfructus; deficientibus liberis, in quartam proprietatis, idque eo tantum caſu, quo conjux ſuperſtes inops eſt, mortuus vero locuples fuit. *Auth. Præterea. C. Unde Vir & Uxor. Nov.* 53. *c.* 6. §. 2.

35. Eſt verò hæc Conjugum ſucceſſio, diſſentientibus licet aliis, haud dubie reciproca, tam in gratiam viri, quam mulieris inducta. *d. Nov.* 53. *c.* 6. *in f. pr. &* §. 2. cui non eſt derogatum per *Nov.* 117. *c.* 5. Nam ibi agitur de caſu, quo maritus per nimiam ſævitiam in uxorem ſe hoc beneficio ſucceſſionis indignum reddidit, ut apparet ex *d. Nov. cap.* 5. *in fine* in verbis: *quæ tamen irrationabiliter excluſa eſt:* & in verbis: *virum enim in talibus caſibus:* Plura vid. ap. *Voet ad h. t. n.* 24.

36. Adfines, ſeu alterius conjugis cognati, nullo Jure ad ſucceſſionem conjugis defuncti admittuntur. *l.* 3. *l.* 7. *C. Comm. de Succeſſ.* Non obſtat *l.* 5. *C. eod.*

37. Deficiente conjuge, ſi defunctus liciti col-

collegii membrum fuit, ut Decurionum, Navicularìorum, Fabricenſium, Cohortàlium, id collegium ſuccedit, & præfertur Fiſco. *t. t. C. de Her. Decur. l. 6. §. 7. D. de Inj. rupt. teſt.*

38. Niſi quod, ſi quis forte defuncto ſit liberalitatis Imperialis ſocius, is, jure accreſcendi, etiam his collegiis præferatur. *l. un. C. Si liber. Imp. ſoc.* (X. 14.)

39. Tandem, his omnibus deficientibus, admittitur Fiſcus, & vacantem hereditatem occupat. *l. 1. pr. de Succeſſ. Ed. l. 1. l. 4. C. de Bon. vacant.* Scilicet Fiſcus Principis vel Reipublicæ, penes quam eſt ſumma & legibus ſoluta poteſtas, non autem Fiſcus civitatis, ſive urbis, in qua quis inteſtatus eſt mortuus, *l. 1. C. de Bon. vac. l. 2. Feud.* [illegible] *56. l. 15. l. 16. de V. S.* Fiſcus autem non [illegible] bona immobilia acquirit, quam quæ in ſuo territorio ſita ſunt, arg. *l. ult. de Juriſd. Voet. ad h. t. n. ult.*

40. Modo bona, hoc modo vacantia, Fiſco intra quadriennium nuncientur. *l. 1. §. 2. de Jur. fiſc. l. 10. pr. de Diverſ. temp. præſcr. l. 4. C. de Bon. vacant.* (X. 10.) quod quadriennium numerandum eſt ab eo tempore, quo conſtat, bona revera fuiſſe vacantia, id eſt, defunctum deceſſiſſe, qui ſenſus eſt *l. 10. §. 1. de Diverſ. temp. præſcr. & l. 1. §. 3. de Jur. Fiſc.* adeoque petitioni commiſſorum, quæ ad Fiſcum pertinent, non niſi quinquennio præſcribuntur. *l. 2. C. de Vectig.* reliquis autem juribus & actionibus Fiſcalibus non niſi 20. annorum ſpatio præſcribitur. *l. 13. de Div. temp. præſcr. l. 1. §. 3. de Jur. Fiſc.* & creditoribus, legatariis, fideicommiſſariis, ceteriſque oneribus hereditariis ſatisfiat. *l. 96. §. 1. l. 114. §. 2. de Leg. 1. l. 1. §. 1. l. 11.*

l. 11. *de Jur. Fiſci.* Ratio eſt in *d. l.* 11. *de Jur. Fiſc.* & *l.* 39 *de V. S.* ut & in *l.* 10. *de R. J.* junct. *l. un.* §. 4. *de Caduc. toll.* ita tamen, ut Fiſcus hoc caſu ſuccedens in bona vacantia, nec creditoribus, nec legatariis, aut fideicommiſſariis defuncti, ſi qui ſint, teneatur ultra vires patrimonii, quod defunctus inteſtatus reliquit, adeoque nec indiget beneficio inventarii, reſpectu creditorum, nec gaudet quarta legis Falcidiæ, reſpectu legatariorum aut fideicommiſſariorum, ſi forte legata aut fideicommiſſa codicillis ſunt relicta; quod ſi Fiſcus heres inſtitutus eſt, utrique juri locus eſt, quia Fiſcus non debet eſſe deterioris conditionis, quam quiſlibet privatus. *l.* 37. *de Jur. Fiſc.*

41. In bonis, ad naturalem, vel civilem mortem damnatorum, Fiſcus quoque olim omnibus *l.* 1. *D. de Bon. damn.*, Jure novo, poſt Adſcendentes & Deſcendentes in tertio gradu, ſolis collateralibus præfertur. *Nov.* 134. *c. ult.*

DIGESTORUM

LIBER XXXIX.

TIT. I.

De Operis Novi Nunciatione.

Cod. 8. 10. 11.

1. Novi operis nunciatio eſt, *legitima prohibitio, ei, qui contra priſtinam formam, novum opus parat, facta ab eo, cujus, ob jus aliquod in re, intereſt, id non fieri,*

fieri, eum in finem, ne in opere perficiendo vel demoliendo pergat, antequam de jure conſtiterit, aut eo nomine cautio præſtita fuerit. l. 1. & paſſim h. t.

2. Novum opus eſt, quod, contra priſtinam formam, ædificatur, exſtruitur, deſtruitur, mutatur. *l. 1. §. 1. 11. 12. l. 21. §. 3. h. t.*

3. Non autem opus antiquum, quod tantum fulcitur, aut reficitur. *d. l. 1. §. 13. l. 55. l. 61. de R. J.*

4. Sed & illud certi Juris eſt, cuivis in fundo proprio ædificare, quod lubet, licere, quatenus nihil in alienum immittitur. *l. 8. §. 5. Si ſerv. vind. l. 24. §. ult. l. 26. tit. ſeq.*

5. Contra formam autem ædificatur & tum, cum ſpatium, quo ædes vel ab ædibus vicinis, vel ab operibus publicis diſtare debent, in ædificando, vel reficiendo negligitur. *l. 1. §. 17. D. h. l. 1. l. 9. l. 11. l. 12. §. 4. C. de Ædif. priv. Tacit. 15. Annal. 43 Briſſon. Select. Antiquit. lib. 1. c. 1. & 2.*

6. Nunciatio novi operis fit vel auctoritate publicâ Prætoris *l. 16. h.* (Quæ ſi fiat nomine domini nunciantis, præſtandum ab eo jusjurandum calumniæ. *l. 5. §. 14. h.* ſin nomine procuratorio, cautio de rato. *l. 1. §. 3. d. l. 5. § 18.*) vel privatâ, Edicto tamen Prætoris conceſſâ. *l. 1. §. 2. h.*

7. Atque hæc fit vel lapilli jactu, ſeu manu; *l. 5. §. 10. h. l. 1. §. 6. l. 20. §. 1. Quod vi aut clam. l. 3. §. 1. Si ſerv. vind.* vel verbis, quæ eſt nunciatio proprie dicta. *dd. ll.*

8. Differentia inter Nunciationem per Prætorem, aut lapilli jactum, & nudis verbis factam, eſt, quod is, qui nudis verbis nunciat, ædifi-

can-

cantem pro poſſeſſore agnoſcat; qui auctoritate Prætoris aut lapilli jactu prohibet, poſſeſſionem retineat. *l.* 1. §. 6. *l.* 5. §. 10. *h.*

9. Novum opus nunciare poſſunt omnes, quorum, ratione dominii, ſervitutis, pignoris aut alterius juris, quod in fundo habent, intereſt. *l.* 1. §. 19. 20. *l.* 3. §. 3. *l.* 9. *h. l. un.* §. 3. 4. *de Remiſſ. l.* 1. *in f. Si ag. vect.*

10. Modo novum opus ſervituti directò noceat, *dd. ll. l.* 5. §. 9. *h. t.* Sin minus, vel vindicari ſervitus, vel nunciatio nomine procuratorio fieri poteſt. *l.* 1. §. *ult. l.* 14. *h. d. l. un.* §. 4. *de Remiſſ.*

11. Si pluribus dominis novo opere noceatur, ſingulorum nomine facienda nunciatio. *l.* 5. §. 6. *h.*

12. Novi operis, in locis publicis & divini juris, facti, nunciatio cuilibet ex populo competit. *l.* 1. §. 16. 17. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5. §. 9. *h.* Si pupillos, mulieres, ſervos, & ſimiles perſonas excipias. *l.* 5. *pr.* & §. 1. *h. l.* 6. *de Popul. act.*

13. Sed nec privati juris cauſâ nunciare poſſunt inquilini aut coloni. *l.* 3. §. 3. *h.* nec ſervi. *d. l.* 5. §. 1. nec pupilli. *d. l.* 5. *pr. l.* 7. §. 1. *h.*

14. Nunciatio fieri debet novum opus facienti, ut tamen, ſi plurium ſit res, in quâ novum opus ſit, uni dominorum nunciari, ſufficiat. *l.* 5. §. 5. *h.*

15. Socio, in re communi novum opus facienti, nunciatio à ſocio, non, niſi publicâ Prætoris auctoritate, fieri poteſt, ſed actioni communi dividundo locus eſt. *l.* 3. §. 1. *D. h. l.* 28. *Comm. divid. l.* 27. §. 1. *de Serv. P. U.*

16. Sive autem ipſi domino, ſive ſervo, ſive opifici fiat nunciatio, nihil intereſt, licet domi-

minus abſit, aut ignoret. *l.* 1. §. 5. *l.* 5. §. 1. 3. 4. *h. t.* aut furioſus vel infans ſit. *l.* 10. *l.* 11. *D. h. t.*

17. Nunciatio facienda initio, cum jam inſtar aliquod & facies futuri operis apparet. *l.* 1. §. 1. *l.* 21. §. 3. *h.* Nam, opere perfecto, locus tantum eſt Interdicto, quod vi aut clam. *d. l.* 1. §. 1. *l.* 5. §. 10. *h. t.*

18. Item in re præſenti, non alio in loco. *l.* 5. §. 2. 3. 4. 15. 16. *h.*

19 Effectus nunciationis, tempore, modoque, & loco legitimo, factæ, eſt, quod ſtatim opus inchoatum intermittendum; *l.* 5. §. 4. *l.* 8. §. 4. *h.* & , ſi quid poſt eam factum fuerit, deſtruendum ſit. *d. l.* 8. §. 1. 5. *h.* donec Prætor eâ de re cognoverit. *l.* 1. §. 9. vel cautio præſtita ſit. *l.* 1. §. 4. *l.* 21. §. 1. *h. t.*

20. Qui effectus etiam poſt mortem ejus, cui nunciatum eſt, extenditur in ejus ſucceſſores, tum univerſales, tum ſingulares. *l.* 8. §. *ult. l. pen. & ult. h.* Quatenus tenentur pati, ut novum opus tollatur ab eo, cui nocitum eſt. *d. l. pen. & ult* nam ex facto defuncti, vel deceſſoris, opus priſtinum ſuâ impensâ reſtituere non tenentur. *l.* 3. §. 2. 3. *de Alien. jud. mut.*

21. Evaneſcit effectus Nunciationis (1. Remiſſione nunciationis, ſive prohibitione, vel à Prætore, vel ab ipſo nunciante factâ. v. *l.* 1. §. 10. *l.* 5. §. 11. 12. 13. *l.* 16. *l.* 13. *princ. &* §. 9. *& ſeqq. D. h.*

22. (2. Per ſatisdationem de deſtruendo opere, ſi poſtea conſtiterit, non jure factum, oblatam & præſtitam ab eo, cui nunciatum eſt. *l.* 8. §. 2. *l.* 20. §. 1. 9. *& ſeq. l.* 21. §. 1. *l.* 5. §. 17. *ult. h. t.*

23. Quæ

23. Quæ olim, etiam initio oblata, præſtitaque, ædificanti licentiam præſtabat in opere cœpto pergendi. *d. l.* Maximè ſi eſſet periculum in mora. *l.* 5. §. 12. 13. *h.* Jure novo, non niſi judex litem intra tres menſes dirimere nequeat, idque in Provinciis; in Urbe obſervandum aliud breve tempus arbitrarium. *l. un. C. h.* Si publico nomine fiat nunciatio, ſufficit repromiſſio. *l.* 8. §. 3. *h. l.* 1. §. 6. *de Stipul. præt.*

24. (3. Morte nunciantis. *l.* 8. §. *pen. h.* Quanquam heres vel nunciationem repetere, vel Interdicto reſtitutorio experiri poſſit. *l.* 20. §. 6. *h.*

25. (4. Alienatione facta per nunciantem. *d. l.* 8. §. *pen. h.*

26. (5. Si nunciatio facta ſit in opere, cujus dilatio & mora Reipublicæ nocitura eſſet. *l.* 4. §. 11. 12. 13. *h. l.* 1. *D. de Cloacis.*

27. (6. Si nunciatio omninò ſit injuſta & ipſo jure nulla. *l.* 1. *pr. h. l. un.* §. 2. 4. *de Remiſſ.*

T I T. II.

De Damno infecto, & de Suggrundis, & Protectionibus.

1. Damnum infectum eſt, *quod non quidem factum eſt, ſed, quod ne fiat, ex juſtâ cauſâ metuitur. l.* 2. *l.* 3. *h.*

2. Idque tum in urbe, tum in agro, ſive ex ædibus, ſive ex earum parte, ut ſuggrundis, protectionibus, parietibus, aliiſve cauſis, *l.* 19. §. 1. *l.* 30. §. 2. *h.* ſive ex arborum vitio. *l.* 24. §. 9. *h.*

3. Hujus damni nomine præſtanda cautio de

damno infecto reparando, ſi forte datum ſit, ad quam competit imploratio officii judicis, vel actio ſubſidiaria ex Edicto Prætoris. *l.* 1. *l.* 4. *pr.* & §. 3. *l.* 7. *l.* 32. *h. t.*

4. A domino quidem & bonæ fidei poſſeſſore ſuo nomine præſtatur repromiſſio, ab aliis, alieno nomine caventibus, ſatisdatio. *l.* 7. *l.* 9. §. 4. 5. *l.* 13. *l.* 15. §. 2. *l.* 30. §. 1. *l.* 31. §. 1. *h. t. l.* 1. §. 7. *de Stip. præt.*

5. Hujus cautionis exactio competit omnibus, qui, præſtito jurejurando calumniæ, ſuâ intereſſe adſerunt. *l.* 13. §. 3. 13. *h.*

6. Non tamen illis, qui vel ejusdem rei nomine aliis cavere detrectarunt, vel damnum metuunt rei illicitè exſtructæ. *l.* 13. §. 7. 11. *h.* nec regulariter emtori ante traditionem. *l.* 38. *h.* nec ſocio contra ſocium, exceptis duobus caſibus. v. *l.* 32. *l.* 39. *l.* 30. §. 1. *h. t.* nec regulariter fructuario contra proprietarium, nec huic contra illum. v. *l.* 9. §. 5. *l.* 20. *h.*

7. Ad cautionem tenentur omnes, jus in re, unde damnum imminet, habentes. *l.* 13. *pr.* & §. 1. *l.* 9. §. 4. 5. *h.*

8. Qui ſi plures ſint, ſingulis, pro parte ſuâ, tenentur repromittere, etſi plures rei, cui damnum metuitur, domini in ſolidum de damno ſtipulari debeant. *l.* 27. *l.* 40. §. 2. 3. 4. *l.* 15. §. 18. *h. t.*

9. Exactæ & præſtitæ cautionis effectus eſt, quod is, qui cavit, actione ex ſtipulatu teneatur ad reparationem damni, intra diem, ſtipulationi adjectum aut adjici ſolitum, contingentis. vide *l.* 13. §. *ult. l.* 14. *l.* 15. *pr.* & §. 1. 2. *l.* 24. §. 1. *l.* 4. *h. t.*

10. Pœna non præſtitæ, ut oportet, cautio-

tionis, eſt, quod Prætor petitorem mittat in poſſeſſionem rei ruinoſæ. *l.* 7. *l.* 38. §. 1. *h.* & quidem ex primo decreto, quo detentionem rei ruinoſæ unâ cum domino conſequitur. *l.* 15. §. 16. 20. 30. *h.* *l.* 3. §. *ult. de Adq. poſſ.*

11. Sin contumacia non caventis per longum tempus, arbitrio judicis æſtimandum, duret, miſſio fit ex decreto ſecundo; quæ miſſio tribuit poſſeſſionem, cum poteſtate uſucapiendi. *l.* 5. *l.* 7. *l.* 15. §. 16. 20. 23. *h.* *l.* 7. §. 9. *Comm. div.* *l.* 1. *pr. de Fund. dot.* adeoque cum dominio Prætorio, cujus vi & vindicationem habet. *l.* 15. §. 33. junct. *l.* 7. §. 9. *Comm. Divid.* §. 4. *I. de Action.*

12. Nec poteſt ex eo tempore dominus, præſtitâ cautione, rem recuperare, niſi ex juſtâ causâ. *d. l.* 15. §. 22. & 33.

13. Quanquam is, qui miſſus eſt, omnes veri & irrevocabilis dominii effectus demum conſequitur per uſucapionem impletam. v. *l.* 5. *pr.* *l.* 15. §. 16. 26. *h. t.*

14. Quod ſi miſſus in poſſeſſionem, à domino rei ruinoſæ non fuerit admiſſus, locus eſt etiam actioni in factum, rei perſecutoriæ, perpetuæ, ad præſtandum id, quantum præſtari oporteret, ſi de eâ re cautum fuiſſet. *l.* 15. §. *ult.* *l.* 16. *l.* 17. *pr.* §. 1. 2. 3. *h. t.*

15. Plures in poſſeſſionem ejusdem rei miſſi omnes æquali jure poſſident, omni temporis prærogativâ, & proportione damni imminentis inſuper habitâ. *l.* 15. §. 15. 18. *l.* 40. §. *ult.* *h.*

16. Ceſſat damni infecti actio, ſimul cum dictis effectibus (1. Si damnum metuatur aut datum ſit ex naturali rei vitio, ut ex locis paluſtribus, aut arenoſis, aut vi quâdam externâ,

ut ventorum. *l.* 24. §. 2. *& ſeqq. usque ad* §. 6. *&* §. 9. 10. *l.* 43. *h. t.*

17. (2. Si quis in ſuo quid fecerit ad ſuam utilitatem. *d. l.* 24. §. *ult. l.* 25. *l.* 26. *h.*

18. (3. Si alia actio competat ad damnum reſarciendum. *l.* 32. *h.*

19. (4. Si cautio non ſit interpoſita. *l.* 6. *l.* 7. §. *ult. l.* 8. *l.* 9. *h.*

20. Protecta, ſive projecta, ſunt, quæ ita provehuntur, ut nusquam requieſcant, ut meniana & ſuggrunda, ſive ſuggrundia. *l.* 242 §. 1. *de V. S.* v. *Fabrott. ad Theophil.* §. 2. *I. de Action.*

21. Immiſſa ſunt, quæ ita ſiunt, ut aliquo loco requieſcant, ut tigna, & trabes. *d. l.* 242.

TIT. III.

De Aquâ, & Aquæ pluviæ arcendæ.

1. Duo hujus tituli fuerunt capita, quorum primo agitur de Aquâ ducendâ, altero, de Actione aquæ pluviæ arcendæ.

2. Primo cavetur, ne quis aquam ex flumine publico navigabili, quodve aliud reddit navigabile, vel per viam publicam, injuſſu Principis, ducat *l.* 10. *in f. l.* 18. *in f. h. l.* 2. *de Flumin.* Ut ex flumine privato ducere liceat, requiritur conſenſus domini. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *h. t.* de Fluminibus privatis vid. *l.* 1. §. 3 *de Flumin.* §. 2. *Inſt.* junct. *l.* 4. §. 1. *de Rer. div.*

3. Secundo capite agitur de aquæ pluviæ arcendæ actione. Aqua pluvia eſt, quæ de cœlo cadit, & imbre excreſcit. v. *l.* 1. *l.* 3. §. 1. *h. t.*

4. Actio aquæ pluviæ arcendæ eſt perſonalis, in rem ſcripta, *l.* 6. §. 5. *l.* 4. §. 2. *l.* 5. *& l.* 6.

d. l. 6.

d. l. 6. §. pen. h. t. Ratio eſt, quia naſcitur ex obligatione delicti vel quaſi delicti. *l.* 6. §. *pen. h. t.* Hæc autem actio damnum futurum & infectum continet. *l.* 6. § 4. *h. t. l.* 21. *de Stat. lib.*

5. Competit domino, cujus fundo aqua pluvia, ex opere manu facto, in fundo vicini, nocitura eſt. *l* 1. *pr.* & §. 1. 17. *l.* 4. §. 2. *h. t. l.* 21. *de Statulib.* ſed & fructuario datur utilis, non directa actio. *l.* 22. *l.* 3. §. *ult. h.*

6. Contra dominum, qui opus fecit, quò aliter aqua fluat, ad id, ut opus reſtituatur, & damnum, poſt litem conteſtatam datum, reſarciatur. *l.* 6. §. 4. 6. & *ſeqq. l.* 7. *pr. l.* 11. §. 3. *l.* 22. §. 1. *h. t.* Si plures ſint domini, contra ſingulos pro rata. *d. l.* 11. §. 3.

7. Tollitur autem opus vel impenſis rei conventi, ſi vel opus fecerit, vel fieri curaverit. *l.* 6. §. 7. *h.* Sin minus, impenſis actoris, ut tamen reus teneatur patientiam præſtare. *d. l.* 6. §. 7. *l.* 4. §. 2. 3. *h. t.*

8. Ceſſat hæc actio. (1 Quatenus non competit ei, qui agrum, cui nocitum eſt, alienavit. *l.* 6. §. 4. *h.*

9. (2. Reſpectu damni vel ante litem conteſtatam, vel poſt ſententiam dati, & operis facti poſt litem conteſtatam. *l.* 6. §. 6. *l.* 14. §. 3. 4. *D. h. t.*

10. (3. Si vetuſtas operis hominum memoriam excedat. *l.* 2. §. 3. 5. *h. t.*

11. (4. Si opus, vicino permittente, ſit factum. *l.* 9. §. 1. *l.* 19. *h.*

12. (5. Si fructuum percipiendorum vel agri colendi causâ, *l.* 8. §. 3. & *ſeqq. h.*

13. (6. Si opus, non manu, ſed naturaliter, ſit factum, veluti ſi ager ſubſederit. *l.* 1. §. *f. l.* 2. §. 5. *h.*

14. (7. Si fundo ſervitus, ut aquam pluviam excipiat, impoſita ſit. *l.* 2. §. *ult. h.*

15. (8. Si novum opus non noceat vicino. *l.* 1. §. 11. *l.* 2. §. 5. *h. t.* nam quod alteri prodeſt, & tibi non nocet, utique concedendum eſt. *l.* 38. *de Evict. l.* 38. *de R. V.*

16. (9. In caſu *legis* 2. §. 3. *l.* 23. *h. t.* Scilicet ſi opus aquæ mittendæ cauſa publica auctoritate factum ſit.

17. (10. In caſu *legis* 1. §. 11. 12. *h.t.* Scilicet ſi quis in ſuo fundo aliquid fecerit, quod tantum per conſequentiam & per indirectum vicino nocet, modo non fecerit dolo malo. *l.* 24. *l.* 27. *tit. præc.*

18. (11. In caſu *legis* 3. §. *pen. l.* 18. *pr. h. t.* Scilicet ſi opus factum ſit in loco publico. Ratio eſt, quia hac actione non tenetur niſi ſolus dominus, nemo autem eſt dominus locorum publicorum.

TIT. IV.

De Publicanis, & Vectigalibus, & Commiſſis. *Cod.* 4. 61. 62. & 10. 16. 19.

1. Tacitus, *Hiſt.* 4. *c.* 74. *Neque quies gentium*, inquit, *ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt.* Quare in iis Reipublicæ nervos eſſe, ait Ulpianus in *l.* 1. §. 20. *de Quæſt.* ubi peſſime in quibusdam editionibus legitur *Servos. Cic. pro Leg. Man. c.* 7. v. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 50. De jure & æquitate indicendi & præſtandi tributa vid. *Grot.* 2. *de Jur. Bell. & Pac.* 2. 19.

2. Pu-

2. Publicani ſunt, *qui publico fruuntur, & vectigalia, ſive à republica, ſive a municipiis conducta habent. l. 1. §. 1. l. 12. §. 3. l. 13. §. 1. D. l. 10. l. ult C. h. l. 16. l. 17. de V. S.* v. *l.* 3. §. 6. *de Jur. Fiſc.* id eſt, publico fundo, vel vectigali publico. *l.* 1. *de Loc. publ. fruend.* hinc publcum agere eſt vectigal colligere. *Suet. in Vitel.* 7. *in Veſp.* 1. Publicani etiam vocantur Octuvarii. *l.* 8. *h. t.* & Stationarii. *l.* 5. *C. h. t.* a ſtatione ſive loco, in quo vectigalia exigebantur. *l.* 59. *de V. S.* quanquam ſtationarii proprie fuerint milites, qui publicanis in exigendis tributis adverſus contumaces adſiſtebant. Vocantur etiam publici conductores. *l.* 7. §. 6. *de Jur Fiſc. l.* 34. §. 1. *Ex quib. cauſ. maj.*

3. Ex his alii Mancipes erant, alii Prædes, alii ſocii. v. *l.* 53. *D. Loc. l.* 11. *C. h. l.* 59. *Pro ſoc.* . 1. *pr.* & §. 2. *de Loc. publ. fr. l.* 18. *C. de Curſu publ.* (XII. 51.) Mancipes proprie dicuntur, qui a populo aliquid emunt vel conducunt, quoniam elevata manu dicebant, ſe auctorem eſſe emtionis, unde vectigal mancipare eſt locare. 12. *C. quib. muner. excuſ.* (X. 55.) vocantur vulgo Principale Pachters. *Cic. pro Roſc. Amer cap.* 8. Prædes autem ſunt fidejuſſores. *l.* 6. § 7. *Comm. div.* unde Jus prædiatorium & prædiatores. vid. *Inſcript. l.* 54. *de Jur. dot. Cic. pro Balb. cap.* 20. *lib.* 12. *ad Att.* 14. & 17. *Suet. in Claud. c.* 9. Socii vero vulgo vocantur Participanten.

4. Vectigal eſt, *quod pro mercibus importandis, vel xportandis ſolvitur;* idque propriè *portorium* dicitur. *l.* 3. *C. h. l.* 60. §. *pen. Loc. cond. l.* 203. *de V. S. Suet. in Jul. c.* 43. *in Calig. cap.* 40. Ita vocatur a portis, ſive loco con-

 clu-

cluſo, quo importantur & exportantur merces, vulgo Zollen. *l.* 59. *de V. S.* ea autem, quæ ſolvuntur publicanis proprie dictis vocantur impoſitiones: vocatur etiam Vectigal telonium, *lib.* 2. *Feud. tit.* 56. hinc *telonarii* ſunt publicani in *l.* 3. *C. Th. de indulg. debit.* unde veniunt voces Zollen & Zollenaren/ eſt autem vox origine græca a voce τέλος, quæ inter alia ſignificat vectigal, voce autem telonii etiam quandoque ſignificatur ſtatio, ſive locus, in quo telonarii exigunt & accipiunt tributa. vid. *Euang. Math. c.* 9. *vſ.* 9. *Marc. cap.* 9. *vſ.* 18. *Luc. cap.* 5. *vſ.* 24. Diverſum a *decimis & ſcriptura*

5. Decimæ ſunt, *decima pars fructuum, quam fiſcus in agris ſativis ſibi retinebat. Cic.* . *in Verr.* 43. hinc *Tacit. de Morib. Germ. cap.* 29. hos agros decumatos vocat. Hæ autem decimæ toto cælo differunt a decimis Juris devini & humani, quæ ſolvebantur Clericis & Monachis vid. *tit.* X. *de Decimis, primitiis, & oblationibus.*

6. Scriptura eſt, *genus vectigalis, quod ex paſtionibus redigitur.* Feſtus in, *ſcriptura. Varro de Re Ruſt. lib.* 2. *c.* 1. Unde *agri ſcripturarii* ſunt agri publici, in quibus ut pecora paſcerentur, certum æs perſolvebatur. Ratio nominis eſt: quia publicani ſcribendo rationes cum paſtoribus conficiebant. *Cic. pro Leg. Man.* 6. *pro Flacc.* 8.

7. Quanquam generalis vectigalis vel tributi appellatio has omnes ſpecies complectatur. *l.* 42. *l.* 52. §. 2. *D. de Pact. t. t. C. de Exact. tribut.* (X. 19.) *t. t. C. de Annon. & tribut.* (X. 16.)

8. Eâ tamen adhibitâ differentiâ, quod *vectigal* fundos aliasque res immobiles, *l.* 7. *D. h.* (ubi pro *eoque* leg. *eosque*, pro *exemplo* leg. *ex empto.*)

empto.) *l.* 1. *D. Si ager vectig.*, *tributum* verò capita & res mobiles obliget, quæ antiquitus non ſolvebantur, niſi ab illis, qui ipſi, ſimul cum prædiis, tributarii erant & ſtipendiarii. v. §. 40. *l. de Rer. Div. l.* 27. *de V. S. l.* 7. §. 2. *de Uſufr.* (ubi pro *Salarium* leg. *Solarium*, id eſt, tributum, quod ſolvitur pro uſu ſoli publici, vel privati; *l.* 2. §. 17. *Ne quid in loc. publ. l.* 17. *Qui pot. in pign.*) *Sigon. de Jur. Civ. lib.* 1. *c.* 16. *Tacit. in Agric. c.* 32. *Suet. in Jul. cap.* 38.

9. Quantitas vectigalis olim fere erat octava mercium pars. *l.* 7. *l.* 8. *C. h. l.* 2. *C. de Eun. l.* 7. *C. Loc. cond.*

10. Varias vectigalium ſpecies vide in *l.* 15. *D. l.* 11. *C. h. t. l.* 17. §. 1. *de V. S. l.* 3. *C. de Ed. Div. Hadr. toll. Suet. in Jul. c.* 43. *in Calig. c.* 40. *in Veſp. c.* 23. adde & *l.* 1. *C. de Veter.* (XII. 47.) *l.* 4. *C. de Prox. ſacr. ſcrin.* (XII. 19) *Tac.* 13. *Ann. c.* 51.

11. Vectigalia imponere ſolius Principis eſt. *l.* 10. *D. h. l.* 2. *C. Vectigalia nova inſt. non poſſe. l.* 2. *Feud. t.* 56. Ita tamen, ut etiam civitates, vi privilegii ſibi a Principe conceſſi, aliquando vectigalia exigere poſſint. *l.* 10. *l. ult. C. h. t. Suet. in Tib.* 49.

12. Alii vectigalia nova conſtituere, & conſtituta minuere vel augere, ſub pœnâ exilii, prohibentur. *l.* 10. *D. h. l.* 3. *l. pen. C. Vectigal. nov. inſt. non poſſe.* Quique id fecerint etiam Lege Juliâ de vi Publicâ tenentur. *l. ult. D. ad Leg. Jul. de Vi Publ.*

13. Sed & ſi Publicani, vel eorum miniſtri, vectigalium nomine, plus debito exegerint, datur læſis, ut & eorum heredibus. *l.* 13. §. *ult. h. t.*, actio in factum pœnalis, mixta in duplum,

intra annum, poſt annum in ſimplum usque ad 30. annos *l.* 1. *pr.* & §. *pen. l.* 5. §. 1. *l.* 12. §. 1. 2. *h.* Nam hic contra communem regulam paterfamilias præſtare debet dolum & culpam ſuorum miniſtrorum, & de eorum probitate reſpondere. *l.* 1. *l.* 3. *h. t.* eodem modo ut nautæ, cauponæ, & in edicto de his, qui effuderunt. Aliud juris eſt in miniſtris privatorum domeſticis, ſi merces non profeſſas in domum receperunt, hoc enim factum dominos non obligat, arg. *l. ult.* §. 4. & 11. & *l.* 11. §. 2. *h. t.* vid. *Voet ad h. t. n.* 25. & *tit. C. Ne fil. pro patr.* & *tit. C. Ne Vir pro Uxor.* Vel, ſi vis adhibita ſit, actio de vi bonorum raptorum in quadruplum, ex re & pœnâ mixtum. *l.* 1. §. 4. *l.* 9. §. 5. *h. t. Euang. Luc.* 19. 8. In *d. l.* 1. *pr.* pro *ejus publicani*, leg. cum Cujacio *aliusve Publicani:* pro *Si id non exhibebitur*, leg. *Si hi non exhibebuntur:* ut in §. *pen.* ejusdem *l.* 1.

14. Plures Publicani ſinguli tenentur pro ratâ, ita tamen, ut unius inopia alios oneret. *l.* 6. *h. l.* 46. §. *ult. de Jur. Fiſc.* Quo modo & tunc tenentur quando conveniuntur ad ſolvendam penſionem, arg. *dictæ l.* 46. §. *ult. de Jur. Fiſc. l.* 67. *Pro Soc. l.* 1. §. *ult. de Exerc. act.*

15. Tenentur & heredes Publicanorum, ſi vel lis cum defuncto ſit conteſtata, vel aliquid ad eos, ex delicto defuncti, pervenerit. *l.* 4. *l. ult.* §. *pen. h. l.* 5. *de Calumn.*

16. Pœna evitari poteſt reſtitutione ejus, quod ſupra modum exactum eſt, ante ſententiam factâ. *l.* 1. *pr.* & §. 4. *l.* 5. *h. l.* 65. *de Furt.* alios caſus, in quibus pœnitentia excuſat a pœna delicti, vid. in *l.* 11. *de in Jus voc.* & *Wiſſenb. ad d. t. th.* 13.

17. Cum

17. Cum autem ſumma ſit Publicanorum audacia & improbitas, præterea extra ordinem plectuntur. *l.* 9. §. 5. *h. v. l.* 12. *pr. D. l.* 5. *C. h. l.* 9. *de L. Rhod. de Jact. Euang. Matth.* 15; *vſ.* 17. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 60. 51.

18. Vectigalia conducere poſſunt, qui non prohibentur; etiam, ut videtur, mulieres. *l.* 47. *de Jur. fiſc.* Non obſtat *l.* 2. *de R. J.* nec *l. pen.* junct. *l.* 10. §. 1. *de Edend.* ibi enim mulieres removentur & excluduntur a muneribus & officiis publicis, non autem a privatis, ideoque vectigalia conducere poſſunt.

19. Prohibentur (1. Reliquatores, Fiſcique & Reipubl. debitores, niſi datis idoneis fidejuſſoribus. *l.* 9. §. 2. 3. *D. h.* (2. Tutores & curatores ante rationes redditas. *l. un. C. Ne tut. vel cur. vect.* (3. Filiifamilias. arg. *l.* 3. *pr.* & §. 1. *ad SC. Mac.* (4. Minores 25. annis, ne utantur beneficio reſtitutionis in integrum. *l.* 25. §. *ult. de Jur. Fiſc.* (5. Decuriones. *l.* 6. §. 1. *de Decur.* (6. Milites. arg. *l.* 1. & *l. ult. C. de Loc. Cond. l. unic. C. Quib. ad conduct. præd. Fiſc, acced. non lic.* (7. Clerici, & verbi Divini Miniſtri, arg. *l.* 52. §. 1. *C. de Epiſc. & Cler. & Novell.* 123. *c.* 6. Ratio eſt in *l.* 32. §. 4. *de Rec. arb.* (8. Quibus ſententia judicis per modum pœnæ interdictum eſt, ne vectigalia conducant. *l.* 9. §. 9. *de Pœn.*

20. Vectigalia locare ſolebant Cenſores. *l.* 203. *de V. S. l.* 15. *h.* ubi pro *Cæſar.* leg *Cenſor. Suet. in Aug.* 42. Publicani tamen vectigalia a ſe conducta aliis ſublocare poſſunt. *l.* 6. *Loc. Cond. l.* 65. *eod. l.* 45. §. 1. *de Jur. Fiſc.* Idque feré in triennium, aut quinquennium, ſive luſtrum. *l.* 4. *C. h. l.* 7. *C. Loc. l.* 3. §. 6. *de*

de Jur. Fiſc. Nam luſtrum eſt ſpatium quinque annorum. vid. *l.* 4. §. 1. *de Reb. cred.* *l.* 30. §. 1. *de Legat.* 3. *l.* 67. §. *ult. de Furt.* hinc dicitur aurum luſtrale, quod quinto quoque anno pendebatur, ita dictum a luſtrando, quia ſingulis quinquenniis Roma luſtrabatur. vid. *tit. C. de Navic. & de toll. aur. luſtr. collat.* & quia quinto quoque anno vectigalia & tributa luebantur, id eſt, ſolvebantur, teſte *Varrone*. Aliquando tamen vectigalia locabantur in perpetuum, *l.* 11. §. 1. *b. t.*

21. Finitur vectigalium conductio lapſo tempore præſtituto. *l.* 4. *C. b. t. l.* 3. §. 6. *de Jur. Fiſci.* excepto caſu *Legis* 11. §. *ult. b.* Scilicet, ſi Publicani ex præcedentium annorum conductione lucrum fecerint, & vectigalia, finito tempore, aliis tanti locari nequeant. v. & *l.* 7. *C. de Loc. cond.* Quanquam aliàs nemo ad conducenda vectigalia cogatur. *l.* 9. §. 1. *b.* verſa vice, ut putant quidam Interpretes, Publicani præferuntur novis conductoribus, ſi tantundem offerant. vid. *l.* 4. *C. de Locat. præd. Civil.* (XI. 70.) de quo tamen merito dubites. vid. *Voet. ad b. t. n.* 2. & *Matthæus de Auction. ibid. alleg.* Non autem finitur morte unius è ſociis. *l.* 59. *l.* 63. §. 8. *Pro ſoc.*

22. Vectigalia præſtare tenentur omnes, qui non excipiuntur. *l.* 6. *l.* 7. *C. b. t. C. de Annon. & tribut.*

23. Excipiuntur autem. (1. Fiſcus. *l.* 9. §. *ult. b.* adeoque & Cæſar & Auguſta. *l.* 6. §. 1. *de Jur. Fiſc.* non autem mercatores, qui de fundis Fiſcalibus mercati ſunt. (2. Exercitus. *d. l.* 9. §. *pen.* (3. Præſides Provinciarum. Modo hi, aliique ſimiles manu & chirographo ſcribant

bant Publicanis, quid in uſus ſuos habere velint. *l.* 4. §. 1. *h.* (4. Legati. Scilicet exterarum gentium aut Principum, idque in rebus, quas ex Romano Imperio in patriam ſuam deportabant, non autem in rebus, quas ex ſua patria in orbem Romanum inferunt. *l.* 8. *C. h.* (5. Veterani. *l.* 1. *C. de Veteran.* non autem milites, ipſo actu adhuc militantes. *l.* 3. *l.* 7. *C. h. t.* Sed nec ipſi veterani Jure antiquo erant immunes. *l.* 2. §. 1. *de Veteran.* (6. Studioſi, ut colligunt Interpretes ex *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patre.* (7. Navicularii, cum rem ſibi gerunt. *l.* 6. *C. h. t.*

24. Vectigalia præſtantur nomine rerum, quas Lex vult huic oneri eſſe obnoxias. *l.* 9. §. 6. *l. ult.* §. 7. *D. l.* 6. *C. h.* Quid ſint *pelles Babylonicæ* in *d. l. ult.* §. 7. vid. *Busbeq. in Epiſt. Legat. Turc.* de aliis vocabulis ibi occurrentibus vid. *Bynkersh. lib.* 4. *Obſ. cap.* 1.

25. Immunes ſunt res, non commercii aut negociationis, ſed neceſſarii ac domeſtici uſus, vel agriculturæ, vel exercitus causâ, comparatæ. *l.* 4. §. 1. *l.* 9. §. *pen. D. l.* 5. *C. h. t.*

26. Si quis merces vectigalis præſtationi obnoxias ſuppreſſerit, nec profeſſus fuerit, merces ipſæ in commiſſum cadunt, *l.* 14. *h.* & Publicanis, fiſcum jure conductionis repræſentantibus, cedunt. *l.* 11. §. 2. *D. l.* 11. *C. h.*

27. Secus ſi quis merces quidem indicaverit, ſed, non urgente Publicano, vectigal non ſolverit. *l. ult.* §. 12. *h.* Quæ tamen Publicani remiſſio, aut negligentia, non præſtat immunitatem in futurum. *l.* 9. §. 6. *h.*

28. Si quis merces prohibitas vehat, omnes committuntur, una cum nave, & cum mercibus non prohibitis, præter & ſupra pœnam capitis.

pitis. *l.* 11. *pr.* & §. 2. *h.l.* 3. *C. de Naut. fœn.*

29. Si unus ex pluribus dominis rem communem celaverit, ejus ſolius portio committitur. *l.* 8. §. 1. *h.*

30. Eſt *autem* Commiſſum, *rerum merciumve, propter fraudem, à domino admiſſam, caſus in fiſcum.*

31. Fraudati vectigalis & Commiſſi actio etiam ad heredem tranſit. *l.* 8. *l.* 14. *h.* Nec obſtat *l. ult.* §. *pen. h. t.*

32. Pœna Commiſſi ceſſat (1. In perſonis, à vectigalium præſtatione immunibus. v. *Theſ.* 23. (2. In caſu *d. l. ult.* §. 12. *h.* v. *Theſ.* 27. (3. Silentio quinquennii. *l.* 2. *C. h.* (4. Si miles, vel impubes, profeſſione mercium ſuperſederit. *l.* 7. §. 1. *l. ult.* §. 9. & *ſeq. d.l.* 3. *C. h.* De minoribus v. *l.* 9. §. *pen. de Minor.* (5. In rebus, ab onere vectigalium exemptis, v. *Theſ.* 25. (6. Ob ignorantiam vel errorem probabilem, quatenus, ob eam, duplo vectigalis defungi licet. *l. ult.* §. 5. 10. *h.*

33. Illud denique notandum eſt, venditiones bonorum debitoris, ob publica tributa, magiſtratus auctoritate fieri debere: nam vel ſine auctoritate, vel per ambitionem, aut gratiam minus juſto pretio, hoc nomine facta venditio irrita eſt. *t. C. Si propt. publ. penſitat. vend. fuer. celebr.*

34. Ut & ſi venditio contracta ſit eâ lege, ne fundum, qui cenſum vel reliqua fiſco debet, onus cenſûs, vel reliquorum ſequatur. *t. C. Sine cenſu vel reliquis fund. compar. non poſſe. l.* 42. *de Pact.* v. *l.* 7. *h. t.* Quanquam inter ipſos paciſcentes hujuſmodi pactio ſervanda eſt. *l.* 52. §. 2. *D. de Pact.*

TIT.

TIT. V.

De Donationibus. Cod. 8. 54.

1. Donatio eſt, *liberalis, nullo jure cogente, facta conceſſio. l.* 1. *l.* 29. *h. l.* 82. *de R. J. l.* 67. §. 1. *de V. S.* Sic dicta quaſi doni datio. *l.* 35. §. 1. *de Mort. cauſ. don.*

2. Quæ quo modo differat à munere, vide in *l.* 194. *de V. S. l.* 12. §. *pen. l.* 13. §. 2. *de Adm. tut. l.* 31. §. 8. *de Don. int. V. & U.*

3. Singulare eſt, *donum munus* in *l.* 7. §. 3. & *l.* 37. *de Oper. libert. l.* 6. §. *ult. D. ad L. Jul. Rep.* junctim poni; ut & apud Lamprid. in *Alex. Sev. c.* 26. *ubi Salmaſ.*

4. Donatio eſt vel propria, vel impropria.

5. Propria & abſoluta inter vivos donatio eſt, *quæ fit ex mera liberalitate, eo animo, ne res unquam ad donatorem revertatur. l.* 1. *h. l.* 35. §. 2. & *ſeq. de Mort. cauſ. don.*

6. Atque hæc, ut & donatio mortis causâ, præter voluntariam donantis liberalitatem, requirit & acceptationem donatarii. *l.* 10. *l.* 19. §. 2. *h. l.* 6. *C. eod. l.* 8. §. 3. *de Bon. libert. l.* 38. & *l.* 42. *tit. ſeq. l.* 55. *de O. & A. l.* 69. *de R. J.*

7. Quamquam non ſit contractus. *l.* 14. *de Precar. l.* 43. §. 1. *de Adm. tut. l.* 58. *de Don. int. V. & U.*

8. Fit autem donatio, vel datione ſeu traditione; *d. l.* 1. *h. d. l.* 35. §. 1. *de Mort. cauſ. don. l.* 23. *de Don. int. V. & U.* vel pacto, ut epiſtolâ. §. 2. *I. l.* 13. *l.* 25. *C. h. t.* Ita ut ex eo pacto, per Juſtinianum confirmato, naſcatur condictio ex lege, ad rem, titulo donationis promis-

miſſam, tradendam. *l.* 35. §. 5. *C.* & §. 2. *I.h. t.* *Nov.* 162. *cap.* 1.

9. Donare poſſunt omnes, liberam habentes rerum ſuarum adminiſtrationem. *d.* §. 40. *l.* 21. *C. Mand.* etiam uxor citra conſenſum mariti. *l.* 6. *C. de Revoc. Don.* & quidem omnibus non prohibitis, ne concubina quidem aut meretrice excepta. *l.* 5. *l.* 31. *h. l.* 4. §. 3. *de Cond. ob turp.*

10. Prohibentur tamen donare (1. Pater filiofamilias. *l.* 1. §. 1. *Pro Don.* (niſi filio militi in caſtra eunti donet. *l.* 4. *C. Fam. erc. l.* 1. *C. de Caſtr. pecul.*) ut tamen donationes, à patre in filium collatæ, morte ejus confirmentur. *l.* 25. *C. de Donat. int. V. & U.* Vel etiam emancipatione, ſi pater filio emancipato non adimat peculium profectitium. *l.* 31. §. 2. *D. l.* 17. *C. h. t.*

11. (2. Filiusfamilias: licet liberam peculii profectitii adminiſtrationem habeat, niſi ex juſtâ causâ. *l.* 7. *h.*

12. (3. Tutores, curatores, procuratores prohibentur donare res pupillorum, minorum, &c. *l.* 22. *l.* 46. §. *ult. D. l.* 16. *C. de Adm. tut.*

13. (4. Perduelles, licet ante accuſationem aut condemnationem deceſſerint. *l.* 31. §. *ult. h.*

14. (5. Aliorum criminum rei, reſpectu donationum, poſt contractum crimen, factarum, ſi condemnatio ſequatur. *l.* 15. *h.* (ubi pro *niſi* legendum eſt *ſi*) In donationibus mortis cauſa, & inter virum & uxorem, idem juris eſt, etſi donatio facta ſit jam ante crimen commiſſum. *l.* 32. §. 7. *de Don. int. V. & U. l.* 7. *D. tit. ſeq.* (6. Conjuges ſibi invicem. v. ſupr. *tit.* 1. *lib.* 24.

15. Cum autem donatio non ſit negotium bonæ fidei, ſed ſtricti Juris, & anguſtæ interpretationis, *l.* 22. *D. h.* conſequitur, donationem,

nem in dubio non facile præſumi:

16. Donare enim eſt perdere. *l.* 7. *h.* nemo autem præſumitur tam ſupinus, ut facilè ſuas pecunias jactet, & indebitas effundat. *l.* 25. *de Probat.* Qui tamen ſciens indebitum ſolvit, donaſſe creditur. *l.* 53. *de R. J.*

17. Donari poſſunt res omnes in commercio poſitæ, & donatoris propriæ. *l.* 9. §. *ult. h. l.* 20. *de Adq. rer. dom. l.* 54. *de R. J.* Ita tamen, ut rerum alienarum donatio uſucapiendi transferat conditionem. *t. t. D. Pro Don.*

18. Sed & omnium bonorum, præſentium & futurorum, donatio valet. *l.* 35. §. 4. *C. h. l.* 8. *C. de Revoc. Don. l.* 5. *C. de Inoff. donat. l.* 17. §. 1. *D. Quæ in fraud. cred.* Nec movent in contrarium *l.* 16. §. 1. *de Jure Patron. l.* 52. §. 9. *Pro Soc. l.* 15. *C. de Pact.* vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 11. *Voet. ad h. t. n.* 10.

19. Ut tamen, omnium bonorum donatione ſimpliciter factâ, bona futura donata non intelligantur, arg. *l.* 22. *h. l.* 7. *de Auro arg. leg. l.* 5. *de Separat.*

20. Sed nec ita fieri poteſt donatio, ut legitimam liberorum, vel parentum minuat, aut tollat, ſive inofficioſa ſit. *d. l.* 35. §. 4. 5. *l.* 5. & *t. t. C. de Inoff. don. t. C. de Revoc. Donat.*

21. Viventis hereditas ut vendi, ita & donari prohibetur. *l.* 1. *de Her. vel act. vend. l.* 29. §. *f. h. l.* 2. §. 2. *D. de Vulg. & Pup.*

22. Donatio autem, ſummam, olim 200. poſteà 300., tandem quingentorum aureorum excedens, in Acta, ſeu publicas tabulas, referenda eſt, alioquin, ratione quantitatis excedentis, inutilis eſt. §. 2. *I. l.* 25. *l.* 27. *l.* 30. *l.* 32. *l.* 34. *C. h. Nov.* 162. *c.* 1. §. *ult.*

23. Niſi donatio facta ſit Principi, vel à Principe, vel militi à ſuo duce, vel ad redemptionem captivorum, vel inſtaurationem ædium ruinâ collapſarum. *d. l.* 34. *Auth. Item. l.* 36. *C. h.* Vel niſi ſit donatio propter nuptias. vide *l.* 34. *C. h. t. Nov.* 119. *Nov.* 127. *c.* 2.

24. Ratio requiſitæ inſinuationis eſt, ne quis, inconſulto magiſtratu, profusâ & inſanâ liberalitate, cum ipſius Reip. onere & detrimento, ad egeſtatem redigatur. Quare jam olim Lex Cincia ſupra certum modum donare prohibuit. *Ulp. in Fragm. tit.* 1. *l.* 21. *h. Cic. de Senect. c.* 4. *Nov.* 162. *c.* 1. (ubi male legitur *Æliæ Sentiæ*, hæc enim de manumiſſionibus, non de donationibus loquitur, itaque pro *Æliæ Sentiæ*, ibidem leg. *Cinciæ*, de qua vid. *Brummer. in Comment. ad Leg. Cinc.*) v. & *l.* 27. *C. h. t.* §. 2. *Inſt. de His, qui ſunt ſui vel al. Jur.*

25. *Solidus*, vel quod idem eſt, (*l.* 5. §. 6. *de His, qui dej.* junct. §. 1. *I. de Obl. quæ quaſ. ex del. l. pen. & l. ult. de In jus voc.* junct. §. *ult. in f. I. de Pœn. tem. litig.*) *Aureus*, reſpondere creditur quinis Carolinis, ſeu aureo Ungarico. v. *Hottom. de re Numm. Bud. de Aſſ. Gronov. de Pec. Vet. Sandii Deciſ. lib.* 5. *Tit.* 1. *Def.* 3. *in f.*

26. Effectus donationis inter vivos eſt, quod, ſi per traditionem ſit conſummata, transferat dominium, vel uſucapiendi conditionem. *t. Pro Don.* & actionem Publicianam; conſenſu vero perfectæ, quod actionem in perſonam tribuat. §. 2. *I. l.* 35. *C. h. Nov.* 162.

27. Donatarius, ex verecundiâ naturali & viri boni officio, obligatur ad grati animi officia, licet ad remunerationem convehiri nequeat, quia obligatio ad ἀντίδωρα eſt naturalis inefficax. *l.* 25.

§. 11

Digitized by Google

§. 11. *de Pot. Her. Sen. de Benef. Lib.* 1. *c. ap* & *Lib.* 3. *c.* 6. 7. *Lib.* 4. *c.* 17. vide tamen *l.* 27. *l.* 34. §. 1. *h. t.* in qua ex *Pauli lib.* 5. *Recept. Sent. tit.* 11. addenda ſunt verba: *Si tamen hæc donatio*, ante verba, *non merces.* Exempla hujus locutionis vid. ap. *Plin. in Paneg.* 20. *l.* 14. *in fin. pr. de Legit. her.*

28. Hinc, factâ omnium bonorum, vel maximæ partis donatione, donatarius cogi nequit, ut donatorem, facultatibus lapſum, & rerum familiarium anguſtiâ laborantem, alat, arg. *l. ult. C. de Revoc. don. l.* 1. *pr. D. h. t. l.* 35. §. 2. *D. de Mort. cauſ. donat.*

29. Sed nec æs alienum donatoris ſolvere cogitur. *l.* 15. *C. h.* Quamvis teneatur actione Paulianâ. *l.* 6. §. 11. *l.* 17. §. 1. *Quæ in fraud. cred.* licet dolo careat, quia donatio eſt titulus lucrativus.

30. Donator tamen ante traditionem non niſi in id, quod facere poteſt, tenetur, deducto etiam ære alieno. *l.* 19. §. 1. *de Re jud. l.* 62. *de Æd. Ed. l.* 28. *de R. J. l.* 33. *h. t.*

31. Revocari poteſt perfecta donatio ob quinque inſignes ingratitudinis ſpecies, enumeratas, in *l. ult. C. de Revoc. Don.* In matre, quæ contraxit ſecundas nuptias, ſingulare eſt, quod tantum ob tres cauſas poſſit revocare donationem, in liberos prioris matrimonii collatam, ſi ſecundas nuptias contraxerit. vid. *Authent. Sed mater. C. de Revoc. donat.* ut tamen revocandi ex his cauſis facultas ſoli donatori, non heredi competat, nec contra heredes. *l.* 1. *l.* 7. *l. ult. C. eod.* Ratio eſt, quia actio, qua donatio revocatur ab ingrato donatario, eſt ſpecies actionis injuriarum. *d. l. ult.* ubi *vindicatio* idem eſt

 quod

quod *vindicta*, per quam injuriam propulſamus. vid. *Cic.* 2. *de Invent.* 22. Jam vero actio injuriarum & ſimiles, neque heredibus dantur, neque contra heredes. §. 1. *Inſt: de Perp. & temp. act. l. ult. de Judic. l.* 10. §. 2. *Si quis caut. l.* 13. *de Injur.* Extra cauſam ingratitudinis donatio inter vivos, nec per donatorem, nec per heredem ejus, nec donatario, nec heredibus ejus auferri poteſt & eripi. *l.* 17. *l.* 35. §. *ult. C. h. t. l.* 17. § 3. *Commod.* Non obſtat *l.* 32. *h. t.* ubi mortuo eo, qui gratuitam habitationem alicui conceſſit, heredes ejus dicuntur prohibere ſive revocare poſſe donationem; nam *d. l.* videtur eſſe accipienda de Precario. vid. *l.* 12. §. 1. *de Precar.* qua tamen interpretatione admiſſa, cum Ant. Fabro pro *quamdiu volueris*, leg. *quamdiu voluerit*, ita ut hæc verba non referantur ad donatarium, ſed ad donatorem. Nec *d. l.* 32. adverſatur *l.* 27. *h. t.* ubi Papinianus ait, gratuitam habitationis conceſſionem non finiri morte donatoris, neque ad heredes tranſire. Nam (1. ibi non agitur de precario, ſive conceſſione, quamdiu donator volet, ſed de mera ac ſimplice donatione habitationis. (2. *d. l.* loquitur de donatione remuneratoria, a diſcipulo collata in Magiſtrum, hæc autem donatio eſt irrevocabilis. *l.* 34. §. 1. *h. t.*; ad illuſtrationem verborum *d. l.*, *quia me eloquentia*, &c. vid. *Lopen. ad Exhib. Cic. de Clar. orat.* 41. *l.* 7. *C. de Profeſſ. & Med.* In *d. l.* 27. autem recte legitur *Rhetorem*: olim autem male legebatur *Prætorem*: ex qua vitioſa lectione Bartolus aliique conantur probare, licitum eſſe citra crimen repetundarum remunerandi gratia dona Magiſtratibus dare, & illis permiſſum eſſe, dona illa accipere.

32. Ob

32. Ob liberos, poſt donationem ſuſceptos, non poſſe fieri revocationem, niſi in donatione facta à patrono in libertum, verius eſt. *l.* 8. *C. de Revoc. Don* non in aliis: non obſtant *l.* 30. *C. de Fideic. l.* 102. *D. de Cond. & Dem.* Nam ibi non agitur de donatione inter vivos, ſed de ultima voluntate, quæ facilius evaneſcit, quam negotium inter vivos contractum, ut donatio, quia per donationem ſtatim jus quæſitum eſt donatario, etiam vivo donatore, quod proinde ei ſine expreſſa legis auctoritate adimi non poteſt, ſecus ac in ultimis voluntatibus, quæ pro arbitrio teſtatoris facile revocari & immutari poſſunt, tam expreſſe, quam tacite, *l.* 3. §. *ult. l.* 8. *de Alim. leg.*

TIT. VI.

De Mortis causâ Donationibus.

Cod. 8. 57.

1. Impropria donatio eſt, *quæ vel non ex merâ liberalitate, vel non irrevocabili Jure fit.* Prioris ſpecies ſunt donatio propter nuptias, de quâ *ad tit. Sol. matr. theſ. ult.* & remuneratoria. *l.* 19. §. 1. *l.* 27. *l.* 34. §. 1. *de Don.* Ut & omnes donationes ſub modo factæ. *t. t. C. de Donat. quæ ſub modo.* Supr. *lib.* 35. *tit.* 1. *th.* 8.

2. Secundæ ſpecies eſt donatio mortis cauſâ, propter mortis ſuſpicionem facta. §. 1. *I. de Don. l.* 2. *& ſeq. l.* 35. §. 4. *h.*

3. A quâ differt donatio à moriente quidem, ſed nullâ habitâ mentione mortis facta, quæ inter vivos eſt. *l.* 42. §. *ult. h.*

4. Ut & illa, quæ fit cum pacto & clauſulâ

 de

de non revocando, quæ reverâ inter vivos, non, niſi conceptione verborum, mortis cauſâ donatio eſt. *l.* 27. *h. l.* 15. *in f. l.* 35. §. 4. *b. Nov.* 87.

5. Donatio mortis cauſâ convenit in quibusdam cum legatis, in quibusdam ab iisdem differt. *princ. Inſt. h.* Modos, in quibus convenit, vide in *l.* 1. *l. ult. C. h. l.* 5. *C. ad L. Falc. l.* 77. §. 1. *de Leg.* 2. *l. un.* §. 14. *C. de Cad. toll. l.* 2. *D. de Publ. act. l.* 9. §. *ult. l.* 10. *l.* 11. *de Don. int. V. & U. Nov.* 22. *c.* 44. §. *ult. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *de Adim. leg.* junct. *l.* 30. & *l.* 32. *h. t.*

6. Differentias ejus à legatis vide in *l.* 64. *in f. de Furt. l.* 86. *de Leg.* 2. junct. *l.* 10. *de Donat. l.* 38. *h. l.* 55. *de Q. & A. l.* 4. *de Ann. Leg. l.* 35. §. *ult. h. l.* 5. §. 17. *de His, quæ ut ind. l.* 7. §. 4. 5. *tit. præc. l.* 25. §. 1. *h.* junct. *pr. Inſt. Qui teſt. fac.*

7. Evaneſcit mortis cauſâ donatio (1. Si donator periculum, cujus intuitu donaverat, evaſerit. §. 1. *I. de Donat. l.* 29. *l.* 30. *l.* 35. §. 3. *h.* (2. Si donatarius ante donatorem moriatur. (3. Si donatorem pœnituerit. *d.* §. 1. *l.* 4. *de Adim. vel transf. l.* 16. *l.* 29. *l.* 30. *h.*

8. Reſciſsâ donatione, datur donatori ad rem recuperandam vel actio perſonalis, ſcilicet condictio cauſâ datâ, cauſâ non ſecutâ, *l.* 35. §. 3. *h.* vel actio in rem. *l.* 29. & *l.* 30. *h. t.*

9. Mortis cauſâ capio (ab hac donatione & re differens, & nomine) eſt, *acquiſitio propter mortem alterius obveniens*, quæ caret ſpeciali nomine; ut ſi quis ſervum teſtamento manumittat, ſi Titio decem dederit. *l.* 18. *l.* 31. *l.* 38. *h. t.*

D I.

DIGESTORUM

LIBER XL.

TIT. I.

De Manumiſſionibus.

Cod. 7. 15.

1. Manumiſſionis materia cum & ex Inſtitutionibus nota, & noſtrorum temporum uſu oblitterata ſit, indigna videtur, quæ vel noſtram, vel Auditorum diligentiam multum fatiget, aut exerceat. Docent autem potiſſimum hoc titulo Veteres JCti, qui manumitti poſſint, vel manumittere, & apud quos Magiſtratus.

2. Manumitti inter alios prohibentur ſervi ſpecialis pignoris vinculo obſtricti & obligati. *l.* 3. *b. l.* 1. *C. de Serv. pign. dat. man.* niſi creditori ſatisfiat, vel ſatis offeratur. *l.* 29. *pr. D. Qui & à quib. man.*

3. Alioquin manumitti poſſunt ſervi omnes cujuscunque conditionis vel ætatis, expreſſe manumitti non prohibiti, & manumittentis proprii. *l.* 2. *l.* 9. *b.*

4. Filius aut nepos ſine voluntate patris vel avi, cujus in poteſtate ſunt, manumittere non poſſunt. *l.* 22. *b.*

5. Manumiſſionis modi olim tres erant, Cenſus, Teſtamentum, Vindicta, *Cic. in Topic.*

TIT. II.

De Manumiſſis vindictâ. Cod. 7. 1.

1. Vindicta eſt *virgula quædam*, *quam lictor capite ſervi*, *raſo capite*, *ad Prætorem deducti*, *imponebat*; quem dominus, ſervi caput vel alind membrum tenens, ſolenni formulâ liberum eſſe jubebat. *Boët. ad Topic. Cicer. Feſt. Perſ. Sat.* 5. *v.* 75. 78. *Sen. Ep.* 8. *Claud. in* 4. *Conſul. Honor. v.* 615. *Horat. lib.* 2. *Sat.* 7. *v.* 74. 75. *l.* 12. §. 2. *de Lib. cauſ. l.* 19. §. 4. *de Re mil.*

2. Manumiſſio vindictâ cum ſit actus legitimus; *l.* 77. *de R. J.* conſequitur, eam vicariâ procuratoris operâ non poſſe expediri. *l.* 3. *C. h. l.* 123. *de R. J.*

3. Niſi quod pater manumittere poſſit per filiumfamilias. *l.* 16. *de Manum. l.* 30. §. 1. *Qui & à quib. man.* ut & per filium emancipatum, & avus per nepotem. *l.* 22. *h. l.* 1. §. *ult. C. Comm. de manum.*

TIT. III.

De Manumiſſionibus, quæ ſervis, ad Univerſitatem pertinentibus, imponuntur. Cod. 7. 9.

1. Sed & Civitates ac Univerſitates ſervos ſuos, per actores ſuos, ſeu ſyndicos, manumittere poſſunt. *l.* 1. *h.*

TIT. IV.

De Manumiſſis teſtamento. Cod. 7. 2.

1. Servi teſtamento manumittebantur, vel directò, vel per fideicommiſſum.

2. Di-

2. Directò manumiſſi dicuntur liberti Orcini, quaſi patroni, ad Orcum, ſeu ad inferos, demiſſi. *Ulp. Fragm. tit.* 2. §. 8. & §. 2. *I. de Sing. reb. per fid. rel. l.* 49. *tit. ſeq. l.* 5. *Qui ſine manum. ad libert. perven. l. un.* §. 7 *C. de Latin. lib. toll.* v. & *Sueton. in Aug. c.* 35.

3. Servo alieno directò relicta libertas, nec directò, nec fideicommiſſi jure valet. *l.* 68. §. *ult. l.* 108. §. 9 *de Leg.* 1. *l.* 39. *h. l.* 9. *C. h. d.* §. 2. *I. h.* nec eſt contrarium in *l.* 24. §. 10. *tit. ſeq.*

TIT. V.

De Fideicommiſſariis libertatibus.

Cod. 7. 4.

1. Fideicommiſſaria libertas eſt, quæ, ex voluntate teſtatoris, interveniente facto heredis, præſtatur, non modò ſervis teſtatoris, ſed & heredis, legatarii, & cujuslibet alterius. §. 2. *I. de Reb. ſing. l.* 16. *D. h.*

2. Poteſtas autem teſtamento manumittendi Jure novo, abrogatâ Lege Fuſiâ Caninia, latisſimè patet. *t. I.* & *C. de L. Fuſ. Can. toll.*

3. Servus ex cauſâ fideicommiſſi manumiſſus, licet libertus fiat heredis manumittentis, *d.* §. 2. *I. l.* 7. *C. h.* heres tamen nec operas liberto imponere, nec impoſitas petere poteſt. *l.* 29. *pr. de Bon. libert.*

4. Succeſſu temporis plures manumittendi modi ſunt introducti, veluti in SS. Eccleſiis, *tit, C. de His, quæ in Eccl. man,* per epiſtolam, per nuncium, inter amicos, per menſam, aliique, de quibus conſulendi *Arn. Vinnius* ad *tit. Inſt. de Libert.* & alii.

TIT. VI.

De Ademptione libertatis.

1. Libertas ultimâ voluntate data, pro lubitu teſtatoris teſtamento, vel codicillis adimi & revocari poteſt. §. 1. *I. de Her. inſt. l. un. h. l.* 10. §. 1. *de Man. Teſtam.*

TIT. VII.

De Statuliberis.

1. Statuliber eſt, *cui directa libertas in teſtamento ſub conditione, vel in diem relicta eſt. Ulp. fragm. tit.* 2. *l. pen.* §. *ult. C. de Neceſſ. ſerv.*

2. Qui, licet in quibusdam pro libero habeatur, *l.* 9. §. *ult. de Pœn. l.* 14. *de Quaſt.* interim tamen verè ſervus eſt heredis. *Ulp. d. tit. l.* 9. *l.* 29. *h. l.* 12. §. *ult. Fam. erc. l.* 8. §. 1. *de Quaſt. l.* 11. *pr. de Leg.* 2.

TIT. VIII.

Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniant. Cod. 7. 13.

1. Ipſo Jure, ſine manumiſſione, interdum libertatem adipiſcuntur ſervi. Exempla vide in *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 6. §. 1. *l. pen. l. ult. h. t. l. ult. C. Si mancip. ita fuer. alien. l.* 2. *l.* 4. *C. h. t.*

TIT. IX.

Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt, & ad Legem Æliam Sentiam. Cod. 7. 11.

1. Verſâ vice aliquando ſervi, licet ritè manumiſſi, libertatem non conſequuntur, ut ſi manumiſſi ſint in fraudem creditorum; quo caſu, ſi creditores reverà ſint læſi, ex Lege Ælia Sentiâ ipſo Jure nulla eſt manumiſſio. *pr.* & §. 3. *l. h. l.* 27. *h. l.* 15. *Quæ in fraud. cred. l.* 1. *C. Qui man. non poſſ.*

2. In fideicommiſſaria libertate etiam ſolum creditorum damnum ſufficit, etſi animus fraudandi abſit. *l.* 4. §. 19. *in f. D. de Fideic. libert. l.* 1. & *ult. C. Qui man. non poſſ.*

3. De Servo à domino, viginti annis minore, ſine cauſæ cognitione, manumiſſo, vide §. 4. & 5. *I. h.* De ſervo manumiſſo à dominâ adulterii ſuſpectâ vide *l.* 12. §. 1. *h.* & *pr. I. de Hæred. inſt.* junct. *l.* 32. *C. ad Leg. Jul. de Adult.*

TIT. X.

De Jure aureorum Annulorum. Cod. 6. 8. Nov. 78.

1. Annulum aureum non modò Ordinis Equeſtris, *Sueton. in Cæſ. c.* 39. *Sen. Controv. lib.* 7. *Decl.* 3. *Macrob. Saturn. lib.* 2. *c.* 10. ſed & Ingenuitatis inſigne & ornamentum fuiſſe, tralatitium eſt. *Plaut. in Caſin. Act.* 2. *Sc.* 5. *v.* 63. *Plin. Hiſt. Nat. lib.* 33. *c.* 2.

2. Unde liberti, qui jus aureorum annulorum à Principe (nam patronus hoc jus dandi poteſta-

tem

tem non habebat) impetraſſent, ingenui habebantur, ſed ſalvo jure Patronatus. v. *Tacit. Hiſt.* 1. *c.* 13. *Suet. in Galbâ c.* 64. *in Vitell. c.* 12. *l.* 3. *l. pen.* & *l. ult. h. t. l.* 10. §. 3. *de In Jus voc. l.* 44. §. *ult. de Exc. tut. l.* 33. §. 2. *de Cond.* & *Dem.* vide *Lipſ. Elect. lib.* 2. *c.* 8. & *Joh. Kirchmann. in Tract. de Annulis c.* 12.

3. Jure noviſſimo, etiam ſine hoc beneficio, omnes manumiſſi, ipſo jure, ſalvo tamen jure patronatus, ingenui fiunt. *Nov.* 78. *c.* 1.

TIT. XI.

De Natalibus reſtituendis.

Cod. 6. 8. *Nov.* 78.

1. Qui natalibus à Principe, conſentiente Patrono, reſtituebantur, jura ingenuitatis, ſublato jure patronatus, conſequebantur, perinde atque ſi ingenui nati fuiſſent. *l.* 2. *l.* 3. *l. ult. h. l.* 3. *C. de Bon. libert. l.* 10. §. 3. *de In Jus voc.*

2. Jure novo natalium reſtitutio, etiam ſine reſcripto Principis, patrono, jus ſuum remittere volenti, conceſſa eſt. *d. Nov.* 78. *c.* 1.

TIT. XII.

De Liberali cauſa. *Cod.* 7. 16.

1. Cum ſervis jus non eſſet Lege agendi, olim pro eo, qui in ſervitute detinebatur invitus, libertatis aſſertor, vel cognatus, vel extraneus, cui jus agendi competebat; pro eo autem, qui volens ſerviebat, etiam invito, pa-

ter

ter aſſertor audiebatur. *l.* 1. *& ſeqq. h. princ. Inſt. De iis per quos ag.*

2. Quo aſſertionis jure poſtea ſublato, ipſe in ſervitute detentus jus ad libertatem proclamandi habet; qui vero in quaſi poſſeſſione libertatis eſt, vel ipſe, vel per procuratorem cauſam agit contra eos, qui ei ſtatus quæſtionem moverunt. *t. C. de Aſſert. toll.*

3. Idque perpetuò: nam cauſæ libertatis nullo tempore præſcribitur. *l. ult. C. de Long. temp. præſcr. quæ pro libert. & non contra lib. oppon.*

4. Quæ diſceptatio coram majoribus Magiſtratibus expedienda eſt. *l. ult. C. Ubi cauſ. ſtat. l.* 32. *§.* 7. *de Rec. arb. l.* 35. *§. ult. de Fid. lib. l.* 1. *C. Si manc. ita vend.*

TIT. XIII.

Quibus ad libertatem proclamare non licet. Cod. 7. 18.

1. Ad libertatem proclamare non licet iis, qui, cum majores eſſent 20. annis, ad pretium participandum ſe venundari paſſi ſunt *l.* 1. *l.* 3. *h.* ut nec ſervis, qui Domino ſurrepti à raptore manumiſſi ſunt. *l.* 2. *h.t* nec aliis quibusdam, quos recenſere omnes nihil attinet.

TIT. XIV.

Si ingenuus eſſe dicetur.

1. Si quis à non liberto operas exigat & obſequia, præjudicio agi poteſt ad id, ut actor ingenuus pronuncietur. *l. ult. h.* Qua de re prodita

dita etiam eſt celebris illa actio ex *Lege Diffamari* 5. *C. de Ingen. manum.*

TIT. XV.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. Cod. 7. 21.

1. Quæſtio, utrum defunctus libertus fuerit, an ingenuus, poſt quinquennium, in præjudicium ingenuitatis, moveri nequit. *l. 1. h. t.*

2. Niſi defunctus, dum in fugâ latitat, mortuus ſit. *l. ult. C. h. t.*

3. Ut autem is, qui credebatur libertus, pronuncietur ingenuus, etiam poſt quinquennium quærere & pronunciare licet. *l. 3. h. t.* ut & an emancipatio filiifamilias rectè facta ſit, an non. *l. 5. C. h. t.*

TIT. XVI.

De Colluſione detegenda. Cod. 7. 20.

1. Colluſio eſt *ſpecies litis, dicis gratiâ inſtitutæ, ſeu ludus quidam inter litigatores, id ex compacto agentes, ut unus ſe ab altero vinci patiatur.*

2. Si ſervus vel libertus, colludente domino, aut patrono, ingenuus ſit pronunciatus, ſervus aut libertus redigitur in poteſtatem ejus, qui collusionem intra quinquennium detexit. *l. 1. l. 2. & ſeqq. h. t.*

D I-

DIGESTORUM

LIBER XLI.

TIT. I.

De Adquirendo Rerum Dominio.

1. Dominium latiſſime acceptum eſt *jus*, *quo nobis vel perſonæ, vel res, ita obnoxiæ & devinctæ ſunt, ut de iis pro lubitu ſtatuendi legitimam facultatem habeamus*. v. *l. 9. de L. Rhod. de Jact. l. 1. C. de Sent. & interl. l. 22. l. 23. C. de Precar. l. 195. §. 2. de V. S.*

2. Quo ſenſu accipitur non modo de re corporali, ſed & de omni jure, quo res aliqua, etiam incorporalis, eſt noſtra. *l. 17. Quib. mod. uſ. am. l. 10. §. 3. h. l. 3. Si uſ. pet. l. 8. pr. de Reb. auct. jud.* cum alioquin propriè nullum ſit rerum incorporalium dominium. *l. 4. D. Comm. divid. §. 40. I. h. t.*

3. Stricte ſumptum eſt omne jus in re. *l. 3. C. Ubi in rem. act. l. 11. C. de Omni agr. deſ. l. 15. §. 8. Quod vi aut clam. l. 3. Si uſ. pet. l. 48. de Her. inſt. l. 8. de Reb. auct. jud. poſſid.*

4. Strictiſſime acceptum dominium eſt *jus in re, quo res eſt noſtra, ſic ut de eâ libere diſponere, ejuſque poſſeſſionem a quocunque vindicare poſſimus. §. ult. I. de Uſufr. l. 21. C. Mand. infr. th. 2. & ſeq.*

5. (1. Eſt vel plenum, vel minus plenum, ſive nudum. Plenum, *cum quis habet proprietatem*

tem cum utilitate conjunctam. l. 17. Quib. mod. uſ. am. l. 17. in f. de R. V. l. 126. §. 1. de V. O. Minus plenum, *cum quis vel proprietatem ſine utilitate, vel utilitatem ſine proprietate habet.* Atque hoc, docendi cauſâ, dicitur vel directum, vel utile. Directum, *cum quis proprietatem habet ſine utilitate*, ut dominus fundi uſufructuarii, tendi, vel emphytheuſeos. v. *l. 57. de Uſufr. l. 33. de R. V. lib. 2. Feud. tit. 8. l. 1. §. 1. Si ager vect. l. 1. §. 3. de Superf. l. 6. §. pen. C. de Bon. quæ lib.* Utile, *cum quis utilitatem ſine proprietate habet. l. 3. Si uſ. pet. l. 8. pr. de Reb. auct. jud.*

6. (2. Dominium eſt vel naturale, *quod modis acquirendi dominii juris gentium acquiritur*; vel civile, idque iterum vel in ſpecie ſic dictum, *quod ex civilibus & legitimis cauſis deſcendit*, vel Prætorium, *quod quis ex Prætoriâ juriſdictione conſequitur. pr. I. l. 1. & l. ſeqq. D. de Bon. poſſ. l. 14. §. 1. de Rel. l. 11. de Adq. Poſſ. §. 4. I. de Action. l. 70. §. 1. de V. S.* Scilicet quoad effectum, nam Prætor & Judex proprie dominium transferre, aut aliquem dominum facere non poteſt; hoc enim eſt ſolius legis & Principis. *l. ult. C. de Jur. dom. impetr. tit. de Diſtr. pign. th. ult. & tit. de Damn. inf. th. 11. & 13.*

7. (3. Eſt vel temporale, vel perpetuum. v. *l. 12. §. 2. Fam. erc. l. 48. h. l. 12. §. 5. de Uſufr. l. 15. in f. de Quæſtionib. l. 66. de R. V. l. 30. C. de Jur. dot.*

8. (4. Olim erat vel bonitarium, vel quiritarium. Bonitarium, ſeu naturale, *quo res per traditionem, ex juſtâ cauſâ factam, citra uſucapionem, in Jure ceſſionem, aut mancipationem acquiſita, utilitatem præſtat.* Quiritarium, ſeu Civile, *quod ex Lege* XII. *Tabb. ſolenni modo per manci-*

pa-

pationem, *ceſſionem in Jure*, *aut uſucapionem adquiritur*, v. *Ulp. tit.* 19. quam differentiam ſuſtulit Juſtinianus in *l. un. C. de Nud. Jur. Quir. toll.*

9. Modi adquirendi dominii vel ſunt Juris Naturalis ſive Gentium, vel Juris Civilis.

10. Modi Juris Gentium commodè referri poſſunt ad apprehenſionem, & acceſſionem.

11. Apprehenſio eſt *modus acquirendi*, *quo quis eo animo rem apprehendit*, *ut ſuam faciat.* Eaque locum habet vel in rebus per traditionem ad nos delatis, vel in rebus nullius, quæ dicitur occupatio.

12. Occupatio eſt *apprehenſio rei nullius*: quod enim eſt nullius, naturali ratione cedit occupanti. §. 12. *I. l.* 30. §. *ult. l.* 44. *D. h.* Exempla v. in § 12. *& ſeqq. uſq. ad* §. 19. *&* §. 46. *h. t.*

13. Quæ regula locum habet in rebus nullius quidem, ſed tamen ita comparatis, ut in dominium alicujus pervenire poſſint. *dd. ll.*

14. Ut & in rebus ex hoſtibus captis. §. 17. *I. l.* 5. §. *ult. l.* 7. *D. h. l.* 1. §. 1. *de Adquir. Poſſ.* Quæ, ſive mobiles ſint, ſive immobiles, fiunt capientium, ſive per ſe, ſive per alios capiant. *l.* 1. §. 20. *de Adquir. Poſſ. l.* 53. *h.*

15. Unde conſequitur, res bello captas cedere non militibus ſingulis, ſed ipſi Reip. aut Principi, cujus auſpiciis & ſumptibus bellum geritur. *l.* 20. §. 1. *de Capt. & Poſtl. l.* 31. *de Jur. Fiſc. l. pen. ad L. Jul. pec. Gell.* 13. 24.

16. Quanquam ſæpe res mobiles inter milites diſtribui, immobiles veteranis aſſignari, vel per Cenſores locari, aut vendi ſolerent, vel iis vectigal ſtipendiarium imponi. *l.* 15. §. 2. *de R. V. l.* 11. *de Evict. l.* 16. *h. t. Suet. in Cæſ. c.* 38.

in Aug. c. 13. §. 40. *I. h. t. & ibi DD.*

17. Quod ſi res mobiles capiantur extra actum & miniſterium belli publicum, & imperatum, cedunt ſingulis capientibus. *l.* 51. §. 1. *h. l.* 12. *de Capt.* ubi pro *ſuo facto*, leg. *ſuo fato*, v. *l.* 2. *de Cond. & Dem. Tac. de Orat. c.* 17. *Grot.* 3. *de Jur. Bell. & Pac. cap.* 6. §. 12.

18. Ad occupationem quodammodo pertinet theſauri inventio. §. 39. *I. h.* Eſt autem Theſaurus, *depoſitio pecuniæ, cujus memoria non exſtat, ut jam dominum non habeat. l.* 31. §. 1. *h. l.* 63. *eod. l un. C. de Theſaur.* (x. 15.) *Nov. Leon.* 51. v. *l.* 67. *de R. V.*

19. Theſaurus, à domino in loco proprio inventus, cedit domino, niſi eum magicis artibus invenerit. *d.* §. 39. *d. l. un.* Proprius autem is etiam hic intelligitur, in quo alius vel uſumfructum, vel dominium civile, ſeu temporarium habet. v. *l.* 63. §. 3. *h. l.* 7. §. 12. *Sol. mat.* Quid juris ſit, theſauro invento per virgulam divinatoriam, ſive Mercurialem, vulgo Wichelroede? vid. ap. *Muller. ad Struv. Syntagm. h. t. n.* 53. & *Hopp. ad* §. 39. *Inſt. de R. D.*

20. Theſaurus planè ab emphyteutâ inventus in fundo vectigali videtur cedere emphyteutæ, tanquam domino utili, arg. *l.* 15. §. 1. *D. Qui ſat. cog. l.* 1. §. 1. *Si ag. vect.*

21. Eadem ratione in loco ſacro vel religioſo privato inventus cedit domino, qui ſenſus eſt *d.* §. 39.

22. Acceſſio eſt *modus acquirendi Juris Gentium, quo, vi & poteſtate rei noſtræ, aliam acquirimus.*

23. Eſt vel naturalis, vel artificialis, vel mixta. Naturalis, *quæ fit ſolius naturæ opera & be-*

beneficio. Artificialis, *quæ fit ſolo labore & induſtriâ humanâ.* Mixta, *quæ fit naturæ beneficio, cum induſtriâ humanâ conjuncto.*

24. Naturalis fit. 1. Per fœturam. 2. Per alluvionem. 3. Per appulſionem. 4. Per inſulam in flumine natam. 5. Per alveum à flumine derelictum.

25. Per fœturam acquirimus, quicquid ex animalibus noſtris naſcitur. §. 19. *I. b. l.* 2. *l.* 6. *eod. l.* 25. *de Uſur. l.* 7. *l.* 11. *C. de R. V. l.* 5. §. 2. *D. eod.*

26. Alluvio eſt *incrementum latens, quo quid agro noſtro ita paulatim adjicitur, ut intelligi non poſſit, quantum ſingulis temporis momentis adjiciatur.* §. 20. *I. de R. D. l.* 1. *C. de Alluv.*

27. Locum habet in agris arcifiniis, ſeu terminum naturalem, arcendis hoſtibus idoneum, ſcilicet flumen, habentibus. Non in agris limitatis. *l.* 16. *b. l.* 1. §. 6. *de Flum.* Nam etiam inſula in vicinia illorum agrorum agnata, non proximis poſſeſſoribus, ſed primo occupanti cedit, cum tamen ex ratione Juris potius videatur eſſe publica, ut ipſum flumen.

28. Denique in fluminibus, non in lacubus aut ſtagnis. §. 20. *I. l.* 12. *D. b. l.* 24. §. *ult. de Aq. & Aq. Pluv.*

29. Commodum alluvionis pertinet ad eos, quorum agris incrementum acceſſit, non ad fiſcum. *l. ult. C. de Alluv. l.* 10. *de R. J.* junct. *l. unic.* §. 4. *C. de Caduc. toll.* ut tamen tanto plus tributi nomine præſtet poſſeſſor, quantum ei terræ, alluvionis beneficio, acceſſit. *l.* 2. *C. eod.*

30. Appulſio eſt, *quâ vis fluminis partem, vicini prædio detractam, vicini prædio appellit. quæ dominium tribuit, ex quo pars fundi cum prædio coa-*

luit. §. 21. *I. l.* 7. §. 2. *b. l.* 9. §. 2. *de Damn. inf.*

31. Inſula in medio flumine nata, & proprietate & uſu, fit eorum, qui prope ripam prædia poſſident, pro latitudine cujusque fundi, quæ propè ripam eſt. §. 22. *I. l.* 7. §. 3. *b. l.* 29. *l.* 56. *l.* 30. *b. t. l.* 1. §. 6. *de Flumin.* Nec eſt contrarium in *l. pen.* §. *ult b.* nam ibi cum Hottomanno legendum videtur, *Non ſi id*, *&c.*

32. Alveus à flumine derelictus, eodem acceſſionis jure, cedit vicinis poſſeſſoribus, pro modo & latitudine prædiorum. §. 23. *I. l.* 7. §. 3. *l.* 29. *l.* 30. *D. b. t.* & vice verſâ, novus, quem ſibi flumen fecit, fit publicus. *d.* §. 23. *l.* 1. §. 7. *de Flum. l.* 30. §. 3. *b. t.* Quem ſi iterum derelinquat, is non revertitur ad dominum, ſed eadem ratione cedit vicinis poſſeſſoribus. *d.* §. 23. niſi flumen exiguo tempore poſt, eodem quaſi impetu, in priſtinum locum revertatur: tum enim ratio æquitatis non patitur, dominum proprietate rei ſuæ, ob ſubitaneam & temporariam fluminis mutationem, privari. *l.* 7. §. 5. *d. l.* 30. §. 3. *b. t. l.* 23. *Quib. mod. uſ. amit.*

33. Inundatio, quâ flumen, retento alveo, extra ripas ſe effundit, & deinde priſtinum curſus ſui rigorem repetit, dominium non mutat. §. 24. *I. l.* 1. §. 9. *de Flumin.* Quamvis poſſeſſionem auferat. *l.* 3. §. 17. *de Adip. poſſ. l.* 30. §. 3. *eod.* & uſumfructum. *l.* 24. *Quib. mod. uſ.* Quæ tamen, recedente aquâ, reſtituuntur. *d. l.* 24. *l.* 1. §. 9. *de Itin. act. priv.*

34. Ad acceſſionem artificialem pertinent. 1. Specificatio. 2. Confuſio. 3. Commixtio. 4. Adjunctio: cujus ſpecies ſunt ſcriptura, intextura, inædificatio.

35. Specificatio eſt *modus acquirendi*, *quo*

quis

quis ex alienâ materiâ eo animo novam ſpeciem facit, ut eam ſibi acquirat. Quo caſu materia formæ, nova ſpecies ſpecificanti cedit; niſi nova ſpecies ad priorem rudem maſſam reduci poſſit. §. 25. *I. l.* 7. §. 7. *D. h. t. l.* 24. *h. l.* 78 §. 4. *de Leg.* 3. *l.* 27. §. 1. *h. t.* exempla v. in *d.* §. 25. *Inſt.* & *l.* 26. *h.* cui non eſt contraria *l.* 61. *de R. V.* Nam *carina* ibi ſignificat fundum, ſive fundamentum navis, cui illa inædificatur, adeoque navis non jure ſpecificationis, ſed jure acceſſionis, cedit carinæ, ut acceſſorium cedit ſuo principali. vid. *Feſt. in voce Carinantes. l.* 28. *h. t. l.* 24. §. *ult. de Legat.* 1. Cæterum veteres hac in re non ſemper conveniſſe, conſtat ex *d. l.* 28. *h. t.* & *d. l.* 61. *de R. N.* in verbis: *Julianus notat:* ut & ex §. 23. & 34. *Inſt. de R. D.*

36. Modo quis novam ſpeciem fecerit ſuo nomine. *l.* 25. *l.* 27. §. 1. *h.* Bonam fidem, & ignorantiam, rem eſſe alienam, non requirimus. *d.* §. 25. *d. l.* 7. arg. *l.* 9. §. 3. *ad Exhib.* §. 26. *in f. h. l.* 26. *eod.* nec movent in contrarium §. 30. *I. h. l.* 12. §. 2. *ad Exhib. l.* 14. §. *ult. de Cond. furt. l.* 29. §. 1. *de Don. int. V. & U.*

37. Confuſio eſt *duarum materiarum liquidarum inter ſe & in unum corpus permixtio.* De quâ vide §. 27. *I. h. t.*

38. Commixtio propriè eſt *corporum aridorum confuſio, ſic tamen ut diſcreta maneant, & ſuam ſingula ſpeciem retineant;* ut ſi frumentum cum frumento, aut farina cum farinâ, nummi cum nummis, inter ſe miſceantur. De quâ vide §. 28. *I. l.* 7. §. 8. *h. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5. *de R. V. l.* 78. *D. de Solution.*

39. Adjunctio, ſive conjunctio, eſt *plurium re-*

rerum, diſcretâ manente earum ſubſtantiâ, inter ſe copulatio, ut vel rebus noſtris junctæ, iis tanquam baſi & fundamento innitantur, vel tanquam additamenta aut ornamenta accedant. v. *l.* 23. §. 2. & 5. *de R. V. l.* 26. §. 1. *b. t. l.* 7. §. 2. *ad Exhib. l.* 19. §. 13. *de Aur. arg. leg.*

40. De adjunctione tenenda regula eſt: Omnem rem, quæ alterius rei ita jungitur, ut vel pars ejus fiat, vel ſine eâ, ut fundamento ſuo, conſiſtere nequeat, cedere rei, cui, tanquam principali, jungitur. Exempla vide in §. 26. 29. 30. 31. 32. 33. *l. b. t.* Exceptio eſt in picturâ, cui tabula cedit, ob præſtantiam artis. §. 34. *I. eod.*

41. Ad acceſſionem mixtam pertinet (1. Plantatio, de quâ v. §. 31. *I. l.* 7. §. *ult. l.* 26. §. 2. *D. b. t.* (2. Satio, de quâ v. §. 32. *I. l.* 9. *pr. D. b. t.* (3. Fructuum, à bonæ fidei & juſti tituli poſſeſſore facta, perceptio, de qua v. §. 35. *I. l.* 48. *D. b.* & quæ dicta ſunt ad *tit. de R. V. theſ.* 29. & *ſeq.*

42. Dictum eſt de primâ apprehenſionis ſpecie, occupatione; ſequitur ſpecies altera, traditio.

43. Traditio eſt *datio poſſeſſionis*. Eſtque vel vera, vel quaſi traditio.

44. Vera (quæ & naturalis dicitur, *l.* 8. *de Pecul.*) eſt rei mobilis de manu in manum translatio, vel in poſſeſſionem rei immobilis inductio. §. 40. *I. b. l.* 1. §. *pen. l. pen.* §. *ult. l.* 3. §. 1. *D. de Acq. poſſ.*

45. Quaſi traditio eſt duplex. (1. Quæ fit per fictionem *brevis manus*. (2. Quæ fit per Symbolum ſive ſignum.

46. Traditio per fictionem brevis manus fit, *cum*

cum res ſemel tradita, poſteà ex aliâ causa pro iterum traditâ habetur, adeoque una traditio duarum vice fungitur. §. 43. *I. l.* 9. §. 5. *D. h. l.* 43. §. 1. *de Jur. dot. l.* 3. §. *pen. de Don. int. V. & U.* Cui opponitur traditio *longæ manus.* v. *l.* 79. *de Solut.*

47. Traditio ſymbolica eſt, *cum ſymbolum vel ſignum traditionis habetur pro traditione.* Exempla v. in §. 44. *I. h. l.* 9. §. 6. *D. h. l.* 77. *de R. V. l.* 18. §. 2. *l.* 51. *de Acq. Poſſ. l.* 14. *inf. de Per. & Comm. l.* 1. *C. de Donat.*

48. Ad transferendum per traditionem dominium ſufficit quælibet ſive ficta, ſive vera traditio cum juſto titulo conjuncta, *l.* 31. *D. h. l.* 1. *& ſeqq. de Publ. in rem act.* & mutuâ tradentis atque accipientis voluntate facta. *l.* 55. *de O & A.*

49. Modo tradens habeat alienandi poteſtatem. §. 40. 42. *I l.* 9. §. 3. *b.* §. 2. *I. Quib. alien.* & res alienari poſſit. v. §. 8. *h.* §. 2. *de Inut. ſtip.* § *ult. de contrah. empt.* & in emtione pretium ſolutum, aut fides de pretio habita fuerit. §. 41. *I. h. t. l.* 19. *l.* 53. *de Contr. emt.* Quo ſenſu intelligenda eſt regula *legis* 20. *C. de Pact.*, traditionibus & uſucapionibus dominia rerum, non nudis pactis, transferuntur. vide & *l.* 15. *l. pen. C. de R. V. l.* 6. *C. de Her. vel act. vend.*

50. Ad transferendum tamen per traditionem dominium verius eſt, non requiri inductionem in vacuam poſſeſſionem, arg. *l.* 118. *de R. J. l.* 54. §. *ult. h.* junct. *l.* 10. §. 4. *eod. l.* 16. *de Fundo dot. l.* 2. §. 1. *de Act. empt.* junct. *l.* 1. §. *ult. Quæ in fraud. l.* 10. §. 2. junct. *l.* 1. *de Cond. furt.* Diſſ. alii, ſed ſine ratione. Facilis enim eſt reſponſio ad *l.* 22. *de Acq. Poſſ. l.* 4. §. 12.

 de

de Uſuc. l. 3. §. 5. & 7. *l.* 6. §. *ult. de Acq. poſſ. l.* 3. §. 1. *de Act. empt. l.* 8. *C. eod. l.* 12. *C. de Prob. l.* 13. *C. de Diſtr. pign. l.* 47. *de R. V.*

51. Error in cauſâ impedit translationem dominii. *l.* 35 *h. l.* 57. *de O. & A. l.* 34. *tit. ſeq.* Quanquam is, qui rem accepit, condictionem ſeu repetitionem dantis quandoque exceptione doli excludere poſſit. *l.* 18. *de Reb. Cred.* Quâ in re videtur Ulpianus diſſenſiſſe à Juliano in *l.* 36. *h. t.*

52. Dolus, licet cauſam dederit contractui bonæ fidei, non impedit translationem dominii. *l.* 7. *de Dol. l.* 10. *C. de Reſc. vend.* Ut nec metus. *d.* §. 40. junct. *l.* 21. §. 5. *Quod met. causâ.*

53. Hæc tradendi neceſſitas ceſſat in illis cauſis, ex quibus ipſo Jure transfertur dominum, ut (1. In hereditatibus & bonorum poſſeſſionibus. *l.* 63. *ad SC. Treb. l.* 1. *de Bon. Poſſ.* (2. In legatis. *l.* 64. *de Furt. l.* 80. *de Leg.* 2. (3. In Commiſſis. *l.* 14. *de Vectig.* (4. In arrogatione. *Tit. Inſt. de Acquiſit. per arrog. l. pen.* §. 2. *de Bon. Poſſ. ſec. tab.* (5. In adjudicatione, in Judiciis diviſoriis. § *ult. I. de Off. judic Ulp. fragm. tit.* 19. §. 16.

54. Sed & in transferendo per contractum dominio ceſſat tradendi neceſſitas (1. In contractu Societatis omnium bonorum. *l.* 1. § 1. *l.* 3. *Pro ſoc.* (2. In conſtituto poſſeſſorio, veluti in donatione, retento uſufructu. *l.* 28. *l.* 35. §. *ult. C. de Donat.* v. & *l.* 18. *tit. ſeq. l.* 77. *d. R. V.*

55. A regulâ *legis* 55. *de O. & A.* eceptio eſt in miſſilibus, quæ à Principe, Conſulibus, Prætoribus, aliiſve Magiſtratibus in vulgus, adeoque in incertam perſonam, ſparguntur, cum effectu dominii transferendi in accipientem. *l.* 9. §. *pen.*

§. *pen. D.* §. 45. *I. h. Sueton. in Aug. c.* 98. *in Cal. c.* 18. *in Ner. c.* 11. *in Veſp. c.* 4.

56. Rerum abjectarum, & pro derelictis habitarum, licet nondum ab aliis occupatarum; ſtatim amittitur dominium. §. 46. *I. h. l.* 1. *Pro derel. l.* 43. §. 5. *de Furt.* Res, quam non dominus pro derelicta habuit, acquiritur occupanti per uſucapionem. *l.* 4. *Pro derelicto.*

57. Longe alia cauſa eſt rerum, quæ levandæ navis cauſa in tempeſtate ejiciuntur, in quibus dominium jacientibus ſalvum manet, & furtum in illis ab occupantibus committitur. §. *ult. Inſt. l.* 9. §. *ult. h. l.* 2. *in f. l.* 9. *de L. Rhod. de Jact. l. pen. Pro derel. l.* 58. *h. l.* 21. §. 1. *de Acq. Poſſ. Auth. Navigia. C. de Furt. tit. C. de Naufrag.* (XI. 5.) *l.* 7. *l. ult. de Incend. ruin. naufr.* Secus ſi quis ſimpliciter ſine neceſſitate res in mare projiciat, qui ſenſus eſt *l.* 43. §. *pen. de Furt.*

58. Ex eadem ratione rerum de curru cadentium, vel aliter deperditarum, dominium non amittitur, nec ſine furti vitio occupantur, ne quidem ab illis, qui, quorum res ſint, ignorant. *d.* §. *ult.* 43. §. 5. *& ſeqq. de Furt. l.* 8. *C. Unde Vi.*

59. Tantum eſt de acquirendo dominio Jure Gentium per acceſſionem & apprehenſionem. Ne autem per acceſſionem artificialem, veluti per ſpecificationem, confuſionem, aut adjunctionem, domini conditio ſine facto ejus fiat deterior, & alteri dolus ſuus, vel factum, etiam innocens, per occaſionem Juris Civilis, contra naturalem æquitatem, proſit; *l.* 11. *l.* 206. *de R. J. l.* 14. *de Cond. ind. l.* 1. *de Doli & met. exc.* receptum eſt, ut damnum farciatur ei, cujus res alteri, his modis, acquiſita eſt, & quidem per actionem utilem in rem, *l.* 9. §. 2. *h. l.* 5. §. 3.

de R.V. Inſr. th. 65. vel per actionem in factum. *l.* 23. §. 5. *de R.V. l.* 11. *de Pr. Verb.*

60. Utpote cum priſtinus dominus, poſt dominium hoc modo amiſſum, neque rei vindicatione, ſcilicet directa, neque ad exhibendum amplius experiri poſſit. *l.* 23. *de R.V. l.* 3. *ad Exhib.*

61. Præterquam quod dominus rei, furto ſurreptæ, ut alteri accederet, vel ex eâ nova ſpecies fieret, actionem furti, & condictionem furtivam habeat. §. 26. *I. h. l.* 10. §. 2. *l.* 12. *l.* 14. §. *ult. D. de Cond. furt.*

62. Ut &, contra quemvis poſſeſſorem, actionem ad exhibendum, ut res ſeparetur & tunc vindicetur. *l.* 6. *l.* 7. *ad Exhib. d. l.* 23. §. 5. *de R.V.*

63. Niſi quod de tigno alieno, ædibus noſtris juncto, ſtante ædificio, non rei vindicatione, nec ad exhibendum, ſed actione de tigno juncto in duplum agi poſſit. *d.* §. 29. *l.* 1. *de Tign. juncto. l.* 23. §. *pen. de R.V. l.* 6. *ad Exhib.* tam contra bonæ, quam malæ fidei ædificatorem. *d. l.* 1. *l.* 7. §. 10. *h. l.* 63. *de Don. int. V. & U.* v. *infra tit. de Tigno juncto.*

64. Diruto ædificio, intereſt, an quis malâ, an bonâ fide junxerit. Qui malâ fide junxit, licet duplum jam præſtiterit, de ipſo tigno conveniri adhuc poteſt, non qui bonâ fide junxit. *dd. ll. d.* § 29. *l. ult. de Tig. juncto.*

65. Domino tabulæ pictæ conſulitur per utilem rei vindicationem. §. 34. *I. h.* Simile exemplum v. in *l.* 5. §. 3. *de R.V. l.* 29. §. 1. *l.* 30. *de Donat. int. V. & U.*

66. Ei, qui in alieno ſolo bonâ fide ædificavit, conſulitur per exceptionem doli mali, ſi ſit in poſſeſſione, ad conſequendum pretium ma-

materiæ & impenſarum. §. 30. *I. b. l.* 33. *de Cond. ind.* Secus ſi quis ſciens in alieno ædificet: quia donaſſe intelligitur. *d.* §. 30. *l.* 7. §. 12. *b. l.* 53. *de R. J.* niſi probabili aliquâ ex cauſâ in alieno ædificaverit, ut in ſpecie *l.* 37. *D. l.* 2. *C. de R. V.* veluti, ſi fundus ſit litigioſus, & lis adhuc ſub judice. vid. *Vinn. ad* §. 30. *Inſt. b. t.*

67. In acquiſitione per occupationem, cum nullum inferatur damnum, nulla quoque ſit damni reparatio, niſi quod domino prohibenti, ne quis in fundo ſuo venetur, competat actio injuriarum, & quandoque damni injuriâ dati, ex L. Aquiliâ. §. 12. *I. b. l.* 13. §. *ult. de Injur. l.* 16. *D. de Servit. prædior. ruſt. tit. J. & D. ad L. Aquil.*

68. Sed nec in acquiſitione per alluvionem, appulſionem, inſulam in flumine natam, alvei mutationem, in quibus res aliena nobis acquiritur ſine facto noſtro, locum habet reparatio damni, priſtino domino illati. Ut nec in acquiſitione fructuum ex alienâ re perceptorum, & conſumtorum.

69. Modi acquirendi dominii Juris Civilis ſunt vel univerſales, vel ſingulares.

70. Univerſales, *quibus univerſum patrisfamilias patrimonium, vel partem ejus juris univerſi, acquirimus. l.* 76. *de R. V.* Quales ſunt (1. Hereditatis acquiſitio. (2. Adeptio bonorum poſſeſſionis. (3. Arrogatio. (4. Addictio bonorum, libertatum conſervandarum cauſâ. §. *ult. I. Per quas perſ.* (5. Olim bonorum emptio ex L. XII. Tabb. *tit. Inſt. de Succeſſ. ſublat. quæ fieb. per bonor. vend. & ex Sc. Claud.* (6. Ut & acquiſitio bonorum ex SCto Claudiano. *d. tit.* (7. Adjudicatio in judicio diviſorio familiæ erciſcundæ. v. §. *ult. Inſt. de Off. Jud.* (8. Nuptiæ contractæ

per

per coëmtionem & confarreationem. v. *Hottom. de Vet. Ritu Nuptiar. c.* 26. & *Böckelm. ad T. D. de R. N.* §. 28. (9. Succeſſio Fiſci, in bona damnatorum, & vacantia *t. D. de Bon. Damn. t. D. de Bon. eor. t. C. de Bon. vacant.* (10. Ingreſſus in monaſterium. *Nov.* 5. *c.* 5. *Auth. Ingreſſi. C. de SS. Eccl.*

71. Singulares ſunt, *quibus res ſingulas acquirimus*, ut (1. Uſucapio. (2. Donatio mortis causâ. (3. Donatio propter nuptias. (4. Legatum. (5. Fideicommiſſum ſingulare.

72. Effectus dominii, vel Civili, vel Gentium Jure acquiſiti, eſt libera de rebus, in eo comprehenſis, diſpoſitio, cujus præcipua ſpecies eſt *alienatio*, quæ eſt *actus, per quem dominium transfertur. l.* 1. *C. de Fund. Dot. l. ult. C. de Reb. alien. non alien.*

73. Hæc omnibus dominis permiſſa eſt, niſi qui lege, conventione, aut teſtamento prohibentur. *l.* 21. *C. Mandati.* §. 40. *I. de R. D. t. I. Quib. alien. lic.*

74. Lege Juliâ maritus alienare & pignori obligare prohibetur res dotales immobiles inæſtimatas. v. ſuprà *tit. de Jur. Dot.* & *de Fund. Dot. princ. I. Quib. alien. lic.*

75. Sed & pupilli & minores, licet rerum ſuarum domini, ſine Tutoris vel Curatoris auctoritate alienare prohibentur. Quare nec mutuum dare, nec ſolvere, nec per ſolutionem debitores ſuos liberare poſſunt. v. *Tit. Inſt. Quib. alien. lic. l.* 19. §. 1. *de Reb. cred. l.* 28. *de Pact. l.* 14. §. *ult. l.* 15. *de Solut. l.* 25. *C. de Admin. tut.* Idem Juris eſt in mutis, ſurdis, prodigis, aliisque, qui curâ alterius gubernantur. *l.* 5. *l.* 41. *de R. J. l.* 65. §. 3. *ad SC. Trebell. l.* 3. *C. de in int. reſt. minor.*

76. Ver-

76. Verſâ vice, qui dominus non eſt, alienare nequit. *l.* 20. *h. l.* 54. *de R. J.* niſi id ei vel lege vel conventione permittatur. Exemplum eſt in creditore, qui, non modò ex conventione, ſed & ſine eâ, imò contra eam, alienare poteſt res pignori obligatas. *l.* 46. *h. t. l.* 4. *de Pign. act.* v. *ſuprà tit. de Diſtr. pign.* Item in Tutoribus & Curatoribus, qui res minorum & pupillorum, etiam immobiles, ex decreto Prætoris, alienare & obligare poſſunt. v. *ſuprà tit. D. de Reb. eor. qui ſub tut.* De procuratoribus v. §. 42. *I. h. t. & ibi Vinn.*

77. Privata prohibitio de non alienando fit vel ultimâ voluntate, vel conventione inter vivos. *l. ult. C. de Reb. alien. non alien.*

78. Conventio de non alienando non impedit translationem dominii. *l.* 3. *pr. de O. & A. l.* 1. §. 16. *ad Sc. Treb. l.* 20. *C. de Pact.* Sed in gratiam ejus, cujus intereſt, locum facit actioni perſonali ex conventione natæ, ad id, quod intereſt, contra alienantem. *l.* 48. *de Pact. l.* 3. *C. de Cond. ob cauſ. dat. l.* 122. §. 3. *l.* 135. §. 3. *de V. O.* Nam ſi extraneo, cujus nihil intereſt, promiſero, me non alienaturum, nihilominus valet alienatio, nec actioni locus eſt. *l. pen. D. de Pact.* v. *l. ult. C. de Pact. int. Emt. & vend.*

79. Illud ſingulare eſt, quod pactum, quo debitor creditori promiſit, ſe non alienaturum rem pignori obligatam, faciat alienationem ipſo jure nullam. *l.* 7. §. 2. *de Diſtr. Pign.*

80. Ultima voluntate, ſive teſtamento, aut codicillo, facta prohibitio impedit dominii translationem, tribuitque actionem in rem ei, in cujus gratiam facta eſt prohibitio. *l.* 69. §. 3. *de Leg.* 2. *l.* 1. *C. Comm. de Leg. l. ult. C. de Reb. alien. non alien. l.* 114. §. 14. *de Legat.* 1.

TIT.

TIT. II.

De Adquirendâ vel Amittendâ Poſſeſſione.
Cod. 7. 32.

1. Poſſeſſio accipitur. (1. Pro ipsâ re poſſeſsâ. *l.* 78. *de V. S. l. pen. D. de Alien. jud. mut. cauſ. l.* 2. *C. de Servit. & Aq. l.* 2. *C. Ubi in rem act. l.* 2. *C. de Probat.* (2. Pro uſucapione. *l.* 19. *l.* 30. *D. Ex quib. cauſ. maj.* (3. Pro jure poſſeſſionis. *l.* 44. *h. l.* 3. §. 38. *Ne quid. in loc. l.* 5. §. 1. *de Vi Publ. l.* 3. §. 12. *ad Exhib. l.* 13. §. 1. *C. de Jud. l.* 10. *C. h.* (4. Pro detentione. *l.* 1. *h. & paſſim.*

2. Quo ſenſu accepta ſignificat (1. Nudam detentionem, animo, non ſibi, ſed alteri habendi; quam qui habent, dicuntur potius *eſſe in poſſeſſione*, aut ſimpliciter *detinere*, quam *poſſidere. l.* 10. §. 1. *h.* §. 5. *l. de Interd.* quales ſunt commodatarii, depoſitarii, filiifamilias, & ſervi. *l.* 9. *de R. V. l.* 17. §. 1. *Depoſ. l.* 6. §. 2. *de Prec. l.* 8. *l.* 24. *l.* 25. *l.* 49. §. 1. *h.* Nam ut aliud eſt, ſervum vel liberum eſſe, aliud autem eſſe in ſervitute, & in libertate, ita aliud eſt, eſſe in poſſeſſione, & poſſidere. *l.* 27. §. 8. *ad L. Jul. de Adult.*

3. Quanquam aliquando improprie *naturaliter poſſidere* dicantur *l.* 7. § 11. *Comm. Div. l.* 2. §. 1. *Pro her. l.* 38. §. 7. *de V. O.*

4. (2. Significat poſſeſſionem impropriam rerum incorporalium, quæ etſi proprie tradi, aut poſſideri nequeant; *l.* 43. §. 1. *de A. R. D. l.* 3. *pr. h. l.* 4. §. 27. *de Uſuc.* uſus tamen earum pro poſſeſſione habetur. *l. ult. de Servit. l.* 11. §. 1. *de Publ. act.* atque inde quaſi poſſideri dicun-

cuntur. *l.* 23. §. 2. *Ex quib. cauſ. maj. l.* 10. *Si ſerv. vind.*

5. (3. Propriam poſſeſſionem, quæ definitur *detentio rei corporalis, animo ſibi habendi. l.* 3. §. 3. 9. 20. *l.* 41. *l.* 46. *b.*

6. Eodem ſenſu dicitur *detentatio* in *l.* 15. §. *ult. D. Ex quib. cauſ. major. l.* 5. *D. de Impenſ. in rem Dotal.*

7. Eſt vel naturalis, vel civilis. *l.* 1. §. 9. *D. de Vi & Vi arm.*

8. *Naturalis* eſt, *quæ animo quidem ſibi habendi, ſed non opinione domini, detinetur, quæ vel ob malam fidem & conſcientiam rei alienæ, vel ob ipſam deſtinationem & voluntatem eorum, qui poſſeſſionem ita tradunt accipiuntque, exiguum commodum & effectum producit.*

9. Quo modo poſſident tum qui furto, vi, clam, aut precario poſſident; *l.* 67. *pr. de Furt. l.* 6. *b. t. l.* 1. §. *ult. Uti poſſid.* tum creditores, emphyteutæ, uſufructuarii, conductores, ſuperficiarii, ſequeſtri, penes quos res, amittendæ poſſeſſionis cauſâ, depoſita eſt. *l.* 35. §. *ult. l.* 40. *pr.* & §. *ult. de Pign. act. l.* 15. §. 2. *Qui ſat. cog. l.* 1. §. 1. 2. *de Superfic. l.* 17. §. 1. *Depoſ.* junct. *l.* 39. *b. l.* 15. §. *pen. de Precar. l.* 10. §. 1. *b. t.*

10. Quanquam naturalis poſſeſſio alio ſenſu quandoque & corporalis dicitur, & poſſeſſioni, quæ ſolo animo retinetur, opponitur. *l.* 3. §. 3. 13. *l.* 25. §. 2. *D. l.* 10. *C. b. t.*

11. *Poſſeſſio Civilis* eſt, *quæ animo & affectione domini tenetur, & cui Jus Civile complures effectus tribuit.* Quo modo poſſident domini, & bonæ fidei poſſeſſores. *l.* 1. §. 11. *Uti poſſ.* §. 35. *de R. D. l.* 136. *de R. J. l.* 13. §. 1. *de Publ. Act. l.* 22. §. 1. *de Nox. act.*

12. Ex

12. Ex his principiis facile colligitur, quid ſentiendum ſit de quæſtione, an duo eandem rem in ſolidum poſſidere queant? Id quod negandum videtur de corporali ac naturali detentione, & eodem genere poſſeſſionis, cum Labeone, Paulo, Ulpiano, Juliano. *l.* 3. §. 5. *h. l.* 5. §. *ult. Commod. l.* 19. *de Precar.* atq. *l.* 1. *h.* De diverſo autem poſſeſſionis genere affirmandum cum eodem Ulpiano, Sabino, Trebatio, Pomponio, in *d. l.* 3. §. 7. *l.* 6. §. *ult. l.* 25. §. *ult. h. t. l.* 16. *de Uſurp. l.* 3. *pr. Uti poſſid. l.* 15. §. 4. *de Precar.*

13. Illud etiam quæſitum eſt, an poſſeſſio, quatenus eſt jus poſſidendi, ab ipsâ corporali detentione diſtinctum, ſit Jus in re, ſic ut rem ipſam afficiat, indeque in rem agi poſſit? Qua in re illud primò animadvertendum eſt, Jus Civile ſæpiſſime jus poſſidendi à corporali detentione diſtinguere. *l.* 1. §. 5. *l.* 17. *h. l.* 3. §. 12. *ad Exhib.* §. 3. 4. *I. de Interd. l.* 44. *l.* 49. *princ.* & §. 1. *D. l.* 10. *C. h. t.*

14. Quo evicto, facile probabimus, jus poſſidendi, ſive naturam ejus reſpicias, ſive effectus, quibus res ipſa afficitur, & obnoxia redditur ei, cujus eſt jus illud, eſſe jus in re, & inter ſpecies ejus ab Auctoribus noſtris referri, adeoque & nobis referendum eſſe. Res manifeſta eſt ex ſubjectis, aliiſque textibus, benè intellectis. v. *l.* 3. §. 12. *ad Exhib. l.* 13. *C. de Jud.* §. 1. *I. de Act. l.* 2. *Uti poſſid. d.* §. 4. *I. de Interd. l.* 2. *C. de Prob. l.* 11. *C. de Pet. her. l.* 162. §. *ult. l.* 136. *l.* 154. *de R. J. l.* 5. §. 1. *de Calumn. l.* 8. *de Cond. ob turp. cauſ. l.* 3. *Ne vis fiat ei. l. un. C. Si de moment. poſſ.* §. *ult. I. de Interd. l. ult. C. ...d. l.* 7. *C. Unde vi.* §. 1. *I. de Vi Bon. rapt. l.* 1.

§. 50.

§.30.31. *de Vi & vi arm. l.*3. §.9. *l.*17. *eod.* §.35. *l. de R. D. l.* 78. *de R. V. pr. Inſt. de Uſuc.* §. 4. *l. de Act. t.t. de Publ. act. l.* 1. §. 1. 2. 3. *D. de Superfic.* Rem ipſam accuratè expoſitam, & ab omni cavillatione liberatam, vide apud Clar. Böckelmannum, Præceptorem p. m. noſtrum, in *Exercitationib. de Actionibus cap.* 5. *pag.* 82. & *ſeqq.* Diſſentit *Huber. part.* 1. *Digreſſ. lib.* 4. *cap.* 10. & *ſeq.*

15. In *l.* 1. §. *pen. de Interd.* & *l.* 7. *de Vi & vi arm.*, per quas alii diſſentiunt, nihil omninò eſt quod noſtram de jure in re Poſſeſſionis ſententiam ullo modo turbare vel evertere poſſit. Illa enim non de Actionibus, ſed de Interdictorum formulis ex jure Veteri loquitur; hæc de perſonali pœnalique in factum actione, ex delicto turbatæ poſſesſionis competente. vid. *infr. tit. de Interd. th.* 1, 6. & 8.

16. Poſſesſio non adquiritur niſi animo & corpore. *l.* 1. §. 21. *l.* 3. §. 1. 3. *h.* §. 5. *l. de Interd. l.* 153. *de R. J.*

17. Unde & illud conſequitur, rerum hereditariarum poſſesſionem nec in ſuos, nec in extraneos heredes, ſine corporali apprehenſione, ipſo jure tranſmitti. *l.* 23. *l.* 30. §. 1. *h. t. l.* 1. §. 15. *Si teſt. lib. juſſ. l.* 1. *C. Quor. bonor.* Nec eſt diverſum in *Lege* 30. *D. Ex quib. cauſ. maj.* nam ibi per *poſſeſſionem* intelligenda eſt *uſucapio*, ut in *l.* 19. *eod.* vid. ſupr. *th.* 1. *n.* 2. & *tit. ſeq. th.* 35. Moribus tamen quorundam locorum recepta eſt regula, *le Mort ſaiſſit le Vif.* vid. *Tiraquell. in Tract. Spec.*

18. Retinetur etiam ſolo animo. *l.* 3. §. 7. 8. 11. & *ſeqq. l.*6. *in f. l.* 17. *l.* 44. §. *ult. D. l.* 4. *C. h. t. l.* 1. §. 25. *de Vi & Vi arm.* §. 5. *I. de In-*

terd. Modò ne jam ab alio occupata ſit, aut ſaltem occupatam ignoremus, *l.* 46. *h.*

19. Vel ſpes ſit, occupantem aut nobis ceſſurum, aut à nobis expelli poſſe. *l.* 2. §. 8. *l.* 25. §. *ult. l.* 44. §. 2. *D. l. ult. C. h. t.*

20. Infans & furioſus, licet animum adquirendæ, retinendæ, amittendæve poſſeſſionis habere nequeant, poſſeſſionem tamen, ab aliis ſibi quæſitam, retinent, donec non appareat contraria voluntas. *l.* 27. *l.* 32. §. 2. *h. t. l.* 31. §. 4. *l.* 44. §. 6. *de Uſucap.*

21. Atque ita quidem ſe res habet in retinendâ poſſeſſione rerum immobilium, non autem in rebus mobilibus deperditis, licet nondum ab aliis apprehenſis. *l.* 3. §. 13. *l.* 13. *l.* 25. *l.* 47. *h. t.* Exceptis ſervis fugitivis. *d. l.* 13. *princ.* & *l.* 15. *h. t. l.* 60. *de Furt.* & rebus, per eos, quos in poteſtate habemus ſurreptis. *l.* 15. *l.* 1. §. 14. *l.* 50. §. 1. *h.*

22. Amittitur animo & corpore ſimul. *d. l.* 2. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 46. *h. l.* 153. *de R. J.*

23. Quod tamen non eſt perpetuum, aut verum in omni genere poſſeſſionis. v. *l.* 3. §. 6. *l.* 17. §. 1. *l.* 18. *l.* 34. *h.*

24. Amittitur etiam poſſeſſio fundi, per inundationem maris vel fluminis, occupati. *l.* 3. §. 17. *h. l.* 23. *Quib. mod. uſ. am. l.* 33. §. 3. *h.*

25. Sed & rei depoſitæ, vel commodatæ inficiatione amittitur poſſeſſio, ſi res loco mota ſit. *l.* 3. §. 18. *h. l.* 67. *de Furt.* Quo ſenſu intelligenda *l.* 47. *h.*

26. Qui rem animo omittendæ poſſeſſionis tradit, poſſidere deſinit, etſi poſſeſſionem in eum, cui eam tradidit, forte non transferat. *l.* 1. §. 21. *l.* 18. §. 1. *h. l.* 18. *de Vi & Vi arm.*

27. Denique notanda regula eſt, à Veteribus con-

conſtanter tradita: quod nemo ſibi cauſam, ſive titulum poſſeſſionis, ſive naturalis in civilem, ſive civilis in naturalem, mutare poſſit. *l.* 3. §. 19. *l.* 19. §. 1. *D. l.* 5. *C. h. l.* 33. §. 1. *de Uſucap. l.* 2. §. 1. *& ult. D. Pro Her. l.* 23. *C. de Loc. Cond.* id eſt, dum corpore & animo incumbit poſſeſſioni, nulla extrinſecus accedente cauſa, non poteſt ſecum ſtatuere, ut ex alia cauſa poſſideat, quam ex qua hactenus poſſedit. *l.* 19. *h. t. Voet. ad h. t. n.* 17.

TIT. III.

De Uſurpationibus & Uſucapionibus. *Cod.* 7. 30. 31. 33. *& ſeqq.*

1. Ut traditionibus per juſtos dominos, ita uſucapionibus per non dominos dominia rerum transferuntur. *l.* 20. *C. de Pact.*

2. Uſucapio dicitur quaſi dominii acquiſitio per uſum, & continuatam poſſeſſionem. *l.* 115. *l.* 71. *l.* 140. *de V. S. Gell.* 7. 10. Unde vocatur & dominii capio. *l.* 18. §. 1. *de Damn. inf.* Uſuscapio, vel capio uſus. *l.* 1. §. 2. *Pro dot. l.* 3. *Pro ſuo. l.* 4. §. 22. *h. l.* 44. §. *ult. h. l.* 4. §. *ult. l. ult. Pro Emt. l.* 48. *pr. de A. R. D.*

3. Rectè definitur in *l.* 3. *D. h. t.*

4. Eſt autem bono publico introducta: ne quarundam rerum diu & ferè ſemper dominia incerta eſſent. *l.* 1. *h. l. ult. Pro Suo.* adeoque minimè rationi naturali aut æquitati contraria. *l.* 28. *de V. S. l.* 16. *de Fund. Dot. l.* 41. *de Acq. poſſ. l.* 203. *de Reg. Jur.* Non obſtante *Nov.* 9. *l.* 11. *de R. J.* Nam *d. Nov.* loquitur de uſucapione rerum Eccleſiaſticarum. inſr. *th.* 25. & *tit. de Div.*

Div. temp. præſcr. th. 6. ad *d. l.* 11. obſervandum eſt, rem noſtram ab alio uſucaptam non deſinere eſſe in dominio noſtro ſine noſtro facto. *d. l.* 28. *de V. S.*

5. Solis tamen civibus Romanis fuiſſe permiſſam, non peregrinis, indicant verba L. XII. Tabb.: *Adverſus hoſtem æterna auctoritas eſto.* v. *Cicer.* 1. *de Offic. c.* 12. *Dion. Gothofr. in Not. ad l.* 1. *C. de Her. inſtit. Hoſtis* ibi notat peregrinum, ſive qui non eſt civis Romanus; *auctoritas* autem hic idem eſt quod dominium, ſive proprietas. vid. *tit. de Evict. th.* 3.

6. Ut olim à longi temporis præſcriptione, reſpectu rerum, temporis, & effectus, diverſa fuit; ita jure Novo cum eâ penitus confuſa eſt. *pr. I. h. l. ult. C. de Uſuc. transform. l. un. C. de Nudo Jur. Quir. toll.*

7. Hodieque autem multis nominibus ab eâ differunt Præſcriptio longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum. *t. t. C. de Præſ.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 23. *& Auth. ſeq. C. de SS. Eccl.* & Præſcriptiones temporales, de quibus in *tit.* 3. *lib.* 44.

8. Requiſita Uſucapionis ſunt (1. Bona fides. (2. Juſtus titulus. (3. Res non vitioſa. (4. Traditio. (5. Continuata poſſeſſio. (6. Tempus lege definitum.

9. Bonam fidem initio poſſeſſionis, ſive tempore traditionis, adeſſe ſufficit. *l. un. C. de Uſuc. transf. l.* 48. §. 1. *de A. R. D. l.* 4. §. 18. *h.* Aliud juris eſt in acquiſitione fructuum ex aliena re perceptorum, in qua bona fides ſemper requiritur. *l.* 23. §. 1. *de Acq. rer. dom.*

10. Exceptio eſt in Emptione, ubi & contractus & traditionis tempore requiritur. *l.* 48. *h. l.* 2 *pro Emt. l.* 7. §. *ult. de Public. Act.* Rationem

nem vid. ap. *Vinn. ad pr. Inſt. h. t.* & *Bachov. ad Treutl. vol.* 3. *Diſp.* 22. *th.* 6. *litt. A.* & *B.* Caſus ſingulares, in quibus is, qui ab initio ſciens, adeoque mala fide, poſſidet rem alienam, eam per uſucapionem acquirere poteſt, vid. in *l.* 28. *de Noxal. act. l.* 15. §. 15. *de Damn. inf.* vid. ſupr. *tit. de Damn. inf. th.* 11. Quo ſenſu intelligenda eſt *l.* 10. *h.*

11. Jure novo nulla uſucapio, in qua ſemel mala fides commiſſa eſt, contra dominum ignorantem procedit. *Nov.* 119. *c.* 7. *Auth. Malæ fidei. C. de Long. temp. præſcr.*

12. Eſt autem hic bona fides, *illæſa conſcientia, rem ſuam eſſe putantis. l.* 109. *de V. S.* etſi ſuſpicio ſit, eam eſſe alienam. *l.* 10. *C. de Adq. poſſ. l. pen. C. de Evict.*

13. Mala fides eſt *conſcientia, rem ad alium pertinere, licet poſſeſſor dolo careat. l.* 31. *l.* 32. *h.* §. 4. *I. Per quas perſon.*

14. Juſtus titulus eſt *cauſa ad transferendum dominium idonea.* v. *l.* 31. *de A. R. D. l.* 7. *C. de Acq. poſſ. l.* 24. *C. de R. V. l.* 4. *l. ult.* §. 1. *C. de Præſcr. longi temp.*

15. Hunc oportet eſſe verum, non imaginarium. §. 6 *I. l.* 27. *D. h. l.* 2. *pro Emt.* niſi juſtus & probabilis error facti ſubſit. *l.* 11. *Pro empt. l.* 48. *h. t. l.* 3. *Pro ſuo.*

16. Secus ſi ſubſit error Juris: is enim impedit uſucapionem. *l.* 31. *l.* 32. *h. l.* 4. *D. de Jur. & Fact. ignor.*

17. Sed nec titulus fictus prodeſt ad uſucapionem. v. *l. ult. pro Donat.* & *Tit. C. plus valere, quod agit.*

18. Res vitioſæ hic propriè ſunt furtivæ & vi poſſeſſæ, quarum uſucapio, quamdiu vitium pur-

gatum non eſt, prohibetur legibus Atinia, Julia, & Plautia. § 2. *I. l.* 4. §. 22. *l.* 33. *h. Gell.* 17. 7.

19. Purgatur autem vitium rerum furtivarum, & vi poſſeſſarum, cum res in poteſtatem domini revertitur. §. 3. 8. *I. h. t.*

20. Quod quibus modis fiat, docent JCti in *l.* 4. §. 6. 11. 12. *h. l.* 84. *l.* 86. *de Furt. l.* 5. *l.* 7. *C. Pro Empt. l. pen. ad L. Jul. Rep. l.* 24. §. 1. *h.*

21. Si res commodata, vel pignori data, furto ablata ſit, in domini, non commodatarii, aut creditoris, poteſtatem redire eam oportet. *l.* 4. §. 6. *h.* niſi ipſe dominus, ſive debitor rem ſurripuerit. *l. ult. h.*

22. Ut tamen pignus rei mobilis, à debitore ſurreptum, & ab eodem venditum, uſucapi ab emptore poſſit. *l.* 5. *Pro Empt. l.* 4. §. 21. *h.* Secus ſi debitor hypothecam, ſive rem, creditori quidem oppignoratam, ſed ei non traditam, vendat, tum enim impeditur uſucapio. *l.* 6. *C. Pro Empt. l.* 66. *de Furt.*

23. Præter res hoc modo vitioſas, prohibita eſt uſucapio (1. Rerum poſitarum extra commercium. §. 1. *I. l.* 9. *D. h.* §. 2. *I. de Inut. ſtip. l. ult. C. de Long. temp. præſcr. quæ pro libert.*

24. (2. Rerum fiſci aut Principis. *l.* 18. *h. l.* 24. §. 1. *h. l.* 2. *C. Comm. de Uſuc. l.* 2. *C. Ne rei domin. l. ult. C. de Fundis Patrim. l. ult. C. de Fund. rei priv.* (XL. 65.) *l.* 12. §. 2. *de Act. Publ.* v. tamen *l.* 13. *de Diverſ. temp. Præſcr.*

25. (3. Rerum, quæ ſunt in dominio Civitatum, Eccleſiarum, Gerontocomiorum, ſimiliumque corporum. *l.* 23. *C. & Auth. ſeq. de SS. Eccl. Nov.* 111. *c.* 4. *Nov.* 131. *c.* 6.

26. (4. Rerum Pupillorum & Minorum. *l.* 48. *de A. R. D. l.* 3. *C. Quib. non objic. longi temp. præſ.*

l. 5.

l. 5. *C. In quib. cauſ. in integr.* *l.* 3. *C. de Præſ.* 30. *ann.* *l.* 3. *C. de Auct. tut.* Non obſtant *l.* 4. §. 1. *h. t. l.* 7. §. 3. *pro Empt.* *l.* 45. *de Minor.* *l.* 2. §. 15. *Pro Empt.* *l.* 2. *D. de Eo, qui pro tut. vel cur.* *l.* 4. §. 24. *de Dol. & met. exc.*

27. (5. Rerum Præſidi contra Legem Juliam datarum. *l. pen. D. ad Leg. Jul. repet.* *d. l.* 48.

28. (6. Bonorum adventitiorum filii familias. *l.* 1. §. 2. *C. de Ann. Except.*

29. (7. Rerum vel lege, vel teſtamento alienari prohibitarum. *l.* 2. *C. de Uſuc. pro Empt.* *l.* 16. *D. de Fund. dot.* *l.* 28. *de V. S.*

30. (8. Olim Uſucapio ſervitutum aliarumque rerum incorporalium. *l.* 43. §. 1. *de A. R. D.* *l.* 14. *de Servit.* *v.* ſupra *tit. de Servit. th. ſ. pen. & ult.*

31. In univerſum autem ubi lex ſimpliciter inhibet uſucapionem, bona fides, aut juſtus titulus, ad uſucapionem rei, nihil prodeſt. *l.* 24. *h.* §. 5. *I. h.* *l.* 5. *C. Pro Emt.*

32. Tempus uſucapionis Jure novo in rebus mobilibus eſt triennium, in immobilibus decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes. *pr. I. h.* *l. ult. C. de Long. Temp. præſcr.* Quod tempus computatur civiliter, *l.* 6. *l.* 7. *h. t.*

33. Continuatur autem hic poſſeſſio, & tempus, non tantum in eo, qui uſucapionem inchoavit, ſed & in ſucceſſoribus, tam ſingularibus, quam univerſalibus. §. 7. 8. *I. h.* *l.* 14. *eod.* *l.* 2. §. 19. *pro Emt.* *l.* 13. §. 1. *de Acq. poſſ.* *l.* 14. *de Divers. temp. Præſcr.* licet diſſimili modo & effectu.

34. *Univerſales* enim, cum ſuccedant in virtutes & vitia defuncti, non uſucapiunt, niſi defunctus bonam fidem habuerit, licet ipſi ſint in mala fide. §. 7. *I.* *l.* 43. *l.* 2. §. *h.* *l.* 11. *de Div. temp.*

 præ-

12. Ex his principiis facile colligitur, quid ſentiendum ſit de quæſtione, an duo eandem rem in ſolidum poſſidere queant? Id quod negandum videtur de corporali ac naturali detentione, & eodem genere poſſesſionis, cum Labeone, Paulo, Ulpiano, Juliano. *l.* 3. §. 5. *h. l.* 5. §. *ult. Commod. l.* 19. *de Precar.* arg. *l.* 1. *h.* De diverſo autem poſſesſionis genere affirmandum cum eodem Ulpiano, Sabino, Trebatio, Pomponio, in *d. l.* 3. §. 7. *l.* 6. §. *ult. l.* 25. §. *ult. h. t. l.* 16. *de Uſurp. l.* 3. *pr. Uti poſſid. l.* 15. §. 4. *de Precar.*

13. Illud etiam quæſitum eſt, an poſſesſio, quatenus eſt jus poſſidendi, ab ipsâ corporali detentione diſtinctum, ſit Jus in re, ſic ut rem ipſam afficiat, indeque in rem agi poſſit? Quâ in re illud primò animadvertendum eſt, Jus Civile ſæpisſime jus poſſidendi à corporali detentione diſtinguere. *l.* 1. §. 3. *l.* 17. *h. l.* 3. §. 12. *ad Exhib.* §. 3. 4. *I. de Interd. l.* 44. *l.* 49. *princ.* & §. 1. *D. l.* 10. *C. h. t.*

14. Quo evicto, facile probabimus, jus poſſidendi, ſive naturam ejus reſpicias, ſive effectus, quibus res ipſa afficitur, & obnoxia redditur ei, cujus eſt jus illud, eſſe jus in re, & inter ſpecies ejus ab Auctoribus noſtris referri, adeoque & nobis referendum eſſe. Res manifeſta eſt ex ſubjectis, aliisque textibus, benè intellectis. v. *l.* 3. §. 12. *ad Exhib. l.* 13. *C. de Jud.* §. 1. *I. de Act. l.* 2. *Uti poſſid. d.* §. 4. *I. de Interd. l.* 2. *C. de Prob. l.* 11. *C. de Pet. her. l.* 162. §. *ult. l.* 136. *l.* 154. *de R. J. l.* 5. §. 1. *de Calumn. l.* 8. *de Cond. ob turp. cauſ. l.* 3. *Ne vis fiat ei. l. un. C. Si de moment. poſſ.* §. *ult. I. de Interd. l. ult. C. eod. l.* 7. *C. Unde vi.* §. 1. *I. de Vi Bon. rapt. l.* 1.

§. 30.

§. 30. 31. *de Vi & vi arm.* *l.* 3. §. 9. *l.* 17. *eod.* §. 35. *l. de R. D. l.* 78. *de R. V. pr. Inſt. de Uſuc.* §. 4. *l. de Act. t. t. de Publ. act. l.* 1. §. 1. 2. 3. *D. de Superfic.* Rem ipſam accuratè expoſitam, & ab omni cavillatione liberatam, vide apud Clar. Böckelmannum, Præceptorem p. m. noſtrum, in *Exercitationib. de Actionibus cap.* 5. *pag.* 82. & *ſeqq.* Diſſentit *Huber. part.* 1. *Digreſſ. lib.* 4. *cap.* 10. & *ſeq.*

15. In *l.* 1. §. *pen. de Interd.* & *l.* 7. *de Vi & vi arm.*, per quas alii diſſentiunt, nihil omninò eſt quod noſtram de jure in re Poſſeſſionis ſententiam ullo modo turbare vel evertere poſſit. Illa enim non de Actionibus, ſed de Interdictorum formulis ex jure Veteri loquitur; hæc de perſonali pœnalique in factum actione, ex delicto turbatæ poſſesſionis competente. vid. *infr. tit. de Interd. th.* 1. 6. & 8.

16. Poſſesſio non adquiritur niſi animo & corpore. *l.* 1. §. 21. *l.* 3. §. 1. 3. *b.* §. 5. *L. de Interd. l.* 153. *de R. J.*

17. Unde & illud conſequitur, rerum hereditariarum poſſesſionem nec in ſuos, nec in extraneos heredes, ſine corporali apprehenſione, ipſo jure transmitti. *l.* 23. *l.* 30. §. 1. *b. t. l.* 1. §. 15. *Si teſt. lib. juſſ. l.* 1. *C. Quor. bonor.* Nec eſt diverſum in *Lege* 30. *D. Ex quib. cauſ. maj.* nam ibi per *poſſeſſionem* intelligenda eſt *uſucapio*, ut in *l.* 19. *eod.* vid. ſupr. *th.* 1. *n.* 2. & *tit. ſeq. th.* 35. Moribus tamen quorundam locorum recepta eſt regula, *le Mort ſaiſit le Vif.* vid. *Tiraquell. in Tract. Spec.*

18. Retinetur etiam ſolo animo. *l.* 3. §. 7. 8. 11. & *ſeqq. l.* 6. *inf. l.* 17. *l.* 44. §. *ult. D. l.* 4. *C. h. t. l.* 1. §. 25. *de Vi & Vi arm.* §. 5. *l. de In-*

terd. Modò ne jam ab alio occupata ſit, aut ſaltem occupatam ignoremus, *l.* 46. *b.*

19. Vel ſpes ſit, occupantem aut nobis ceſſurum, aut à nobis expelli poſſe. *l.* 2. §. 8. *l.* 25. §. *ult. l.* 44. §. 2. *D. l. ult. C. b. t.*

20. Infans & furioſus, licet animum adquirendæ, retinendæ, amittendæve poſſeſſionis habere nequeant, poſſeſſionem tamen, ab aliis ſibi quæſitam, retinent, donec non appareat contraria voluntas. *l.* 27. *l.* 32. §. 2. *b. t. l.* 31. §. 4. *l.* 44. §. 6. *de Uſucap.*

21. Atque ita quidem ſe res habet in retinendâ poſſeſſione rerum immobilium, non autem in rebus mobilibus deperditis, licet nondum ab aliis apprehenſis. *l.* 3. §. 13. *l.* 13. *l.* 25. *l.* 47. *b. t.* Exceptis ſervis fugitivis. *d. l.* 13. *princ.* & *l.* 15. *b. t. l.* 60. *de Furt.* & rebus, per eos, quos in poteſtate habemus ſurreptis. *l.* 15. *l.* 11 §. 14. *l.* 50. §. 1. *b.*

22. Amittitur animo & corpore ſimul. *d. l.* 2. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 46 *b. l.* 153. *de R. J.*

23. Quod tamen non eſt perpetuum, aut verum in omni genere poſſeſſionis. v. *l.* 3. §. 6. *l.* 17. §. 1. *l.* 18. *l.* 34. *b.*

24. Amittitur etiam poſſeſſio fundi, per inundationem maris vel fluminis, occupati. *l.* 3. §. 17. *b. l.* 23. *Quib. mod. uſ. am. l.* 33. §. 3. *b.*

25. Sed & rei depoſitæ, vel commodatæ inficiatione amittitur poſſeſſio, ſi res loco mota ſit. *l.* 3. §. 18. *b. l.* 67. *de Furt.* Quo ſenſu intelligenda *l.* 47. *b.*

26. Qui rem animo omittendæ poſſeſſionis tradit, poſſidere deſinit, etſi poſſeſſionem in eum, cui eam tradidit, forte non transferat. *l.* 1. §. 21. *l.* 18. §. 1. *b. l.* 18. *de Vi & Vi arm.*

27. Denique notanda regula eſt, à Veteribus con-

conſtanter tradita: quod nemo ſibi cauſam, ſive titulum poſſeſſionis, ſive naturalis in civilem, ſive civilis in naturalem, mutare poſſit. *l. 3. §. 19. l. 19. §. 1. D. l. 5. C. h. l. 33. §. 1. de Uſucap. l. 2. §. 1. & ult. D. Pro Her. l. 23. C. de Loc. Cond.* id eſt, dum corpore & animo incumbit poſſeſſioni, nulla extrinſecus accedente cauſa, non poteſt ſecum ſtatuere, ut ex alia cauſa poſſideat, quam ex qua hactenus poſſedit. *l. 19. h. t. Voet. ad h. t. n. 17.*

TIT. III.

De Uſurpationibus & Uſucapionibus.
Cod. 7. 30. 31. 33. & ſeqq.

1. Ut traditionibus per juſtos dominos, ita uſucapionibus per non dominos dominia rerum transferuntur. *l. 20. C. de Pact.*

2. Uſucapio dicitur quaſi dominii acquiſitio per uſum, & continuatam poſſeſſionem. *l. 115. l. 71. l. 140. de V. S. Gell. 7. 10.* Unde vocatur & dominii capio. *l. 18. §. 1. de Damn. inf.* Uſuscapio, vel capio uſus. *l. 1. §. 2. Pro dot. l. 3. Pro ſuo. l. 4. §. 22. h. l. 44. §. ult. h. l. 4. §. ult. l. ult. Pro Emt. l. 48. pr. de A. R. D.*

3. Rectè definitur in *l. 3. D. h. t.*

4. Eſt autem bono publico introducta: ne quarundam rerum diu & ferè ſemper dominia incerta eſſent. *l. 1. h. l. ult. Pro Suo.* adeoque minimè rationi naturali aut æquitati contraria. *l. 28. de V. S. l. 16. de Fund. Dot. l. 41. de Acq. poſſ. l. 203. de Reg. Jur.* Non obſtante *Nov. 9. l. 11. de R. J.* Nam *d. Nov.* loquitur de uſucapione rerum Eccleſiaſticarum. infr. *th. 25.* & *tit. de*

 Div.

Div. temp. præſcr. th. 6. ad *d. l.* 11. obſervandum eſt, rem noſtram ab alio uſucaptam non deſinere eſſe in dominio noſtro ſine noſtro facto. *d. l.* 28. *de V. S.*

5. Solis tamen civibus Romanis fuiſſe permiſſam, non peregrinis, indicant verba L. XII. Tabb.: *Adverſus hoſtem æterna auctoritas eſto.* v. *Cicer.* 1. *de Offic. c.* 12. *Dion. Gothofr. in Not. ad l.* 1. *C. de Her. inſtit. Hoſtis* ibi notat peregrinum, ſive qui non eſt civis Romanus; *auctoritas* autem hic idem eſt quod dominium, ſive proprietas. vid. *tit. de Evict. th.* 3.

6. Ut olim à longi temporis præſcriptione, reſpectu rerum, temporis, & effectus, diverſa fuit; ita jure Novo cum eâ penitus confuſa eſt. *pr. l. h. l. ult. C. de Uſuc. transform. l. un. C. de Nudo Jur. Quir. toll.*

7. Hodieque autem multis nominibus ab eâ differunt Præſcriptio longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum. *t. t. C. de Præſ.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 23. *& Auth. ſeq. C. de SS. Eccl.* & Præſcriptiones temporales, de quibus in *tit.* 3. *lib.* 44.

8. Requiſita Uſucapionis ſunt (1. Bona fides. (2. Juſtus titulus. (3. Res non vitioſa. (4. Traditio. (5. Continuata poſſeſſio. (6. Tempus lege definitum.

9. Bonam fidem initio poſſeſſionis, ſive tempore traditionis, adeſſe ſufficit. *l. un. C. de Uſuc. transf. l.* 48. §. 1. *de A. R. D. l.* 4. §. 18. *h.* Aliud juris eſt in acquiſitione fructuum ex aliena re perceptorum, in qua bona fides ſemper requiritur. *l.* 23. §. 1. *de Acq. rer. dom.*

10. Exceptio eſt in Emptione, ubi & contractus & traditionis tempore requiritur. *l.* 48. *h. l.* 2. *pro Empt. l.* 7. §. *ult. de Public. Act.* Rationem

nem vid. ap. *Vinn. ad pr. Inſt. h. t.* & *Bachov. ad Treutl. vol.* 3. *Diſp.* 22. *th.* 6. *litt. A.* & *B.* Caſus ſingulares, in quibus is, qui ab initio ſciens, adeoque mala fide, poſſidet rem alienam, eam per uſucapionem acquirere poteſt, vid. in *l.* 28. *de Noxal. act. l.* 15. §. 15. *de Damn. inf.* vid. ſupr. *tit. de Damn. inf. th.* 11. Quo ſenſu intelligenda eſt *l.* 10. *h.*

11. Jure novo nulla uſucapio, in qua ſemel mala fides commiſſa eſt, contra dominum ignorantem procedit. *Nov.* 119. *c.* 7. *Auth. Malæ fidei, C. de Long. temp. præſcr.*

12. Eſt autem hic bona fides, *illæſa conſcientia, rem ſuam eſſe putantis. l.* 109. *de V. S.* etſi ſuſpicio ſit, eam eſſe alienam. *l.* 10. *C. de Adq. poſſ. l. pen. C. de Evict.*

13. Mala fides eſt *conſcientia, rem ad alium pertinere, licet poſſeſſor dolo careat. l.* 31. *l.* 32. *h.* §. 4. *l. Per quas perſon.*

14. Juſtus titulus eſt *cauſa ad transferendum dominium idonea.* v. *l.* 31. *de A. R. D. l.* 7. *C. de Acq. poſſ. l.* 24. *C. de R. V. l.* 4. *l. ult.* §. 1. *C. de Præſcr. longi temp.*

15. Hunc oportet eſſe verum, non imaginarium. §. 6 *I. l.* 27. *D. h. l.* 2. *pro Emt.* niſi juſtus & probabilis error facti ſubſit. *l.* 11. *Pro empt. l.* 48. *h. t. l.* 3. *Pro ſuo.*

16. Secus ſi ſubſit error Juris: is enim impedit uſucapionem. *l.* 31. *l.* 32. *h. l.* 4. *D. de Jur. & Fact. ignor.*

17. Sed nec titulus fictus prodeſt ad uſucapionem. v. *l. ult. pro Donat.* & *Tit. C. plus valere, quod agit.*

18. Res vitioſæ hic propriè ſunt furtivæ & vi poſſeſſæ, quarum uſucapio, quamdiu vitium pur-

gatum non eſt, prohibetur legibus Atiniâ, Juliâ, & Plautiâ. §. 2. *I. l.* 4. §. 22. *l.* 33. *b. Gell.* 17. 7.

19. Purgatur autem vitium rerum furtivarum, & vi poſſeſſarum, cum res in poteſtatem domini revertitur. §. 3. 8. *I. b. t.*

20. Quod quibus modis fiat, docent JCti in *l.* 4. §. 6. 11. 12. *b. l.* 84. *l.* 86. *de Furt. l.* 5. *l.* 7. *C. Pro Empt. l. pen. ad L. Jul. Rep. l.* 24. §. 1. *b.*

21. Si res commodata, vel pignori data, furto ablata ſit, in domini, non commodatarii, aut creditoris, poteſtatem redire eam oportet. *l.* 4. §. 6. *b.* niſi ipſe dominus, ſive debitor rem ſurripuerit. *l. ult. b.*

22. Uti tamen pignus rei mobilis, à debitore ſurreptum, & ab eodem venditum, uſucapi ab emptore poſſit. *l.* 5. *Pro Empt. l.* 4. §. 21. *b.* Secus ſi debitor hypothecam, ſive rem, creditori quidem oppignoratam, ſed ei non traditam, vendat, tum enim impeditur uſucapio. *l.* 6. *C. Pro Empt. l.* 66. *de Furt.*

23. Præter res hoc modo vitioſas, prohibita eſt uſucapio (1. Rerum poſitarum extra commercium. §. 1. *I. l.* 9. *D. b.* §. 2. *I. de Inut. ſtip. l. ult. C. de Long. temp. præſcr. quæ pro libert.*

24. (2. Rerum fiſci aut Principis. *l.* 18. *l.* 24. §. 1. *b. l.* 2. *C. Comm. de Uſuc. l.* 1. *C. Ne rei domin. l. ult. C. de Fundis Patrim. l. ult. C. de Fund. rei priv.* (XI. 65.) *l.* 12. §. 2. *de Act. Publ.* v. tamen *l.* 13. *de Diverſ. temp. Præſcr.*

25. (3. Rerum, quæ ſunt in dominio Civitatum, Eccleſiarum, Gerontocomiorum, ſimiliumque corporum. *l.* 23. *C.* & *Auth. ſeq. de SS. Eccl. Nov.* 111. *c.* 4. *Nov.* 131. *c.* 6.

26. (4. Rerum Pupillorum & Minorum. *l.* 48. *de A. R. D. l.* 3. *C. Quib. non objic. longi temp. præſ.*

l. 5. *C. In quibus cauſ. in integr.* *l.* 13. *C. de Præſ.* 30. *ann.* *l.* 3. *C. de Auct. tut.* Non obſtant *l.* 4. §. 1. *h. t.* *l.* 7. §. 3. *pro Empt.* *l.* 45. *de Minor.* *l.* 2. §. 15. *Pro Empt.* *l.* 2. *D. de Eo, qui pro tut. vel cur.* *l.* 4. §. 24. *de Dol. & met. exc.*

27. (5. Rerum Præſidi contra Legem Juliam datarum. *l. pen. D. ad Leg. Jul. repet.* *d.* *l.* 48.

28. (6. Bonorum adventitiorum filii familias. *l.* 1. §. 2. *C. de Ann. Except.*

29. (7. Rerum vel lege, vel teſtamento alienari prohibitarum. *l.* 2. *C. de Uſuc. pro Empt.* *l.* 16. *D. de Fund. dot.* *l.* 28. *de V. S.*

30. (8. Olim Uſucapio ſervitutum aliarumque rerum incorporalium. *l.* 43. §. 1. *de A. R. D.* *l.* 14. *de Servit.* *v. ſupra tit. de Servit.* *th. pen. & ult.*

31. In univerſum autem ubi lex ſimpliciter inhibet uſucapionem, bona fides, aut juſtus titulus, ad uſucapionem rei, nihil prodeſt. *l.* 24. *h.* §. 5. *I. h.* *l.* 5. *C. Pro Emt.*

32. Tempus uſucapionis Jure novo in rebus mobilibus eſt triennium, in immobilibus decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes. *pr. I. h. l. ult. C. de Long. Temp. præſcr.* Quod tempus computatur civiliter, *l.* 6. *l.* 7. *h. t.*

33. Continuatur autem hic poſſeſſio, & tempus, non tantum in eo, qui uſucapionem inchoavit, ſed & in ſucceſſoribus, tam ſingularibus, quam univerſalibus. §. 7. 8. *I. h.* *l.* 14. *eod.* *l.* 2. §. 19. *pro Empt.* *l.* 13. §. 1. *de Acq. poſſ.* *l.* 14. *de Diverſ. temp. Præſcr.* licet diſſimili modo & effectu.

34. *Univerſales* enim, cum ſuccedant in virtutes & vitia defuncti, non uſucapiunt, niſi defunctus bonam fidem habuerit, licet ipſi ſint in mala fide. §. 7. *I.* *l.* 43. *l.* 21. *h.* *l.* 11. *de Div. temp.*

præſcr. l. 11. *C. de Adq. poſſ. l.* 2. §. 19 *pro Emt. l.* 11. §. 2. *de Publ. act.*

35. Cum autem hereditas jacens perſonam repræſentet vel heredis futuri, vel teſtatoris defuncti; *l.* 31. *de Her. inſt. l.* 22. *h. l.* 24. *de Novat.* conſequitur, uſucapionem, à defuncto cœptam, ante aditam hereditatem poſſe impleri. *l.* 31. §. *pen. l.* 40. *h.*

36. In ſucceſſoribus *ſingularibus*, ut emptoribus, & donatariis, requiritur, ut & ipſi & auctores bonâ fide poſſeſſionem acceperint. *l.* 13. §. 1. *& ult. de Adq. Poſſ. l.* 2. §. 17. *Pro empt. l.* 4. *C. de R. V. l.* 14. *h. l.* 5. *l.* 14. §. 1. *de Diverſ. temp. præſcr.*

37. Quanquam vitium auctoris non obſtet, quo minus ſingularis poſſeſſor ex ſua perſonâ novam uſucapionem inchoare poſſit. *l.* 5. *D. de Diverſ. temp. præſcr. l.* 4. §. 27. *de Dol. exc. d. l.* 4. *C. de R. V.*

38. Vitium autem, quod in re eſt, omnibus ſucceſſoribus nocet. §. 5. *I. l.* 24. *D. h. l.* 5. *l.* 7. *C. pro Empt.*

39. Uſurpatio eſt *uſucapionis interruptio. l.* 2. *l.* 5. *h. Gell.* 3. 2. Quanquam aliàs in jure noſtro quoque accipiatur pro illicitâ & violentâ invaſione, ſeu occupatione. *l.* 9. §. *ut. de Public. & veſtig. l.* 2. *de Colleg. l.* 2. §. 1. *de Admin. rer. ad Civit. pertin. l.* 1. *C. Si nupt. ex reſcript. petant.*

40. Fit autem uſurpatio vel naturaliter, vel civiliter.

41. *Naturaliter*, cum quis de poſſeſſione dejicitur, vel res ei eripitur. *l.* 5. *h. l.* 15. *de Acq. Poſſ.*

42. Cujus interruptionis vis eſt, ut ei, qui, ſemel amiſſam poſſeſſionem recuperavit, prioris poſſeſſionis tempora, aut primum bonæ fidei ini-

initium non proſint ad uſucapionem. *l.* 15. §. 2. *h. l.* 7. §. 4. *Pro emt.*

43. *Civiliter*, per litis conteſtationem, vel libelli oblationem. *l.* 10. *C. de Adq. Poſſ. l pen. & l. ult. C. de Ann. Except.* Secus quam Jure veteri. *l.* 18. *l.* 20. *de R. V. l.* 2. §. *ult. Pro emt. l.* 9. §. 6. *ad Exhib.* §. 3. *I. de Off. Jud.*

44. Atque hoc ita, ſi causâ cadat poſſeſſor, *l.* 1. *l.* 9. *C. de Præſ. long. temp.* nam ſi vincat, & poſſeſſio ei per ſententiam non adimatur, lite pendente continuatur & impletur poſſeſſio, & uſucapio. *d d. ll. l.* 2. *pro Don.* Quia per litis conteſtationem verè & naturaliter non deſinimus poſſidere. *d. l.* 2. *l.* 2. §. *ult. pro Emt.*

45. *Tituli* juſti uſucapionis complures ſunt. Primus eſt titulus *Pro Soluto*, quo utitur is, qui vel rem alienam, ex causâ veri debiti à non domino ſolutam, vel ſolutam à juſto domino, cùm illa verè debita non eſſet, uſucapit. *l.* 46. *l.* 48. *h. l.* 2. *tit. ſeq. l.* 3. *Pro ſuo.*

TIT. IV.

Pro emptore. *Cod.* 7. 26.

1. Pro emptore uſucapit (1. Qui rem à non domino purè emit. *l.* 2. *pr.* & §. 2. *h. l.* 8. *D. de Peric. & comm. rei vend.* (2. Qui litis æſtimationem ſolvit. *l.* 1. *h.* ratio eſt in *l.* 3. *h. l.* 10. §. 5. *de Jure Dot.*

TIT. V.

Pro Herede vel Poſſeſſore. Cod. 7. 29.

1. Titulus pro herede non eſt, quo falſus heres integram hereditatem, quam ad ſe bona fide & probabili errore pertinere putabat, vel quo res defuncti proprias uſucapit, quod pluribus Interpretibus placet; ſed quo verus heres rem alienam, quam ipſe putabat eſſe defuncti, in hereditate inventam, uſucapit, modo juſtiſſimam habeat exiſtimandi cauſam, rem fuiſſe defuncti propriam; quo ſenſu intelligendæ *l. fin. D. h. l.* 33. §. 1. *de Uſuc. l.* 4. *C. de Præſcr. long. temp.* 10. *vel* 20. *ann.*

2. Solus enim nudusque titulus heredis non ſufficit, nec poteſt res eo ſolo colore uſucapi, quod in hereditate inventa ſit, qui ſenſus eſt *d. l.* 4. *l.* 1. *l.* 4. *C. h. l.* 11. *D. de Diverſ. temp. Præſcr.* §. 7. *I. de Uſuc.* Ratio eſt in *l.* 11. *C. de Acq. Poſſ. l.* 2. *in f. C. de Fructib. & lit. exp.*

TIT. VI.

Pro Donato. Cod. 7. 27.

1. Pro Donato uſucapit, qui res alienas, à non domino, bona fide titulo donationis accepit. *l.* 1. *h.* licet alius titulus prætexatur. *l. ult. h. l.* 1. *C. Plus val. quod agit.*

2. Atque hoc ita, ſi donatio non ſit ipſo jure nulla. *l.* 1. § 1. 2. *l.* 3. *l.* 4. *h.*

3. Sic ex donatione inter virum & uxorem nulla procedit uſucapio, niſi conjux donans ex

re

re donatâ nihil damni ſentiat. d. l. 3. l. 25. *de Don. int. V. & U.*

4. Res aliena, mortis causâ donata, à donatario contra dominium uſucapi quidem poteſt, ita tamen ut uſucapio vivo donatore impleta, per revocationem donationis, ab eo reſcindi, & res donata repeti poſſit. l. 13. & l. 30. l. 33. *de Mort. cauſ. Don.*

TIT. VII.

Pro Derelicto.

1. Pro Derelicto uſucapit non qui rem, quæ non eſt derelicta, tanquam derelictam, l. 6. l. 7. b. ſed qui rem, à non domino verè derelictam, poſſidet, putans, eam à vero domino eſſe derelictam. l. 4. b.

TIT. VIII.

Pro Legato.

1. Pro Legato uſucapiunt, quibuscum eſt teſtamenti factio, l. 7. b. vel res alienas, vel teſtatoris quidem proprias, ſed teſtamento imperfecto relictas, vel codicillis ademptas, l. 4. l. ult. b. licet in nomine legatarii ſit erratum, vel de perſona legatarii dubitetur. l. 4. b. l. 10. *pr. de Reb. dub.*

TIT. IX.

Pro Dote. Cod. 7. 28.

1. Pro Dote uſucapit maritus, cui res alienæ in dotem datæ ſunt; cum autem ſine matrimonio nulla ſit dos, *l.* 3. *l.* 68. *de Jur. dot.* conſequitur, nec pro dote uſucapionem eſſe, niſi matrimonium ſit verum & juſtum. *l.* 1. §. 2. 3. *h.*

2. Si ante nuptias tradita ſit dos æſtimata, nec pro dote, nec pro emtore, nec pro *ſuo* eam uſurpare poteſt ſponſus. *l.* 2. *h. l.* 10. §. 4. *de Jur. Dot.* Sin inæſtimatâ, valet uſucapio pro *ſuo*, etiam ante matrimonium, ſi non eo animo dos ſit data, ut non niſi poſt nuptias perfectas fiat accipientis. *l.* 1. §. 2. 3. *h.* v. *l.* 67. *D. de Jure Dot.*

TIT. X.

Pro Suo.

1. Titulus pro ſuo vel generalis eſt, vel ſpecialis.

2. *Generalis*, quo quis rem alienam poſſidet, ut ſuam, cum aliis omnibus cauſis cohæret. *l.* 1. *h.* quo reſpexit Celſus in *l.* 27. *de Uſuc.*

3. *Specialis*, qui ex ſolâ conditione rei poſſeſſæ naſcens, locum habet in his, quæ ſolâ occupatione noſtra fiunt, aliisque quibusdam caſibus, deficiente alio titulo. *l.* 2. *l.* 3. *l. ult.* §. 1. *h. t. l.* 1. §. 2. *Pro Dote.*

D I-

DIGESTORUM

LIBER XLII.

TIT. I.

De Re Judicatâ, & effectu Sententiarum, & de Interlocutionibus. Cod. 7. tit. 41, 43. 52. & ſeqq. usque ad tit. 60.

1. Sententia eſt, *ultima Judicis de lite definitio, continens vel abſolutionem rei, vel condemnationem actoris, aut rei. l. 1. h. l. 19. §. 1. de Rec. arb. §. 2. I. de Off. Jud. l. 27. D. Fam. erc. l. 3. C. de Sent. & interloc.* Sive eſt pronunciatio Judicis, per quam controverſia finem accipit, vel abſolutione, vel condemnatione. *l. 1. h. t.* Belgice *Sententia* vocatur Vonnis.

2. Jure Romano, ſecus ac Jure Canonico & moribus hodiernis, à ſententiâ non differt res judicata: licet vulgo ex ſententiâ dicatur naſci res judicata, vel ſententia tranſire in rem judicatam. v. *l. 1. h. l. 14. C. de Appell. l. 23. §. 1. D. de Cond. ind. l. 7. D. de Trans.* Scilicet poſt 10 dies. vid. *Cap. 13. & 15. X. de Sent. & Re Judic.*

3. Atque hæc eſt ſententia proprie dicta. Latius accepta eſt vel interlocutoria, vel definitiva. Quanquam ſecundum terminos Juris Romani interlocutio non ſit ſententia proprie dicta. vid. *Inſcript. h. t. & Inſcript. tit. C. de Sent. & Interloc.* Interlocutoria eſt, *pronunciatio Judicis de plano, in principio, vel medio litis, ſuper incidenti aliquo, facta, cauſam principalem non plenè de-*

deſpiciens; ſed ad litis progreſſum ſpectans. l. 14. D. h. l. 7. l. 9. C. de Sentent. & Interloc. l. 1. §. 1. de Conſt. Princ. Planum eſt tribunal, ſive locus ſublimis, in quem ſcalis adſcendebatur, adeoque quæ fiebant extra tribunal, dicebantur fieri de plano. *l. 2. §. 1. Quis Ord. in Bon. poſſ.*

4. Quanquam hæc aliquando vim definitivæ habeat. *d. l. 9. C. de Sent. & Interl. l. 2. de Appell. recip. vel non l. 31. de Jurej. l. 18. de Dol. l.* 14. §. 1. 4. *Quod met. §. 27. I. de Act. l.* 37. C. *Th. de Appell. l. 2. C. Si pend. app.* veluti interlocutio, qua reus torturæ ſubjicitur, vel ad torturam damnatur, ut & qua Judex jubet reum ad mortem damnari, & ejus bona publicari, ut & in delatione jurisjurandi. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 1.

5. Sententia definitiva eſt, *ultima pronunciatio Judicis, qua tota controverſia deciditur.*

6. Ab utraque ſententiæ ſpecie differunt Programmata, Epiſtolæ, Comminationes, Subſcriptiones, atque alia id genus, quæ ſententiarum nec naturam, nec effectum habent. *t. t. C. Commin. epiſt. progr. ſubſcr. auct. rei jud. non hab. l. 7. C. de Sent. & Interloc.* vid. *Huber. ad h. t. n.* 2.

7. Neceſſaria ſententiæ requiſita ſunt (1. Ut feratur à Judice idoneo & competente: *t. C. Si à non compet. l. ult. de Juriſd.* niſi partes litigantes prorogaverint juriſdictionem, & ſe ſubjecerint Judici incompetenti.

8. (2. Ut ſententia ſit certa, pronunciata verbis claris, & perſpicuis: nam incerta ſententia ipſo jure nulla eſt. *l. 5. §. 1. h. l. 59. pr. & §. 1. 2. h. t. l. pen. & l. ult. C. de Sent. quæ ſine cert. quant. §. 32. I. de Action. l. 21. §. 3 de Rec. arb. l. un. C. de Sent. quæ pro eo, quod int.* v.

Sue-

Sueton. in Claud. cap. 15. *Bronkh. Cent.* 4. *Enunt. aſſert.* 17. *& lib.* 2. *Miſc. aſſ.* 45.

9. Niſi vel res in genere, vel duæ alternative ſint debitæ. *l.* 6. §. 1. *h.* Ratio eſt, ne debitori auferatur jus electionis, ſi res certa adjudicetur. *l.* 34. §. 6. *de Contr. empt.* Sed & tunc ſententia incerta valet, quando adjudicatur quod intereſt. *l. un. de Sentent. l.* 24. *de R. J. l. ult. de Præt. Stip.*

10. Si de certitudine conſtet, non intereſt, quâ formulâ & figurâ verborum ſententiæ concipiantur. *d. l.* 59. *Tit. C. de Formul. & impetrat. ſublat.*

11. Plerumque tamen Veteres, pro ſuâ modeſtiâ, ita ſibi *videri* pronunciabant. *l.* 21. §. 1. *de Rec. arb. l.* 27. §. 1. *de Lib. cauſ. l.* 26. *de Jur. fiſc. l. pen. Quæ in Teſtam. delent. l.* 20. *de His qui not.*

12. Sed nec neceſſe eſt, ut ſententia pronuncietur verbis, *Condemno*, vel *Abſolvo* : poteſt enim Judex aliis verbis æquipollentibus uti. *d. l.* 59. *h. l.* 75. *de Jud. l.* 21. §. 1. 3. *de Rec. arb. l.* 3. *C. de Sent. quæ ſine certâ quant.*

13. Sed nec cauſam aut rationem ſententiæ reddere neceſſe eſt. *d. l.* 59. *h. t. C. Sicut.* 16. *X. h. t.*

14. (3. Ut feratur purè, non ſub conditione, quæ adjecta pro non ſcriptâ habetur. *l.* 1. §. 5. *Quand. appell. l.* 37. *D. de Excuſ. tut.* Ratio eſt, quia ſententia debet eſſe certa.

15. (4. Secundum Leges, Conſtitutiones, & Mores. *pr. I. de Off. Jud. l.* 19. *de Appell. l.* 1. §. 2. *Quæ ſent. ſine appell. l.* 5. *C. de LL. l.* 26. *de Teſt. tut.*

16. (5. Ut de totâ controverſia, non de parte litis feratur. *l.* 19. §. 1. *l.* 21. *de Rec. arb. l.* 27. *Fam. erc.*

17. (6. A judice ſedente, loco ſolito, & dirimendis litibus deſtinato. *l. pen. de J. & J. l. 6. C. de Sent. & interl. l. 59. de Jud. l. 2. §. 1. 2. Quis ord. in bonor. poſſeſſ. l. ult. de Decret. ab. Ord. fac. Nov. 71. c. 1.* Hinc ſedes dicitur pro tribunali. *l. 11. C. de Adſeſſ. l. 6. §. ult. C. de Poſtul.* Belgice vocatur, **in de Vierſchaar** / ſic enim vocatur locus Judicii, quia conſtat ad minimum ex quatuor perſonis, Judice, actore, reo, & actuario ſive ſecretario, vel, ut alii, Judice, actore, reo, & Prætore, ſive Baillivo, ut barbare vocatur. Quando coram his diſceptatur res controverſa, dicitur, **de geſpanne Vierſchaar** / vel potius, **de gebanne Vierſchaar** / id eſt, judicium coactum, vel congregatum, a *bannire*, id eſt, provocare; hinc proclamationes Eccleſiaſticæ in Jure Canonico vocantur, *Banna Eccleſiaſtica. Cap. ult. X. de Claud. Sponſ. Matth. in Manud. ad Jus Canon. lib. 2. cap. 5. & lib. 3. cap. 18. pag. 144.*

18. (7. Ut ſententia ſcribatur non notis, id eſt, ſiglis, vel compendiis literarum, ſive abbreviaturis, ſed integris literis, & ſcripta ex *Periculo*, ſeu tabellâ, recitetur ab ipſo judice. *l. ult. C. Comminat. Epiſtol. Tit. C. de Sent. ex peric. recit. Sueton. in Claud. c. 15. in Aug. c. 33.* Alii legunt *ex breviculo*, ſed ſine ratione; vid. *Nep. in Epam. 8. Suet. in Veſp. 21. Cic. 1. de Leg. 5.* quanquam *breve* & *breviculum* etiam fere hoc ſenſu accipi & uſurpari ſoleant. vid. *Tit. C. de Quadr. brev.* (l. 42.) *l. ult. de Pec. leg. l. ult. C. de Conv. Fiſc. deb.*

19. (8. Ut pronuncietur die faſto, *l. 4. C. Quom. & quand. jud. ſent. prof. deb.* & quidem ante ſolem occaſum. v. *Gell. 17. 2. Macrob. Saturn.*

turn. 1. 3. *Plin.* 2. *Ep.* 11. *&* 4. 9. arg. *l.* 6. *C. de Sent. & Interl. l.* 2. §. 31. *de O. & J. l.* 1. §. 8. *Quand. appell.*

20. (9. Partibus præſentibus, aut per contumaciam abſentibus. *l.* 47. *l.* 60. *h. l.* 73. *l.* 75. *de Jud. l.* 27. §. 4. *de Rec. arb. l.* 4. *l.* 7. *C. Quom. & quand. jud. Nov.* 112. *c.* 3. *t. D. de Requir. & abs. damn. l.* 53. *h. t. l. ult. ad SC. Treb.*

21. (10. Inter eos, qui litem, ſive ſuo, ſive procuratorio nomine, conteſtati ſunt. *l.* 1. *C. de Sent. l.* 23. *C. de Procur. l.* 9. *de Doli mali & met. exc.* Exceptis cauſis criminalibus & matrimonialibus, in quibus ſententia in ipſum dominum eſt ferenda, ut & excepto caſu, quo dominus ipſe litem conteſtatus eſt, & deinde procuratorem dixerit. *l.* 6. §. 2. *de His, qui not. inf.* Procurator tamen non tenetur actione rei judicatæ, niſi in duobus caſibus. vid. infr. *th.* 35. *& Wiſſenb. ad h. t. th.* 6.

22. (11. Præſentibus omnibus judicibus (ſcilicet pedaneis) qui judicare ſunt juſſi. *l.* 37. *l.* 39. *h. l.* 17. §. *ult. l.* 18. *de Rec. arb.* Idem juris eſt in Arbitris compromiſſariis: in Collegiis publicis, uti Decurionum, ſufficit adeſſe duas partes.

23. In judicando autem ſtandum eſt plurium ſententiæ. *l.* 36. *d. l.* 39. *l.* 161. *de R. J. Gell.* 9. 15.

24. Si paria ſint utrimque in contrarium ſuffragia, præfertur ſententia magis favorabilis. *l.* 38. *h. l.* 70. *de Jur. dot. l.* 85. *l.* 168. *l.* 192. §. 1. *de R. J.*

25. Ex judicum datorum, ſive pedaneorum, pari numero diſſentientium, ſententiis præfertur ea, quam Magiſtratus, qui judices dedit, confirmaverit. *l.* 28. *h. t.* Alioquin paribus ſententiis reus abſolvitur. *d. l.* 38. *Sen.* 3. *Exerc.*

2. *Gell.* 14. 2. *Quintil. Decl.* 234.

26. (12. Ut lata ſit ex inſtrumentis juſtis & veris. Nam ſententia ex falſis inſtrumentis, vel teſtimoniis lata, reſcinditur, &, effectu inſpecto, eſt ipſo Jure nulla *l.* 1. *l.* 2. *& t. t. C. Si ex falſ. inſtr. l.* 75. *de Jud. l.* 11. *de Except. l.* 33. *h. l.* 29. *ad L. Corn. de Falſ.*

27. (13. Jure Romano requiritur, ut ſententia feratur Latinâ linguâ: *l.* 48. *h. Suetvn. in Claud. c.* 16. Poſtea & Græcâ ferri potuit. *l.* 12. *C. de Sentent. & Interl.*

28. Primus ſententiæ, ritè latæ, effectus eſt, quod revocari, vel mutari nequeat. *l.* 14. *l.* 45. §. 1. *l.* 55. *l.* 62. *D. h. l.* 9. *C. de Sent. & Interloc. l.* 1. *C. Sentent. reſcind. non. poſſ. l.* 19. § 2. *de Recept. arbitr. l.* 1. §. *ult. D. de Quæſt. l.* 27. *D. l.* 15. *C. de Pœn. Euang. Job. cap.* 19. *vſ.* 22. *Apulej.* 1. *Florid. Suet. in Cæſ. c.* 14. ac ne ob inſtrumenta quidem poſtea reperta reſcindi poſſit. *l.* 4. *C. l.* 35. *D. h.*

29. Niſi vel Reip. interſit. *d. l.* 35. *l. un. de Sent. adv. fiſc. lat. retr.* (x. 9.) *l. pen. de Decret. ab Ord. fac.* vel ex Jurejurando neceſſario ſit pronunciatum. *l.* 31. *de Jurej.* vel inſtrumenta dolo adverſarii ſiut ſuppreſſa, arg. *l.* 19. *C. de Tranſ.* vel poſterius teſtamentum, mutatam defuncti voluntatem comprehendens, repertum ſit, arg *l. ult. C. de Reb. cred. l.* 3. §. 1. *l.* 6. *de Tranſ.* vel niſi ſententia, jam ante lata, à quâ non eſt appellatum, proferatur. *l.* 1. *C. Quand. provoc. non eſt neceſſ.*

30. Poteſt tamen Magiſtratus vel Judex Decretum ſuum & ſententiam interlocutoriam mutare, *l.* 14. *h. l.* 16. *de Op. nov. nunc. l.* 10. *de Præt. ſtipulat.* & actorum verba, ſalvo tenore ſen-

ſententiæ, emendare. *l.* 46. *h. t. l.* 3. *C. de Fruct. & lit. exp.* & eodem die ſupplere quæ deſunt. *l.* 42. *h.* quin & ex juſtâ causâ contra ſuam ſententiam in integrum reſtituere. *l.* 16. *§. ult. l.* 42. *D. de Minor. tit. C. Si adverſ. rem judic.* & mulctam, ob inopiam condemnati, remittere. *l.* 6. *§. ult. de Off. Præſ. l. ult. in f. C. de Mod. mulct. l.* 6. *de Dol. mal.*

31. Secundus ſententiæ effectus eſt, quod jus faciat inter litigantes: Res enim judicata pro veritate habetur. *l.* 25. *de Stat. Hom. l.* 207. *de R. J. l. pen. de J. & J. Val. Max.* 2. *c.* 4. non inter alios. *l.* 63. *h. t. Cod. Res int. al. act. l.* 2. *C. Quib. res jud. non noc.* Exceptiones vide in *d. l.* 63. *& l.* 3. *§. ult. de Pign. & Hyp.*

32. Unde nec judex res, ab aliis judicatas, in judicando ſequi tenetur. *l.* 13. *C. h. l.* 12. *de Off. Præſ. l.* 11. *C. de Jud. l.* 39. *de Legibus.* Quamquam rerum, perpetuò ſimiliter judicatarum, auctoritas vim legis obtineat. *l.* 37. *& ll. ſeqq. de Legib. l.* 14. *pr. ad L. Corn. de Falſ. l.* 11. *§.* 2. *de Minor.*

33. Tertius ſententiæ effectus eſt, quod Reo, vel Actori, ſecundum quem lis data eſt, vel actio, vel exceptio rei judicatæ competat. De Exceptione titulus eſt 2. *lib.* 44.

34. Actio judicati eſt *civilis, rei perſecutoria, perſonalis, perpetua, competens actori vincenti, in actionibus quidem in rem, & iis, quibus reſtitutio, aut exhibitio rei petitur, ſtatim à ſententiâ latâ; in pleriſque actionibus in perſonam, poſt quatuor menſes. §.* 2. 3. *I. de Off. jud. l.* 2. *l.* 3. *C. de Uſur. rei jud.*

35. Contra condemnatum, aut cujus nomine alius condemnatus eſt. *l.* 2. *de Adm. tut. l.* 4

§. 1. 2. *h.* non contra procuratorem, niſi vel ſe liti obtulerit, vel procurator ſit in rem ſuam *l.* 4. *h. l.* 61. *de Procur.*

36. Contra plures condemnatos non in ſolidum, ſed contra ſingulos pro ratâ datur. *l.* 1. *l.* 2. *C. Si plur. unâ ſent. condemnati ſint.* v. tamen *l.* 2. §. 1. 2. *l.* 4. §. 1. 2. *de V. O.*

37. Datur & heredi, & contra heredem, & ſemper eſt rei perſecutoria ac perpetua, licet actio principalis, ſuper quâ judicatum eſt, ſit pœnalis, vel temporalis, nec ad heredes tranſitoria. *l.* 6. §. 1. 3. *h.* Ratio eſt in *l.* 3. §. 11. *de Pecul. l.* 11. §. 1. *de Novat.*

38. Competit ad id, ad quod reus condemnatus eſt, vel ut ſententia executioni mandetur. v. *Cod. lib.* 7. *tit.* 53.

39. In quâ ſervandus eſt ordo *legis* 15. §. 2. *D. h.*

40. Sententias executioni mandare poſſunt iidem, qui pronunciarunt; niſi quod judicum pedaneorum ſententiæ executioni mandentur à Magiſtratibus, à quibus dati ſunt. *l.* 15. *h.*

41. Executio fit vel per miſſionem in poſſeſſionem, *l.* 1. *pr.* & *t. t. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* vel per pignoris capionem, *l.* 31. *l.* 9. §. *ult. ad Leg. Jul. pec. Sueton. in Cæſ. c.* 17. *Tacit. Annal.* 13. 18. & per manum militarem, *l.* 38. *de R. V. l.* 3. *Ne vis fiat ei. l.* 1. §. 2. *Si ventr. nom. mul.* vel per carcerem. *d. l.* 9. §. *ult. l.* 1. *l. ult. C. Qui bon. ced. l.* 34. *h.*

42. Nam ſi bona condemnati paria non ſint debito, condemnatus carceri mancipatur, ab actore modicè alendus. *d. l.* 1. *l.* 2. *de Exact. tribut.* Niſi ceſſionis, vel competentiæ beneficio, ab hac pœna liberetur.

43. Judicati faciendi, vel ſententiam defini-

ti-

tivam executioni mandandi olim ex Lege XII. Tab. 30. dies juſti erant. *Gell.* 20. *c.* 1. *l.* 21. *in f. de Jud. infr. tit. de Ceſſ. Bon. tb.* 7. Ex Conſtitutionibus Imperatorum duo menſes. *l.* 2. *C. Theod. de Uſur. rei jud. l.* 31. *b.* Ex Conſtitutione Juſtiniani menſes quatuor; intra quos ſi non ſatisfiat, exinde uſuræ centeſimæ debentur. *l. ult.* §. 1. *C. de Uſur. rei jud.*

44. Quod quidem quatuor menſium ſpatium conceditur in actionibus perſonalibus (exceptis paucis, ſcilicet; exceptis actionibus perſonalibus, quibus rei noſtræ poſſeſſionem repetimus, quales ſunt actio directa Commodati, Pignoratitia, Locati, Depoſiti. arg. *l.* 7. *C. de Exec. rei jud. l.* 2. *C. de Fruct. & lit. exp. l. pen. D. Depoſ.*) non in realibus, ubi ſtatim facienda reſtitutio. §. 2. 3. *l. de Off. jud. l.* 68. *de R. V.* v. *theſ.* 34.

45. Sic tamen ut tempus judicati faciendi à Magiſtratu vel prorogari vel arctari poſſit, non à Judice pedaneo. *l.* 2. *l.* 31. *D. h.* Scilicet, ſi reus condemnatus ſit locuples, & facile ſolutionem expedire poſſet, vel rem reſtituendam penes ſe habeat. Tempus ſolvendi à judice, etiam pedaneo, prorogari poteſt, non arctari, aut anguſtiore, quam legibus definito ſpatio circumſcribi. *l.* 4. §. 5. *b.*

46. Si alibi ſententia ſit dicta, reus autem condemnatus alibi domicilium, vel bona habeat, executio facienda à judice domicilii, vel loci rei ſitæ, per litteras, quas vocant, *requiſitoriales*, per quas Judex, qui pronunciavit, rogat Judicem alterius fori, ut is ſententiam, à ſe latam, executioni mandet, arg. *l.* 15. §. 1. *h. l. ult. de Juriſd. l.* 45. §. 1. *de Judic. l.* 13. §. 3. *C. eod. Nov.* 134. *c.* 5. Hæ litteræ *requiſitoriales*

 Ger-

Digitized by Google

Germanis etiam vocantur litteræ *mutui compaſſus*. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 9.

TIT. II.

De Confeſſis. Cod. 7. 59.

1. In judicio, apud Judicem competentem, confeſſus, pro judicato & convicto habetur. *l.* 56. *de Re jud. l.* 1. *l.* 3. *l.* 6. *D. h. l.* 25. §. *ult. ad L. Aquil. l. un. C. h. l.* 29. §. 1. *D. de Donat.*

2. Licet confeſſus in jure erraverit. *l.* 2. *h.* Exempli gratia, heres de facto certus, & ſciens, bona eſſe ſolvendo, confeſſus eſt in jure, ſe debere integra legata, habetur pro judicato, licet in jure erraverit, neſciens, ſibi competere quartam Legis Falcidiæ, arg. *l.* 9. *C. ad L. Falc.*

3. Modo confeſſio certa ſit, non autem vaga, licet confeſſus teneatur confeſſionem incertam declarare, & manifeſtare. *l.* 6. *pr.* §. 1. *h.* & per eum facta, qui eſt ſuæ poteſtatis, & pleni judicii compos. *l.* 6. §. 5. *h.* id eſt, non modo ſui juris, ſed etiam ſui arbitrii, ſic ut nequidem ſit in poteſtate tutoris aut curatoris; eodem ſenſu hæc locutio accipitur in *l.* 43. *de O. & A. & l.* 2. §. 1. *de Pollic.* Confeſſio autem pupilli eſt nullius momenti, niſi ei tutor vel curator adſit, tam in criminalibus, quam in civilibus; minor autem contra ſuam confeſſionem reſtitui poteſt in integrum. *l.* 4. *C. de Auct. tut. l.* 36. §. 1. *in fin de Noxal. act.* Præſente & acceptante adverſario, vel ejus procuratore. *l.* 6. §. 3. *h.*

4. Quæ regula locum habet non tantum in cauſis civilibus, *dd. ll.* ſed & in criminalibus.

l. 5.

l. 5. *de Cuſt. reor. l.* 1. §. *ult. de Quæſt. l.* 8. *C. ad L. Jul. de Vi. l.* 16. *C. de Pœn. l.* 10. *C. de Epiſc. & Cler. l.* 2. *C. Quor. appell. non recip.* Sicut vel confeſſio rei, vel probatio ſufficiat ad condemnationem. *d. l.* 16. v. *Ovid. lib.* 2. *de Ponto. Ep.* 2. v. 51. *& ſeq. Quintil. Declam.* 13. Excepto olim parricidio. *Suet. in Aug. c.* 33.

5. Modò de crimine, & corpore delicti conſtet. *l.* 23. §. *f. l.* 24. *l.* 25. *ad L. Aquil. l.* 1. §. 17. 27. *de Quæſt. l.* 1. §. 24. *l.* 5. §. 2. *D. de SC. Sylan.* & confeſſio ſit libera, non tormentis elicita, *l.* 1. §. *ult. de Quæſt.* & in judicio facta, *dd. ll.* de facto proprio, non alieno. *l. ult. C. de Accuſ. l.* 9. §. 3. *de Interrog. l.* 6. §. 4. *h. t.*

6. Cum autem in confitentem nullæ ſint partes Judicantis, *d. l.* 25. *in f. ad L. Aquil.* Conſequitur, neceſſarium non eſſe, ut confeſſionem debitoris ſententia judicis ſequatur, arg. *l.* 9. *C. de Jud. l.* 40. §. 1. *D. de Pact.* vide *l.* 21. *de Jud. l.* 71. §. 2. *de Leg.* 1. *l.* 3. *l.* 5. *h. t.*

7. In cauſis criminalibus confeſſio non ſufficit, niſi per condemnationem confirmata. *l.* 5. *D. de Cuſt. reor. l.* 2. *C. Quor. app. non recip.* adeoque ibi reus non pro condemnato, ſed tantum pro convicto habetur. *l.* 1. §. *ult. de Quæſtion.*

8. Confeſſio eſt vel expreſſa, vel tacita. v. *l.* 5. *de His, qui not. inf. tit. D. de Interrog. in jur.* Confeſſio expreſſa eſt, qua quis verbis vel litteris aliquid contra ſe fatetur. Tacita, ſive ficta, eſt quæ colligitur ex facto aliquo, veluti ex ſilentio ad interrogationem in jure, vel ex tranſactione, vel pacto ſuper delicto privato, & crimine non capitali. *l.* 5. *de His, qui not. inf. l.* 18. *C. de Tranſact.* ut & ex contumacia, ſi a judice alicui injuncta ſit reſponſio ſub pœna confeſſi

& convicti, & non reſponderit. vid. *l.* 142. *de R. J. l.* 11. §. 5. *de Interr. in Jur. faciend.*

9. Denique vel judicialis, de quâ ſuprà; vel extrajudicialis, quæ tantum præſumtionem inducit, pro ratione circumſtantiarum, nunc graviorem, nunc leviorem. v. *l.* 26. §. 5. *de Nox. act. l.* 28. §. *pen. & ult. de Lib. leg. l.* 4. *C. de Falſ. cauſ. adject. legato. l.* 2. *de SC. Sylan. l.* 37. §. 5. *l.* 93. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 14. *C. de Non num. pec.* Confeſſio hominis vulnerati, facta in articulo mortis, de auctore vulneris, non facit præſumtionem ſufficientem ad torturam, multò minus ad pœnam. *l.* 3. §. 1. *de SC. Sylan. l.* 1. §. 4. & 20. *de Quæſtion.* Negatio autem hominis vulnerati, ſibi vulnus ab aliquo eſſe illatum, prodeſt ad purgationem & abſolutionem ſuſpecti. *l.* 2. *de SC. Sylan.*

TIT. III.

De Ceſſione bonorum. Cod. 7. 71.

1. Ceſſio bonorum eſt *flebile, & miſerabile beneficium*, lege Julia de bonis cedendis introductum, *debitoribus, gravi ære alieno preſſis, & vitio fortunæ facultatibus lapſis*, competens, *ut, omnibus bonis cedendo, ſqualorem carceris aliaque incommoda evitent, l.* 6. *D. l.* 1. *l.* 4. *C. h.* §. *ult. I. de Action.*

2. Fit autem ceſſio Jure Civili ſolâ debitoris voluntate, ſive in jure, ſive extra jus, ſive vivâ voce, ſive per nuncium, vel epiſtolam declaratâ. *l. pen. & ult. D. l.* 6. *C. h.*

3. Negatur beneficium ceſſionis, (1. Ad pœnam pecuniariam ex delicto condemnatis. *l. ult. de*

de In Jus voc. l. 7. §. 3. *de Juriſd. l.* 1. §. *ult. de Pœn.* Non obſtat *l. ult.* §. 4. *C. de Cuſt. reor.* nam ibi tantum continetur epitome, ſive excerptum Conſtitutionum Græcarum ex Baſilicis Græcis, quod Interpretes Codici inſeruerunt; qualia excerpta non habent vim legis. (2. Iis, qui doloſè, convaſatis rebus ſuis, ſolum verterunt, & foro ceſſerunt, vel bona ſua dilapidarunt ac diſſiparunt in fraudem creditorum. *l.* 63. §. 7. *Pro ſoc.* arg. *l. pen. in f. de Jur. Dot. l.* 51. *de Re jud. l. ult.* §. *ult. D. Quæ in fraud. credit.*

4. Vis & effectus ceſſionis eſt (1. Quod omnia debitoris bona ad creditores transferantur, quorum eſt bona, ex ceſſione quæſita, non inter ſe partiri, ſed publicè diſtrahere. *l.* 4. *C. h.* Ut tamen debitor, pœnitentiâ ductus, ſi creditoribus ſolvere paratus ſit, bona recuperare, & diſtractionem impedire poſſit. *l.* 3. *l.* 5. *D. l.* 2. *C. h.* (2. Quod liberet à pœnâ carceris. *l.* 1. *C. h.* (3. Quod debitori tribuat exceptionem, *ſi bonis ceſſerit*, ſive ceſſionis bonorum, & beneficium Competentiæ, ne in ampliorem ſummam, quam facere poteſt, poſteà conveniatur. *l.* 4. *l.* 6. *l.* 7. *D. d. l.* 1. *C. h. t.* §. *ult. I. de Action.* §. *ult. I. de Replic.* Ita tamen, ut debitum non exſtinguat, ſed tantum ſuſpendat, adeoque cedens, ſi poſtea emergat, & ad meliorem fortunam perveniat, adhuc ad ſolvendum compelli poſſit, ſalvo beneficio competentiæ, ſic ut modicum quid poſt ceſſionem acquiſitum ei auferri nequeat. Ceterùm beneficium ceſſionis non irrogat infamiam. *l. ult. C. h. t. l.* 11. *C. Ex quib. cauſſ. inf. irr.* arg. *l.* 25. *D.* & *l.* 6. *C. de Legib.* Infligit tamen aliquam levis notæ maculam. *l.* 5. *C. h. t. Nov.* 135. *in fin. princ.* hinc il-

lis, qui bonis cedunt, actus quidam ignominioſi injungi ſolent: ſic ſub Hadriano *catamidiabantur*, id eſt, mithra contumelioſa publice in amphitheatro circumducebantur. *Spart. in Hadr.* 18.

5. Reſcriptum Moratorium eſt *beneficium, à Principe impetrari ſolitum, ne debitor intra certum tempus conveniri poſſit; modò præſtet cautionem fidejuſſoriam de debito, poſt præſtituti temporis ſpatium, ſolvendo, & major pars creditorum, vel omnes creditores conſentiant. l. ult. C. h. l. 4. C. de Prec. Imp. offer.* In hoc autem differt à beneficio ceſſionis, quod non eſt beneficium Principis, ſed legis. Ut autem ceſſionis, ita Reſcripti moratorii beneficium non prodeſt fidejuſſoribus. *§. ult. de Replic. l. 7. de Except. Voet. ad h. t. n.* 4. & 11. Major autem pars creditorum æſtimari debet non ex numero perſonarum ſed ex quantitate debiti. *l. 8. de Pact. l. 14. Depoſ.*

6. Beneficium Competentiæ nihil aliud eſt, quam *privilegium, quibusdam perſonis conceſſum, ne in ampliorem ſummam, quam facere poſſunt, conveniantur, relicto illis, quantum, ad vitam honeſte & modice degendam & tolerandam, ſufficit.*

7. *Facere* hic idem eſt, quod ſolvere. *v. l. 10. de Re jud. l. 82. in f. ad L. Falc. l. 4. ad SC. Vellej. l. 6. de Fer. Facere poſſe* autem civili ratione dicitur, qui de ſuo honeſtè ſolvere poteſt, deducto prius eo, quod ei ſatis ſit ad victum quotidianum, ne egeat. *l. 19. l. 30. l. 49. de Re jud. l. 6. h. t. l. 173. de R. J.* Quâ in re tempus rei judicatæ ſpectatur. *l. 15. Sol. matr.*

8. Competit (1. Donatori. *l. 28. de R. J. l. 33. de Jur. Dot. l. 19. l. 49. l. 50. de Re jud. l. 12. de Donat.* Sic ut etiam poſſit deducere æs alienum creditoribus ſuis debitum. Ratio eſt in *l.*

41. §. 1. *de R. J.* & *l.* 49. *l.* 50. *de Re jud.* ſi non deducat æs alienum, creditoribus contra donatarios competit actio Pauliana. (2. Sociis, tam particularibus, quam univerſalibus. *l.* 63. *Pro ſoc.* nec eſt contrarium in *l.* 16. *de Re jud.* Nam ſenſus *d. l.* eſt, quod ſocii particulares non gaudeant hoc beneficio, niſi quando conveniuntur actione pro ſocio. §. 38. *Inſt. de Action.* Socii univerſales autem ſemper, exemplo parentum aut patronorum, quia ſemper & in omnibus rebus ſunt; ſocietas omnium bonorum nihil excludit præter turpia lucra & damna. Diſſent. *Wiſſenb. ad tit. pro Soc. coroll.* 2. qui hic admittit antinomiam; vid. *Bronkh. Cent.* 2. *Enant. aſſert.* 51. (3. Parentibus creditoris. *d. l.* 16. *de Re jud.* (4. Patronis, liberisque eorum, & parentibus. *l.* 17. *eod.* (5. Marito & uxori. *l.* 12. *l.* 13. *Sol. matr. l.* 20. *de Re jud.* (6. Militi. *l.* 18. *eod.* (7. Fratri. arg. *l.* 63. *Pro ſoc.* Scilicet proprie dicto, *l.* 18. *de Re jud. l.* 6. *h. t. l.* 1. *de Teſt. mil.* (8. Ei, qui, injuria fortunæ, facultatibus lapſus, bonis ceſſit. §. *ult. I. de Act.* v. *Thaſ.* 4. (9. Filio emancipato, vel exheredato, ratione debiti, durante patria poteſtate, contracti. v. *tit. D. Quod cum eo, qui in aliena poteſt.*

9. Ceſſat (1. In delictis. *l.* 21. §. *ult. Rer. amot. l.* 22. §. 1. *l.* 52. *de Re jud. l.* 1. §. *ult. de Pœn. l. pen. de Jur. Dot.* (2. Si quis inficietur qualitatem, per quam gaudet hoc privilegio. *l.* 10. *l.* 22. *de Re jud. l.* 67. *Pro ſoc. l.* 4. §. 1. *Quod cum eo, qui in aliena poteſt. eſt.* Ratio eſt, quia qui inficiatur, vel negat qualitatem perſonæ, cujus reſpectu vel contemplatione beneficio aliquo gaudet, is mentiendo indignum ſe reddidit. *l.* 10. §. 1. *de Fidej. l.* 4. §. 1. *Quod cum eo, qui in*

el.

al. poteſt. (3. In heredibus. *l.* 12. *& l. ſeq. Sol. matr. l.* 24. *l.* 25. *de Re jud.* Ratio eſt in *l.* 68. *& l.* 196. *de R. J. l.* 7. *de Except.* (4. In Fidejuſſoribus. § *ult. Inſt. de Replic.*

TIT. IV.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

1. Si debitor latitet, vel ſe non defendat, creditores mittuntur in bonorum ejus poſſesſionem, idque rei ſervandæ, ventris, legatorum, aut fideicommiſſorum cauſâ: vide *l.* 1. *h.*

2. Rei ſervandæ cauſâ miſſionem petere & impetrare ſolent creditores, quibus ex quâvis juſtâ cauſâ debetur; idque vel ex Decreto primo, cuſtodiæ cauſâ, in bona debitoris, quem non conſtat, fraudandi animo latitare, id eſt, cum tractu aliquo temporis latere; *l.* 8. *l.* 13. *h. t. l.* 1. §. 3. *de Poſtul. l.* 2. *pr. &* §. 1. *h. l.* 19. *D. de in Jus voc.* vel ex Decreto ſecundo, quo miſſio fit in bona debitoris, fraudationis cauſâ latitantis, non cuſtodiæ, ſed diſtractionis cauſâ. *l.* 7. §. 1. *h. l.* 9. *C. de Bon. auct. jud. poſſ.*

3. Datur etiam creditori, cui ſub conditione debetur, quatenus initium obligationis ſpectatur. *l.* 6. *h.* §. 4. *Inſt. de V. O.* quatenus autem pignus non contrahit, cui nihil debetur, effectu inſpecto creditor conditionalis mitti negatur. *l. pen.* §. *ult. h.* Niſi forte diſtinguendum ſit inter negotia bonæ fidei, & ſtricti juris. v. *l.* 41. *de Jud.*

4. Hæc miſſio petenti à Magiſtratu, adhibitâ cauſæ cognitione, decernitur. *l.* 7. §. 1. 2. *h.*

5. Decernitur autem contra debitores, creditoris fraudandi cauſâ, latitantes, vel abſentes,

vel

vel ab hoſtibus captos, ſi non defendantur. *l. 6. §. ult. l. 7. §. 2. 5. 6. 13. l. 13. b.* vel ſi debitori defuncto nullus heres exiſtat. *l. 8. b.* (ubi pro *bonum:* leg. *bonorum*: deleto commate, quod poſt vocem *bonorum* ponendum eſt, vel agnoſcenda eſt trajectio & tranſpoſitio verborum, & leg. *bonorum Curator.*) *l. 5. l. 6. C. de Bon. auct.*

6. Miſſio fit in univerſa bona. *l. 1. b.* cujuscunque debitoris, etiam pupillorum, furioſorum, prodigorum, municipiorum, ſi non defendantur. *l. 3. l. 7. §. 10. & ſeqq. b.* arg. *l. 15. §. 29. de Damn. inf.*

7. Effectus miſſionis prodeſt omnibus creditoribus, etiam non miſſis. *l. 12. Tit. ſeq. l. ult. C. de Bon. auct. jud.*

T I T. V.

De Rebus auctoritate judicis poſſidendis, vel vendendis. Cod. 7. 72.

1. Ad modum formamque executionis pertinet, ut poſt miſſionem in bona, ſi debitor creditori miſſo non ſatisfaciat, petenti creditori, intra tempus arbitrio judicis definiendum, detur poteſtas res diſtrahendi. *l. 7. tit. præced. in pen. & l. ult. C. b. t.* v. *Cicer. pro Quint. c. 23.*

2. Idque vi pignoris Prætorii, quod, rei ſervandæ causâ, in bonorum poſſeſſionem miſſus conſequitur. *l. 2. C. de Præt. Pign. l. 5. Ut in poſſeſſ. leg. l. 12. Pro Emt.* ſupr. *tit. de Pign. & hypoth. ib. 6.*

3. Judicem autem hic interpretamur non judicem pedaneum, ſed Magiſtratum majorem. arg. *l. 15. de Re jud.* ut in *l. 1. l. 81. de Judic.*

l. 11.

l. 11. *de Juriſd. l.* 41. *de Minor.* [illegible]

4. Facienda bonorum diſtractio, prævia proſcriptione, publicè ſub haſtâ; in loco, ubi debitor defendendus erat, id eſt, ubi domicilium habet, vel ubi contraxit. vid. ſupr. *tit. de Contr. emt. th.* 64. & 65. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h.* Inter plures licitantes extraneo emptori præfertur creditor, deinde cognatus. *l.* 16. *h.* (ubi *celabitur* idem eſt quod *debebitur*.) Hoc jus præferentiæ moribus noſtris eſt abrogatum, adeoque nec creditor, nec cognatus præfertur extraneo emtori.

5. Diſtrahuntur autem bona, in quæ miſſio decreta eſt; exceptis bonis minorum, furioſorum, prodigorum, quorum bona, etſi ex Edicto poſſideri poſſint, vendi tamen nequeunt, niſi causâ cognitâ; ob urgens æs alienum, vel ſimilem gravem cauſam. *l.* 5. *l.* 6. §. 1. 2. *h. t. l.* 7. §. 9. & *ſeqq. l.* 10. *Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* v. ſupra *tit de Bon. eor. qui ſub tut. vel cur.*

6. Effectus venditionis ritè factæ eſt, quod dominium rerum venditarum addicatur emptori plus licitanti, adeo ut debitor, bonis diſtractis, reſtituendo damna, & impenſas, non poſſit conſequi reſciſſionem venditionis, ſed tantum recipiat id, quod, creditoribus dimiſſis, ſupereſt, arg. *l.* 6. *D. h.* [illegible]

7. Impeditur & evaneſcit decretæ venditionis effectus (1. Si extraneus intercedens contendat, rem non debitoris, ſed ſuam eſſe. *l.* 15. §. 4. *de Re jud.* (2. Si debitor aut alius, in ejus gratiam, ante diſtractionem debitum, damnaque, & impenſas ſolvere paratus ſit. *l.* 4. §. *ult. h.* §. *ult. Inſt. de Perp. & temp.* [illegible]

[illegible]

TIT.

TIT. VI.

De Separationibus. Cod. 7. 72.

1. Separatio eſt *diverſorum patrimoniorum, ad eandem perſonam pertinentium, judicis auctoritate facta diſtinctio, à creditoribus chirographariis defuncti peti ſolita, ut bona ejus ſeparentur à bonis heredis obærati, & ſibi ſolis inde ſatisfiat. l.* 1. *h.* ſive *a creditoribus mere perſonalibus*, nam creditores hypothecarii non habent neceſſe petere bonorum ſeparationem, quia illis ſatis cautum eſt actione hypothecaria; vid. *Sand.* 4. *Deciſ.* 12. 15.

2. Separationem petunt defuncti creditores & legatarii. *l.* 4. §. 1. *l. pen. h. l.* 6. *C. de Heredit. Action.*

3. Sive debitum ſit purum, ſive in diem, ſive ſub conditione contractum. *l.* 4. *h.*

4. Non competit autem jus petendi ſeparationem heredi, niſi ſit neceſſarius. *l.* 1. §. *ult. h.* nec heredis creditoribus, niſi is in fraudem eorum hereditatem damnoſam ſciens adiverit. *l.* 1. §. 2. 5. *h.* alia exceptio eſt in *l. pen.* §. 1. *h.*

5. Prodeſt ſeparatio non omnibus, ſed ſolis petentibus creditoribus. *l.* 1. §. 16. *h.*

6. Effectus impetratæ ſeparationis eſt, quod creditores defuncti in bonis hereditariis præferantur creditoribus heredum, quodque, ſi bona non reſpondeant æri alieno, id quod deeſt, niſi ob juſtiſſimam cauſam, ex patrimonio heredum conſequi nequeant. *l.* 1. §. *pen. l.* 3. §. *ult. l.* 5. *h.*

7. Tollitur jus impetrandæ ſeparationis (1. Si cre-

creditores hereditarii fidem heredis ſequuti ſint. *l.* 1. §. 10. 11. 15. *D. h.* veluti ſi obligationem novaverint, uſuras, fidejuſſores, vel pignora acceperint, adeoque cum herede contraxerint. (2. Si res defuncti & heredis confuſæ & commixtæ non admittant ſeparationem. *l.* 1. §. 12. *l.* 2. *h.* (3. Si huic juri lapſu quinquennii, ab aditâ hereditate, ſit præſcriptum. *l* 1. §. 13. *h.*

T. I. T. VII.

De Curatore bonis dando.

1. Creditoribus, rei ſervandæ causâ, in bonorum poſſeſſionem miſſis, ad cuſtodienda & adminiſtranda bona, exercendaſque pro latitante debitore & excipiendas actiones, ut & ad ſolutiones ex redactâ pecuniâ faciendas, curator dari ſolet. *l.* 1. *& t. h. t.* v. *Cic. pro Quint. c.* 15. Curator bonis datus olim vocabatur *Magiſter.* vid. *l.* 9. *Rat. rem hab.* quod vocabulum applicatur omni ei, qui rei alicui præeſt. *l.* 58. *de V. S.*

2. Qui conſtituitur vel à Judice ex conſenſu creditorum, *l.* 2. *h.* vel ab ipſis creditoribus. *l. ult. h l.* 8. §. *ult. l.* 15. *de Reb. auct. jud. poſſid.* Sic ut majorem partem creditorum conſentire ſufficiat. *d. l.* 2. *& d. l.* 15. vid. *l.* 7. §. *ult. l.* 8. *de Pact. l.* 14. *Depoſ.*

3. Denique vel unus, vel plures, iique vel conjunctim, vel disjunctim, & diverſis partibus adminiſtraturi. *l.* 2. §. 2. *l.* 3. *h. t.*

4. Officium Curatoris eſt, in fidem ſedulæ adminiſtrationis, inventarium rerum debitoris conſcribere; pendente executione prædia locare;

re; bona perditurire; quæ ſervando ſervari nequeunt, diſtrahere; pretia rerum venditarum creditoribus ſolvere; actiones, tempore perituras, nomine debitoris inſtituere; actiones contra debitorem competentes excipere; id eſt, ad illas reſpondere, & debitoris cauſam defendere: omnium denique rationem reddere *l.* 8. §. 1. *l.* 14. *l.* 15. *de Reb. auct. jud. l.* 2. §. 1. *h. l.* 1. *tit. leg.*

5. Curator ex adminiſtratione ſuâ debitori actione in factum tenetur, ad reſarciendum damnum dolo latâque culpâ datum, *l.* 9. *in f. pr.* §. 2. 3. 5. *de Reb. auct. jud.* non ex culpâ levi, multò minus leviſſima: quia non tam debitoris, quam creditorum negotium gerit. *l.* 1. §. 17. *de Ventr. in poſſ. l.* 2. *h. t.* Ratio eſt, quia Curator aliquando etiam invitus, decreto Principis vel Magiſtratus, conſtitui poteſt. *l.* 2. §. 3. *h. t.* a quo exigere præſtationem culpæ leviſſimæ, ut a mandatario & procuratore proprie dicto, injuſtum eſſet.

6. Creditoribus verò, ad exemplum tutorum & curatorum ætatis, actione mandati tenetur etiam ex culpâ levi. *l.* 1. §. 22. *de Ventr. in poſſ. mitt.* v. *l.* 22. §. 10. *Mand.* non leviſſimâ, contra regulam *legis* 21. *C. Mand.*

TIT. VIII.

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur. Cod. 7. 75.

1. Creditoribus in bona debitoris miſſis, duplex competit actio ad revocanda ea, quæ in fraudem eorum à debitoribus ſunt alienata; altera Pauliana in perſonam, ex delicto

 ... ſtatu

fraudulentæ alienationis, v. §. 6. *l. de Act. l.* 1. §. 26. *D. Si quid in fraud. patron. l.* 10. *pr. h.* junct. *l.* 25. §. 1. *de O. & A. l.* 38. §. 4. *de Uſur.* Ratio eſt (1. Quia non datur domino, nec alii, jus in re habenti, nec naſcitur ex dominio, nec alio jure in re, quod creditoribus competit. (2. Quia non datur contra quemvis poſſeſſorem. (3. Quia vocatur actio in factum. *l.* 10. *pr. & §.* 2. *h. t.* actio autem in rem nunquam vocatur actio in factum, & verſa vice, actio in factum eſt nunquam actio in rem. *l.* 25. *de O. & A.* (4. Quia annumeratur aliis actionibus perſonalibus, eodemque jure cenſetur. vid. *l.* 38. *pr. & §.* 1. 2. 3. 4. *de Uſur.* (5. Quia ejusdem naturæ eſt cum actione Fabiana. *l.* 38. §. 4. junct. *l.* 1. §. 26. *Si quid in fraud. patr.* (6. Quia datur heredibus contra heredes. *l.* 10. §. *ult.* cum actio in rem non heredibus detur, niſi in poſſeſſione conſtituto, nec contra heredes, niſi rem poſſideant. *l.* 51. *l.* 52. *l.* 55. *de R. V.* (7. Quia non datur contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem. *l.* 9. *h. t.* D.ff. alii. vid. *DD. ad* §. 6. *Inſt. de Action.* & *Voet. ad h. t. n.* 2. In rem altera, ex Jure in re pignoris Prætorii.

2. Pauliana competit creditoribus, in poſſeſſionem miſſis, contra poſſeſſores, & quandoque contra ipſum fraudatorem. *l.* 1. *pr. l. ult.* §. *ult. h. t.* ad revocanda ea, quæ vel ante, vel poſt miſſionis decretum, alienata ſunt. *l.* 1. *pr. l.* 9. *l.* 10. *D. l. pen. C. h. t.* §. 6. *I. de Action. l.* 38. §. 4. *de Uſur.* Scilicet ſi bona quædam ita disperdiderit, ut nulla reſtitutione recuperari poſſint, & res ſuas tam mala fide jactavit & dilapidavit, ut earum nec vola, nec veſtigium exſtaret, tunc enim tenetur ad pœnam, ſcilicet carceris,

ita

ita ut non poſſit bonis cedere. *l.* 1. *C. Qui bon. ced. poſſ. & tit. de Re Judic. tb.* 41. *&* 42. *& de Ceſſ. bonor. tb.* 4.

3. Modò alienatio ſit facta fraudandi animo, & fraus eventum habuerit. *d.* §. 6. *d. l.* 1. *l.* 10. §. 1. *l.* 15. *b.* & is, in quem facta eſt alienatio, fraudis conſcius fuerit. *d. l.* 1. *l.* 6. §. 8. *l.* 10. *pr. &* §. 2. 4. *b. t. l.* 96. *de Solut.*

4. Niſi alienatio ſit facta ex cauſâ lucrativâ: tum enim etiam contra eum datur, qui fraudem ignoravit, quatenus eſt factus locupletior. *d. l.* 6. §. 11. *l.* 10. *pr. l.* 17. §. 1. *D. l. pen. C. b. t. l.* 1. §. 1. *Si quid in fraud. patron.*

5. In fraudem autem creditorum alienare eſt, quocunque modo in præjudicium & necem creditorum facere, quo minus in bonis ſit, ſeu quo quid de patrimonio diminuatur. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *& ſeqq. l.* 10. §. 12. *& ſeqq. l.* 17. *b.*

6. Sic tamen, ut ad hoc Edictum non pertineant, nec in fraudem alienare videantur, qui conditione, ſive occaſione, acquirendi non utuntur, vel id agunt, ne locupletentur, *l.* 6. *pr.* §. 1. *& ſeqq. l.* 19. *l.* 20. *b. t. l.* 67. §. 1. *D. ad SC. Trebell. l.* 119. *l.* 134. *de R. J. l.* 3. *C. b. l.* 1. §. 8. *Si quid in fraud. patr.*

7. Effectus hujus actionis eſt, quod vi ipſâ in integrum reſtitutionis, quæ conceſſione hujus actionis continetur, omnia, quæ in fraudem creditorum facta ſunt, reſcindantur, & perinde in integrum reſtituantur, ac ſi nulla alienatio interveniſſet. *d.* §. 6. *l. l.* 1. §. 1. *l.* 10. §. 19. *& ſeqq. l.* 14. *l.* 17. *l. ult.* §. 4. *b. l.* 38. §. 4. *de Uſur. l.* 173. §. 1. *de R. J.* Nam nec hic, nec alibi admittimus differentiam inter judicium reſcindens & reſciſſorium. vid. ſupr. *tit. de In integr. reſt.*

reſt. th. 5. & 6. *tit. de Inoff. teſt. th.* 3. & *Vinn. ad* §. 5. *Inſt. de Actione.*

8. Ut autem hæc actio vim & effectum ſuum ſortiatur, inſtituenda eſt intra annum utilem, quo primum experiundi poteſtas fuit. *l.* 1. *l.* 10. *pr.* & §. *pen. h.* Ratio eſt, quia hæc eſt actio Prætoria rei perſecutoria, data contra Jus Civile. *l.* 35. *de O. & A.* Ex die venditionis bonorum, à creditoribus, decreto Magiſtratus, factæ. *l.* 6. § *ult. d. l.* 10. §. 18. 24. *h. arg. l.* 1. §. *ult. C. de Ann. Exc.* Ratio eſt, quia ante diſtractionem bonorum non poteſt liquido conſtare, an creditores fraudati ſint, & an debitor non ſit ſolvendo.

9. Actio hypothecaria in rem ex pignore Prætorio, datur ad repetenda ea, quæ, poſt decretam & factam miſſionem, ſunt alienata, licet animus fraudandi abſit. *l.* 1. *l. ult. C. de Prætor. pign.*

10. Quod ſi ullus creditorum ſibi vigilaverit, & debitum, ſive per ſententiam, ſive voluntate debitoris, citra vim & gratificationem, ante miſſionem in bonorum poſſeſſionem, exegerit, melior erit ejus conditio. *l.* 6. §. 7. *l. pen. h. l.* 6. §. 2. *de Reb. auct. l.* 10. *l.* 21. *de Pecul.* Ita tamen, ne ea exactio creditoribus, quibus vel lege, vel conventione omnia debitoris bona pignori obligata ſunt, vel quibus ſingulare privilegium conceſſum eſt, noceat, quo minus pecuniam exactam extantem vindicare poſſint. *l.* 3. *Quod cum eo qui in al. pot. l.* 52. §. *ult. de Pecul. l.* 5. *C. de Privil. fiſci.*

11. Pecunia jam conſumpta non niſi à fiſco condici poſſe videtur. *d. l.* 5. *C. l.* 18. §. *ult.* & *ll. ſeqq. de Jur. Fiſc.* Non à privatis creditoribus; niſi vel heres debitoris, confecto inventario,

rio, hereditatem adiverit, *l. ult.* §. 6. *C. de Jur. delib.* vel debitor poſteriori creditori, exacta cautione, ſolverit, ut pecuniam acceptam priori, vel privilegiato, poſteà comparenti, refundat. *d. l.* 52. §. *ult. de Pecul. l.* 5. §. *ult. de Tribut. act.* vel debitor, cum ſolvendo non eſſet, dolo malo per gratificationem uni ex creditoribus ſatisfecerit. *l.* 6. §. 7. *& ſeqq. l. pen. h.* vel niſi per bonorum ceſſionem, aut miſſionem, aut ſequeſtrationem, omnium creditorum par cauſa & conditio ſit facta. *d. l.* 6. §. 7. *l.* 14. §. 1. *de Reb. auct. jud.*

12. Sed & ſi quis debitori fugienti debitum extorſerit, antequam creditores in bonorum poſſeſſionem miſſi ſint, cum ſibi vigilaverit, non poſſunt reliqui creditores ad reſtitutionem agere. *l.* 10. §. 16. *l.* 24. *h.* Nam ſi fiat poſt misſionem in bonorum poſſeſſionem, reliquis creditoribus competit actio in factum, ſive Pauliana. Hoc autem in caſu ceſſat regula, tradita in *l.* 12. §. *ult. & l.* 13. *Quod. met. cauſ.*

DIGESTORUM

LIBER XLIII.

TIT. I.

De Interdictis, (*ſive Extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.*) *Cod.* 8. 1.

1. Interdicta olim erant *formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor, non conſtituto judicio, inter duos pluresve, de poſſeſſione litigantes, aliquid fieri jubebat, vel prohibebat, quoad de proprietate judicaretur.* *l.* 1. *D.* §. 1. *I.* *l.* 3. *C. h. t.* *l.* 13. *C. de R. V.*

2. Prætor videlicet, ad poſtulationem ejus, qui circa poſſeſſionem ab alio ſe lædi querebatur, adverſarium ad ſe accerſebat; deinde, advocatis amicis, in rem præſentem ibatur, ibique vis quædam dicis causâ, & deductio moribus fiebat. Quam quidem vim *feſtucariam* Gellius, *quotidianam* Cicero appellat. v. *Cic. in Orat. pro Cæcin.* Tum, causâ ſummatim, ſine ſtrepitu & figurâ judicii, cognitâ, certam verborum formulam concipiebat, jubens aut vetans aliquid fieri. Huic interdicto ſi adverſarius non paruiſſet, tum, ſi res dubio carere videretur, decretum ſuum, exſequebatur aut miſſione in poſſeſſionem, aut manu militari. *l.* 1. §. 2. *Si ventr. nom.* aut, ſi plus ſcrupuli, & difficultatis res continere videretur, actionem ac judicium ex causâ interdicti dabat. *l.* 3. *pr. Ne vis fiat.* *l.* 21. *Quod vi*

vi aut clam. d. l. 1. §. 2. *Cic. pro Cæcin. l.* 1. §. 4. *Uti poſſid.*

3. Unde *Interdicere* etiam eſt cum aliquo ex interdicto agere ſive experiri. *l.* 3. §. 6. *Uti poſſid. l.* 1. §. 13. *de Vi & Vi arm. l.* 3. §. 5. *ad Exhib.*

4. Dixi: *De poſſeſſione litigantes.* Poſſeſſio cum ſit vel vera rerum corporalium, vel quaſi ſeu ficta rerum incorporalium, conſequitur, interdicta quoque de ſervitutibus, & id genus aliis rebus incorporalibus, competere. v. *l.* 8. §. 5. *Si ſerv. vind. l. ult. de Servit. l.* 11. §. 1. *de Publ. act. l.* 18. §. 1. *de Pet. Her. l.* 1. §. 8. *Quod legat.*

5. Ita tamen de poſſeſſione competunt interdicta, ut quandoque ſimul de proprietate dentur. v. *l.* 2. §. 2. *h. l.* 3. §. 12. *cum ſeqq. de Itin. actuq. priv. l.* 1. §. *ult. de Aq. cott.* idque per conſequentiam, quatenus in illis vincit is, qui jus, de cujus uſu agitur, ad ſe pertinere oſtenderit. *d. l.* 3. §. 1. *d. l.* 1. §. *ult.*

6. Ex quibus apparet, aliud eſſe interdictum Jure veteri, aliud actionem extraordinariam ex interdicto: Interdictum enim erat formula & Prætoria verborum conceptio; actio autem jus perſequendi; interdictum præcedebat, actio ſequebatur, aut loco actionis alia interdicti executio.

7. Quam differentiam cum non obſervaſſet Tribonianus, hujus tituli inſcriptionem ita concepit, quaſi interdictum & extraordinaria actio inde competens non diſcreparent.

8. Hanc quia, Tribonianum ſequuti, neglexerunt interpretes, ea, quæ Veteres JCti de Interdictis prædicant, ad actiones referunt, & contra rationem omnem atque auctoritatem Juris Civilis, omnes has de poſſeſſione actiones

perſonales eſſe contendunt, ex male intellecta *l. 1. §. pen. h. t.*

9. Illud certi & explorati Juris eſt, interdictorum formulas, ſimul cum aliis omnibus, & Judicum Pedaneorum uſu, eſſe ſublatas, *t. t. C. de Formul. & Impetr. t. C. de Judic. Pedan.* adeo ut ex conſtitutione Arcadii & Honorii in *l. ult. C. h. t.* actor, prætermiſſa interdicti formula, & præciſis ambagibus, ſtatim recta via actionem ſuam proponere jubeatur. *v.* §. *ult. I. h. t.*

10. Cum autem, an hæ actiones in rem, an in perſonam ſint, quæritur, id ex communibus principiis de natura actionum æſtimandum eſt. Unde conſequitur, actiones, ex obligatione delicti turbatæ, aut ablatæ poſſeſſionis competentes, eſſe in perſonam, ut interdictum Unde vi, & interdictum Quod vi aut clam. *l. 1. §. 3. ſ. 43. junct. l. 7. de Vi & Vi arm. l. 1. pr. Ne vis fiat ei.*

11. Adipiſcendæ poſſeſſionis interdicta nonnulla fundamentum quidem capiunt ex Jure in re hereditatis aliove, veluti interdictum Quorum Bonorum, Quod Legatorum, Salvianum. Quia tamen non dantur, niſi poſſeſſionem nondum adeptis, quique adeo eam nunquam amiſerunt, non poſſunt accenſeri actionibus in rem, quæ ex poſſeſſione naſcuntur. Sunt tamen potius referenda ad actiones in rem quam in perſonam, quia duo priora, ſcilicet Quorum Bonorum & Quod Legatorum, naſcuntur ex jure in re Dominii per hereditatem acquiſiti, Salvianum autem ex jure pignoris.

12. Quæ autem ex jure in re conſtituto oriuntur, quales potiſſimum ſunt, quæ pro retinenda poſſeſſione dantur, illas & in rem eſſe, & ex

ex Jure in re poſſeſſionis naſci, manifeſta Juris ratio flagitat, arg. §. 1. *I. de Act. l.* 2. *Uti poſſid. l.* 1. §. 2. 3. *de Superfic.*

13. Prima interdictorum diviſio eſt, quod ſint vel Adipiſcendæ, vel Retinendæ, vel Recuperandæ poſſeſſionis. §. 2. *& ſeqq. I. l.* 2. §. 2. *h. l.* 1. §. 4. *Uti poſſid.*

14. Adipiſcendæ poſſeſſionis interdicta ſunt vel Prætoria, vel Imperialia.

15. Imperialia, quæ ex Imperatorum conſtitutionibus proficiſcuntur, ut interdicta ex *l.* 3. *C. de Pignor.* & ex *l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.*

16. Prætoria, quæ Prætorem auctorem habent, ut Quorum Bonorum, Quod Legatorum, de Tabulis exhibendis, de Glande legendâ. &c.

17. Retinendæ poſſeſſionis interdicta ſunt, Uti poſſidetis, Utrubi, de Superficiebus, de Operis novi nunciatione, de Arboribus cædendis, Quod vi aut clam, de Migrando, & ſi quæ ſunt id genus alia.

18. Recuperandæ poſſeſſionis interdicta ſunt quoque vel Prætoria, ut Unde vi, ſive de Vi, & Vi armatâ, de Precario; vel Imperialia, qualia exſtant in *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l. pen. & l. ult. C. Unde vi. l.* 1. *C. Si per vim. l. ult. C. de Acq. poſſ.*

19. Altera interdictorum diviſio eſt quod ſint vel de verâ, vel de quaſi poſſeſſione, ut Servitutum, Sacrarum, ac Publicarum rerum.

20. Tertia diviſio eſt, quod alia ſint Prohibitoria, alia Exhibitoria, alia Reſtitutoria, alia Mixta, tam Prohibitoria, quam Exhibitoria. §. 1. *I. l.* 1. §. 1. *D. h.*

21. Quarta eſt, quod ſint vel Simplicia, vel Duplicia, ut interdictum Uti poſſidetis, & Utrubi. §. 7. *I. l.* 2. *D. h. l.* 37. §. 1. *de O. & A.*

22. Quinta eſt, quod alia ſint Annalia, alia Perpetua. *l. 1. §. ult. h. l. 1. §. ult. Ne vis fiat ei. l. 3. §. pen. de Tab. exhib. v. l. 35. de O. & A.*

TIT. II.

Quorum Bonorum. Cod. 8. 2.

1. Eſt hoc interdictum Adipiſcendæ poſſeſſionis, competens bonorum poſſeſſori (id eſt, cui, à Prætore loco heredis conſtituto, bonorum poſſeſſio delata eſt. *l. 1. D. l. 2. l. 3. C. h. t.*)

2. Contra omnes, qui pro herede vel poſſeſſore rem corporalem ex illis bonis poſſident. *l. ult. D. l. ult. C. h. §. 3. I. de Int.* ad reſtituendam poſſeſſionem rerum hereditariarum. *l. 1. §. ult. D. h. l. 29. l. 33. de Furt.* Non datur contra debitores hereditarios. *l. ult. h. t.*

3. Aliquam cum hoc interdicto affinitatem habent remedium *l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.* & poſſeſſoria hereditatis petitio, de qua in *lib. 5* Hoc remedio heres ſcriptus in teſtamento, quod viſibile vitium non habet, ſine mora & litis ambagibus, cauſa ſummatim cognita, mittitur in poſſeſſionem rerum hereditariarum, quæ tempore mortis teſtatoris in ejus patrimonio fuerunt, etſi adſit contradictor, ejus teſtamentum impugnans; ita tamen, ut non detur contra detinentem juſto titulo. *d. l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. l. 128. de R. J. l. 9. §. ult. de Publ. act.*

TIT.

TIT. III.

Quod Legatorum. Cod. 8. 3.

1. Hoc Interdictum eſt Adipiſcendæ Poſſeſſionis, competens heredibus, quiſatiſdederunt, vel ſatisdare parati ſunt, de legatis & fideicommiſſis ſuo tempore ſolvendis; contra legatarios, & fideicommiſſarios particulares; res hereditarias ſine voluntate heredis, propria auctoritate occupantes, ad id, ut eas reſtituant; heresque, exhauſtâ vel oneratâ legatis, vel fideicommiſſis, hereditate, inde quartam Legis Falcidiæ deducere poſſit. *l.* 1. §. 1. 2. 13. 16. *D. l. un C. h. l.* 2. §. 1. 2. 3. *D. eod. tit. D. ut Legat. nom. cavi*

2. Ita ut legatariis, & fideicommiſſariis ſingularibus, ablatâ per hoc Interdictum poſſeſſione, eatenus ſalva maneat actio legati & fideicommiſſi. *d. l.* 1. §. 2. *h.*

3. Licet autem Legis Falcidiæ deductio in donationibus quoque mortis cauſâ locum habeat, interdictum tamen Quod Legatorum in iis ceſſat, ſi quidem traditione ſint perfectæ. *d. l.* 1. §. 5. Sin intra nudæ promiſſionis terminos conſiſtant, ſecus eſt. *l. pen. C. ad L. Falc.*

TIT. IV.

Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit.

1. Cum inutilis eſſet miſſio, niſi Prætor in poſſeſſionem miſſo vim fieri vetaret, hoc titulo proponitur interdictum generale, ne vis fiat in poſſeſſionem miſſis; competens iis, quos Prætor in poſſeſſionem miſit, ſi vel ſuo, vel alie-

alieno nomine in poſſeſſionem venire prohibeantur. *l.* 1. §. 2. *l.* 2. *h.* *l.* 75. *de Judic.* *l. ult.* *Ne quid in loc. publ.*

2. Contra eos, qui miſſos in poſſeſſionem, vel ſuo, vel alieno nomine prohibent, vel expellunt. *d. l.* 2. §. 1.

3. Ad id, quod intereſt, ut ſi quis legatorum nomine in poſſeſſionem mittatur, quo caſu inde actio perpetua miſſo, heredibusque, & in heredes prohibentis competit, quia heres præſtationem ejus, quod intereſt, poteſt evitare, ſi legatariis præſtiterit cautionem, de legatis & fideicommiſſis ſuo tempore ſolvendis. *l.* 1. §. *ult. h.* Vel ad id, quanti ea res eſt, quo caſu actio in factum pœnalis annua competit miſſo, ejusque heredibus, at non contra heredes. *d. l.* 1. *pr.* & §. *ult.* *l. ult.* §. 2. *h. t.*

4. Ceſſat hoc Interdictum contra illos, qui, vel per ætatem, per furorem, vel per juſtam facti ignorantiam, dolo carent. *l.* 1. §. 4. 6. *h.*

5. Cæterum in poſſeſſionem miſſus non modò dictis actionibus juvatur, ſed & à Magiſtratu, qui in poſſeſſionem miſit, per manum militarem, vel aliter extra ordinem, causâ cognitâ, in poſſeſſionem inducitur. *l.* 3. *h.* v. *l.* 68. *de R. V.* *l.* 1. §. 2. *Si ventr. nom. mul.*

TIT. V.

De Tabulis Exhibendis. Cod. 8. 7.

1. Interdictum de Tabulis Exhibendis datur illis, quibus primis, vel ſecundis tabulis teſtamenti, vel codicillis aliquid adſcriptum, vel relictum eſt. *l.* 1. *pr.* §. 2. *l.* 3. §. 10. *D.* *l. un.* *C. h.*

2. Con-

2. Contra eos, qui tabulas detinent, ut vel tabulæ exhibeantur, vel actori præſtetur, quod intereſt, ſi poſſeſſor ſe tabulas exhibere poſſe, vel debere inficias iverit. *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 11. 12. 13. *h.*

3. Si quis id, quod intereſt, ab extraneo ſit conſecutus, poteſt nihilominus legatum petere; ſin ab ipſo herede, non item. *l.* 3. §. 15. *h.*

4. Ceſſat hoc interdictum (1. Si ex tabulis hereditatis controverſia indeciſa pendeat. (2. Si ad publicam quæſtionem pertineant, ſcilicet ad crimen falſi, forte in teſtamenti ordinatione commiſſi; tunc enim tabulæ interim in æde ſacra, vel apud virum bonum deponendæ ſunt. *l. ult. h. t.* (3. In tabulis teſtatoris adhuc viventis. *l.* 1. §. *pen. l.* 3. §. 5. *h. t.* (4. Si tabulæ teſtamenti non ſint ſignatæ, adeoque viſibili defectu laborent. *l.* 6. *D. de L. Corn. de Falſ.* Non ſi aliter ſint imperfectæ *l.* 1. §. 3. 5. *h. t.* Hoc interdictum hodie non magnum habet uſum, quia teſtamenta nunc coram Judice vel Notario fieri ſolent, & poſt mortem teſtatoris publicantur.

TIT. VI.

Ne quid in loco ſacro fiat.

1. Hoc Interdicto prohibetur, ne quid in loco ſacro ſanctoque fiat, unde quid detrimenti, vel deformitatis oriatur, & ut id, quod factum eſt, reſtituatur. *l.* 1. *l.* 2. *h.*

TIT.

TIT. VII.

De Locis & Itineribus Publicis.

1. Cuivis, naturali & civili Jure, integrum eſt locis & itineribus publicis uti frui. *l.* 1. §. 1. 2. *D. de His, qui dejec.* §. 5. *I. de L. Aquil. l.* 2. *de Viâ publ.* competente de his interdicto Prætorio. *l.* 1. *h.*

2. Viæ Publicæ quæ & Regiæ, Prætoriæ, Militares, ac Conſulares vocantur. *Numer. cap.* 20. *vſ.* 17. *& cap.* 21. *vſ.* 22. Græcis via βασιλική) ſunt, quæ ab eo, qui publicandi jus habet, ad certos fines latitudinis & longitudinis porrectæ ſunt & definitæ, ut per eas publice eatur. *l.* 3. *h. l.* 2. §. 21. *tit. ſeq.*

3. Viæ privatæ ſunt, quæ vel ex ſervitute debentur, vel à via Regia, ſive Conſulari ad agros ducunt. *d. l.* 2. §. 23.

4. Vicinales ſunt, quæ ex agris privatorum collatis factæ, ab unâ parte in viam regiam, ab aliâ in vicos privatos ducunt, ibique ſine exitu intermoriuntur. *l.* 3. *h.* Quæ & ipſæ quodammodo publicæ ſunt. *d. l.* 2. §. 22. *Sicul. Flaccus de Condit. agror. Suet. in Aug. c.*49. *ubi Interpr.*

TIT. VIII.

Ne quid in loco publico, vel itinere fiat.

1. Si quid in loco publico fiat, quo alteri noceatur, ei, cui damnum datum eſt, & cuivis è populo datur interdictum hoc Prætorium, contra quemcunque, aliquid in loco publico molientem, quo uſus loci publici deteriorfiat, ut

ut à cœpto deſiſtatur, & cautio, de non perficiendo opere cœpto, præſtetur. vide *l.* 2. *l.* 5. *l.* 14. *l.* 17. *l.* 25. *l.* 29. *l.* 3. *l.* 4. *b. t.* vel ut deſtruatur, quod jam perfectum eſt. *d. l.* 2. §. 17. 18. *b.*

2. Tria alia de viâ & itinere publico in hoc titulo interdicta v. in *l.* 2. §. 20. 34. 35. *& ult. b. t.*

TIT. IX.

De Loco publico fruendo.

1. Hoc interdicto Prætor Publicanos, qui loca, vel vectigalia publica conduxerunt, in poſſeſſione utendi fruendi tuetur, illisque, & eorum ſociis, vim fieri vetat, quo minus re conductâ, ex lege locationis, ſecundum pacta conventa, fruantur. *l.* 1. *b.* v. *l.* 2. §. 17. *tit. præc. l. un.* §. 7. *Ut in flum. publ.*

TIT. X.

De Viâ publicâ, & ſi quid eâ factum eſſe dicatur.

1. Ædiles, ſimilesque Magiſtratus (quales olim erant Præfecti viarum) tenentur curare, ne quid in viâ publicâ fiat, quo vel ipſis viis, vel æditus damnum inferatur projectione rerum ſordidarum, exſtructione, demolitione, neglectâ viarum curatione & reparatione. *l. un. b. l.* 2. *de Peric. & Comm. Paul.* 5. *Sent.* 6. §. 2.

2. Interdictum, de quo actum eſt ſupr. *tit.* 8. pertinet ad viam ruſticam, hoc autem Interdictum pertinet ad viam urbanam. *l.* 2. §. 24. *Ne quid in loc. publ.*

TIT. XI.

De Via publica & Itinere publico reficiendo.

1. Hoc interdicto Prætor vim fieri vetat viam publicam aperire & reficere volenti, cui datur actio in id, quod intereſt, contra eum, qui impedit; modò ne, ſub prætextu refectionis, viam corrumpat: tunc enim impune vim patitur. *l.* 2. §. 2. 3. *h.* Si viciniis damnum det, viam publicam in eorum fundos rejiciendo, tenetur actione viæ receptæ, ad id quod intereſt vicinorum. *l. ult. h.*

TIT. XII.

De Fluminibus, ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo pejus navigetur.

1. Hoc interdictum datur cuivis è populo, contra eum, qui facit, quo pejus in flumine publico navigetur, ad id, ut deſiſtat; & contra eum, qui jam opus perfecit, ut tollat quod factum eſt. *l.* 1. *pr.* & §. 19. 20. 21. *h.*

2. Flumen quid ſit, & quotuplex, & quo modò à rivo differat, v. in *l.* 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. *l.* 3. §. 1. 2. *h. t. l.* 4. §. 1. *de R. D. l.* 1. §. 2. *de Rivis.*

3. Flumina quædam publica ſunt, quædam privata: *l.* 1. §. 3. *h. t.* §. 2. *Inſt.* junct. *l.* 3. §. *ult. de S. P. R.*

TIT.

TIT. XIII.

Ne Quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æſtate fluxit.

1. Hoc interdictum datur cuivis è populo, contra eum, qui, cum id faciendi jus non haberet, fecit, ut aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit, ad id, ut opus factum reſtituatur. *l.* 1. §. 8. *& ſeqq. h. t.*

TIT. XIV.

Ut in flumine publico navigare liceat.

1. Hoc interdicto vim fieri vetat Prætor, quo minus in flumine publico navigare, vel in ripa merces exonerare liceat. *l. un. pr. h. t.* v. §. 2. *&* 4. *I. de R. D.*

2. Item ut per lacum, foſſam, ſtagnum publicum navigare liceat, interdicit. *d. l. un. pr.*

3. Denique ut publicanis in lacu vel ſtagno conducto piſcari liceat. *d. l. un.* §. 7.

4. Quid ſit lacus, ſtagnum, foſſa, v. in *d. l. un.* §. 3. 4. 5. *h. t.*

TIT. XV.

De Ripâ muniendâ.

1. Hoc interdicto Prætor vim fieri vetat ei, qui ripæ, contra vim fluminis, muniendæ cauſa, opus in flumine ripave facit, ea lege ut vicinis, &, qui è regione prædia poſſident, ad decennium de damno infecto caveat. *l. un.* §. 2. 3. 4. junct. *l.* 7. *de Damn. inf.*

TIT. XVI.

De Vi & Vi armata. Cod. 8. 4.

1. Hoc interdictum eſt recuperandæ poſſeſſionis, competens ei, qui de poſſeſſione (v. *l.* 1. §. 9. 30. *h.*) rerum immobilium, vel incorporalium, quæ pro immobilibus habentur, *l.* 1. §. 7. *l.* 3. §. 13. & 17. *h. l. ult. Uti poſſid.* non item mobilium, niſi quatenus ſunt immobilium acceſſiones. *l.* 1. *princ.* §. 6. & *ſeqq.* §. 32. 33. *l.* 3. §. 15. *l.* 14. & *l. pen. h. t.*) vi dejectus eſt, heredique ejus. *l.* 1. §. 44. *h. t.*

2. Unde conſequitur, hoc interdictum non competere ei, qui vel per ſe, vel per alios adhuc poſſidet. *l.* 1. §. 45. *h. t.* ubi cum Baudio, & H. Grotio, *in Flor. Sparſ. ad h. t.* pro *poſſidet*, legendum videtur *poſſedit*.

3. Uti autem non ei, qui poſſidet, ita nec ei, qui nunquam fuit in poſſeſſione, hoc interdictum competit. *l.* 1. §. 9. 23. 26. *h.*

4. Sicut nec procuratori, aut colono. *l.* 1. §. 22. *l. ult. h. t.* v. tamen *l.* 12. *l.* 18. *cod.* Ex quibus legibus apparet, hoc interdictum competere colono, non qua tali, ſed ut qui jam cœperat naturaliter poſſidere; agitur enim de colono, qui ex poſſeſſione locatorem dejecerit, cui, ſi iterum deinde ab alio dejiciatur, competit hoc interdictum, utpote qui rem poſſidebat, licet mala fide. vid. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 29.

5. Competit contra eum, qui per ſe, vel per alium dejecit. *l.* 1. §. 12. 13. 14. *h.* Licet ipſe dominus dejecerit. *l.* 9. §. 1. *h. t. l.* 4. §. 26. *de Uſurpat.* §. 1. *I. de Vi bon. rapt.* aut dejiciens non ſit in poſſeſſione. *l.* 1. §. 35. 42. *l. pen. h. t.*

6. Non

6. Non contra parentes aut patronos, niſi dejectio ſit facta vi armata. *l.* 1. §. 43. *h. t.* non contra heredes dejicientis. *l.* 2. *C. h.* Ratio eſt, quia hæc actio, licet a parte actoris ſit rei perſecutoria. *l.* 3. §. 1. *h. t.* a parte tamen rei, ſive invaſoris, ſeu ſpoliatoris, eſt pœnalis. *l.* 3. *pr.* & §. 43. *l.* 3. §. 12. & *ult. h. t. Vinn. ad.* §. 1. *Inſt. de Perp.* & *temp. act.* niſi in id, quod ad eos pervenit. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. §. 1. & *ult. h. t.* §. 1. *I. de Perpet.* & *temp. act.* junct. *l. un. C. Ex del. defunct. l.* 5. *D. de Calumn.* nec contra tertium poſſeſſorem. *l.* 7. *h. t.* Ratio eſt; quia eſt actio perſonalis ex interdicto.

7. Datur ad reſtitutionem rerum immobilium & mobilium, quæ ibi fuerunt, *l.* 1. §. 32. *l.* 19. *h.* cum fructibus à tempore dejectionis perceptis, omnibusque acceſſionibus, & eo, quod intereſt. *d. l.* 1. §. 31. 34. 40. 41. *h.*

8. Niſi poſt annum inſtituatur hæc actio: tum enim id tantum in reſtitutionem venit, quod ad dejicientem pervenit. *l.* 1. *pr.* & § 39. *l.* 3. §. 12. *h. t. l.* 7. §. 5. *Comm. div.* v. *Cicer. lib.* 15. *Epiſt. ad Famil. Ep.* 16. Hoc interdictum autem non niſi nomine differt ab interdicto unde vi; nititur autem ratione juris Naturalis, Gentium, & Civilis: *Quod Spoliatus* (ſcilicet poſſeſſione ſua) *ante omnia ſit reſtituendus; l.* 1. *C. Si per vim vel alio mod. l.* 6. §. 1. *C. h. t. Cap.* 18. *X. de Reſt. Spol.* ne res a verbis ad verbera, & ad arma, vulnera, ac cædes deveniat, quod impedire eſt boni Judicis. *l.* 6. §. 1. *C. ad L. Jul. de Vi publ. l.* 13. §. 3. *de Uſufr. l.* 21. *de Reb. cred. l.* 13 *Quod met. cauſſ. Juven. Sat.* 8. *v.* 121. & *ſeqq.* Quid autem & quotuplex ſit vis, vid. in *l.* 2. *Quod met. cauſſ.* & *tit. D. de Vi Publ.*

TIT. XVII.

Uti poſſidetis. Cod. 8. 6.

1. Hoc interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis, competens ei, qui, tempore litis conteſtatæ, ab adverſario nec vi, nec clam, nec precariò poſſidet rem immobilem. *l.* 1. *pr. &* §. 3. *& ult. h.* §. 4. *l. de Interd. l. un. C. h. t.* id eſt, reſpectu adverſarii; adverſus extraneos enim etiam vitioſa poſſesſio prodeſt, adeoque agenti non obſtat, quod a tertio vi, clam, vel precario poſſideat. *l. ult. de Acq. poſſ. l.* 15. *de Precar.*

2. Contra eum, qui ſibi quoque poſſeſſionem aſſerit. *l.* 1. *l.* 3. §. 2. *& ſeqq. h. t.*

3. Ad id, ut actor declaretur juſtus poſſeſſor, eique præſtetur id, quod intereſt, poſſeſſionem ab adverſario, ut injuſto poſſeſſore, turbatam non eſſe. *l.* 3. §. *ult. h. t.*

4. Cum enim actio in rem inſtitui non posſit, niſi prius de certo poſſeſſore conſtet; *l.* 62. *D. de Jud. l.* 13. *C. de R. V.* mota inter duos de proprietate controverſia, prius hoc Interdicto diſceptandum, uter ex litigatoribus, de retinenda poſſeſſione contendentibus, poſſideat, uter petere debeat. *l.* 1. §. 2. 3. *h.*

5. Si uterque poſſideat, neuter vincitur. *l.* 3. *h. t.* Si probationes ſint ancipites, & par utriusque cauſa, pro poſſeſſore judicandum contra eum, qui prior ad judicium provocavit. v. *l.* 126. §. *ult. l.* 128. *de Reg. Jur.*

6. Ad exemplum rerum corporalium immobilium, utile quoque interdictum competit nomi-

mine ſervitutum, aliarumque, quæ in jure conſiſtunt, rerum incorporalium. *l. ult. h. l.* 8. §. 5. *Si ſerv. vind.* Diſſ. alii, ut *Wiſſenb. ad h. t. th.* 5. vid. *Voet. ad h. t. n.* 11. Hodie loco hujus Interdicti a Supremis Curiis peti ſolet *Mandatum Manutentiæ:* vulgo *Mandement van Maintenu:*

7. Datur intra annum. *l.* 1. *pr. h.*

T I T. XVIII.

De Superficiebus.

1. Superficies eſt quicquid ſupra faciem terræ exiſtit. *l.* 13. *de S. P. R. l.* 23. *de Uſuc. l.* 71. *de Uſufr.*

2. Interdicto de ſuperficiebus Prætor tuetur Superficiarium, ſeu eum, qui in ſolo vel areâ alienâ ſuperficiem, ex. gr. ædificium, vel in perpetuum, vel ad tempus non modicum, ſub ſolario annuo, ſive penſione, poſſidet, ſi vel à domino, vel ab alio quolibet in poſſeſſione turbetur, exemplo Interdicti *Uti poſſidetis. l.* 1. *h. l.* 2. §. 17. *Ne quid in loc. publ.*

3. Præter hoc interdictum, Superficiario, utpote dominium utile habenti, datur utilis ſuperficiei vindicatio. *d. l.* 1. §. 3. *l.* 73. *& ſeqq. de R. V.*

T I T. XIX.

De Itinere Actuque privato.

1. Duplex hoc titulo de itinere actuque privato proponitur interdictum.

2. Primo Prætor vim fieri vetat, qui itine-

nere actuque privato, quem nec vi, nec clam, nec precariò ab adverſario poſſidet, hoc anno, per dies ad minimum triginta, uſus eſt. *l.* 1. *h.*

3. Alterum, de itinere actuque privato reficiendo, competit ei, qui hoc anno uſum, & jus ſervitutis ſe habere fidem fecerit, continetque adeo cauſam poſſeſſionis & proprietatis, *l.* 3. §. 13. *l.* 5. §. *pen. h. l.* 2. §. 2. *de Interdict.* cum primum cauſam poſſeſſionis, non proprietatis contineat. *l.* 1. §. 2. 4. *h. t.*

TIT. XX.

De Aquâ Quotidianâ & Æſtivâ.

1. Hoc titulo tria proponuntur Edicta (1. De Aquâ Quotidianâ. (2. De Aquâ Æſtivâ. (3. De eâ, quæ ex Caſtello ducitur permiſſu Principis.

2. De quotidianâ (quæ ſemper, tam hieme quam æſtate, ducitur. *l.* 1. §. 3. *h.*) Prætor interdicit, ne vis fiat ducenti, quo minus ita ducat, uti hoc anno non vi, non clam, non precariò duxit. *l.* 1. *pr. h. t.*

3. De æſtivâ (quæ æſtate, id eſt, ab æquinoctio verno, ad æquinoctium autumnale, ducitur. *l.* 1. §. 32. *h. l. un.* §. 8. *Ne quid in flum. publ.*) vim fieri vetat, quo minus ita ducatur, ut ſuperiore æſtate ducta eſt. *l.* 1. §. 29. *h.*

4. De aquâ Caſtellariâ prohibet, ne vis fiat ei, qui, permittente Principe, aquam publicam ex caſtello duxit. *l.* 1. §. 38. & *ſeqq.* Eſt autem caſtellum receptaculum aquæ publicæ. *d. l.* 1. §. 38. *h. l.* 71. *de Contr. emt. l.* 2. *Comm. Præd. l.* 19. *de Serv. præd. Urb. l.* 41. §. 10. *de Legat.* 3. ubi

ubi in maſculino dicuntur *caſtelli*, pro *caſtella*: vid ibi *Gothofr.* & paſſim. Quod Feſtus *dividiculum*, Impp. in *l.* 2. *C. Th. de Aquæduct. conceptaculum*, vocant.

TIT. XXI.

De Rivis.

1. Hoc Interdicto Prætor ei, qui hâc, vel ſuperiore æſtate, aquam nec vi, nec clam, nec precariò duxit, vim fieri vetat, quo minus rivos, ſpecus, ſepta, aquæ ducendæ causâ, reficere, purgare liceat. *l.* 1. §. 9. *h.*

2. De Rivo, v. *l.* 1. §. 1. *de Flum. l.* 1. §. 2. *h.*

3. De Inciſi, *d. l.* 1. §. 4. De Septis v. *d. l.* 1. §. 4.

TIT. XXII.

De Fonte.

1. Hoc interdicto Prætor ei, qui hoc anno aquâ vivâ & perpetuâ ex piſcinâ, fonte, lacu, puteo uſus eſt, vim fieri vetat, quò minus ita utatur, *l.* 1. §. 4. *h.* vel fontem purget aut reficiat. *l.* 1. §. 6. *h.*

TIT. XXIII.

De Cloacis.

1. Interdictum hoc vim fieri vetat cuilibet, cloacam privatam reficere, vel purgare volenti, licet vi, clam, vel precariò ab adver-

ſario poſſideat. *l.* 1. §. 4. 7. *h. t. l.* 1. *Uti poſſid.*

2. De cloacis publicis interdicit, ne quid in eas immittatur, aut fiat, quo uſus earum fiat deterior, vel ut id, quod immiſſum factumve ſit, reſtituatur. *l.* 1. §. 15. 16. *h. t.*

TIT. XXIV.

Quod Vi aut Clam.

1. Hoc interdicto Prætor coërcet calliditatem eorum, qui vi, aut clam in ſolo alieno quid faciunt, ut opus factum in priſtinum ſtatum reſtituant, deſtruant, aut removeant. *l.* 1. §. 1. *de Nov. op nunc.*

2. Vi autem facit, qui, cum ei denunciatum eſſet, ne faceret, nihilominus fecit. *l.* 1. §. 5. *h. l.* 73. §. 2. *l.* 152. *D. de Reg. Jur.* ut & is, qui, licet nulla facta ſit denunciatio, reverà vim adhibuit *l.* 3. §. 1. *l.* 20. *h.*

3. Clam facit, qui, cum alteri denunciare deberet, ſe facturum, metu tamen controverſiæ, non denunciavit. *l.* 3. §. 7. *h. l.* 6. *de Adq. poſſ.*

4. Datur hoc interdictum illis, quorum intereſt, ſive poſſideant, ſive non. *l.* 16. *h.* contra eos, qui vel ipſi, vel quorum juſſu alii novum opus fecerunt. *l.* 5. §. *ult. h.* ut & contra quemvis rei, vi aut clam mutatæ, poſſeſſorem. *l.* 15. *h.* contra non poſſidentem non datur, niſi ad impenſas. *l.* 16. §. *ult. h.* ut nec contra heredes, niſi quatenus ad eos pervenit. *l.* 15. §. 3. *h. l. pen. de Op. Novi nunc.*

5. Competit ad opus reſtituendum & præſtandum id, quod intereſt. *l.* 12. *l.* 15. §. 7. *& ult. h.*

6. Modos, quibus ceſſat hoc interdictum, v. in

v. in l. 3. §. 2. l. 7. §. 4. l. 15. §. 3. 4. h. 20. §. pen. h.

TIT. XXV.

De Remiſſionibus.

1. Remiſſio eſt abolitio nunciationis novi operis, à Prætore concedi ſolita, ſi nunciatio non jure facta ſit. *l. un. h. t. tit. de Nov. Oper. nunc. tb.* 21.

TIT. XXVI.

De Precario. Cod. 8. 9.

1. Precarium eſt *liberalis conceſſio, quà precibus petentis quid gratis utendum conceditur, quamdiu concedenti viſum fuerit. l.* 1. *pr.* §. 2. *l.* 12. *h. t.* Eſt enim ſpecies donationis. *l.* 14. §. 11. *de Furt.* adeoque non eſt contractus. *l.* 14. *h. t.* vid. ſupr. *tit. de Donat. tb.* 7. Belgice dicitur: tot wederſeggens toe.

2. Precariò concedere poſſunt omnes, qualecunque jus, ſive proprietatis, ſive pignoris, ſive aliud habentes. *l.* 6. §. *ult. l.* 11. *h. t. l.* 35. §. 1. *de Pign. act. l.* 36. *de Acq. Poſſ.*

3. De Precario datur Interdictum ei, qui conceſſit, ejusque heredi. *l.* 8. *h.* contra eum, qui rem precariò accepit, ejusque heredem. *d. l.* 8. §. *ult.*

4. Ad rem cum fructibus, & eo, quod intereſt, à tempore moræ, reſtituendam. *l.* 8. §. 4. *h.* præſtandamque culpam, ante interdictum redditum, latam tantùm, *l.* 8. §. 3. *h. l.* 23. *de R. J.* poſt interdictum etiam leviſſimam. *d. l.* 8. §. 3.

b. id eſt, poſt latam ſententiam interlocutoriam de re reſtituenda. *l.* 14. §. 11. *de Furt.*

5. Modos, quibus exſtinguitur Precarium, *v.* in *l.* 12. §. 1. *l.* 8. §. 2. *l.* 6. §. *ult. l.* 11. *b. t.*

TIT. XXVII.

De Arboribus cædendis.

1. Hoc interdicto Prætor illi, cujus urbano prædio officiunt arbores vicini, (ſub quarum appellatione hic etiam continentur vites) poteſtatem facit, eas cædendi, lignaque, ſi dominus arboris ea non tollat, tollendi. *l.* 1. *pr.* & §§. *ſeqq. b.*

2. Ut & domino prædii ruſtici, arboris vicinæ, cujus umbra prædio ſuo nocet, ramos, ad quindecim pedum altitudinem, amputandi, ſive, ut veteres loquebantur, lucandi, vel ſublucandi, & ligna ſibi vindicandi, niſi id ipſe dominus arboris facere paratus ſit. *l.* 1. §. 7. 8, 9. *b. l.* 1. §. 8. *l. ult.* §. *pen. Quod vi aut clam.*

3. De actione civili ex XII. Tabb. de arbore vicini, ſuprà alterius fundum vento inclinatâ, *v. l.* 2. *b.* Scilicet, hac actione intenditur, jus non eſſe vicino, ita arborem habere. Hodie autem non tota arbor, ſed ſoli rami pendentes ſupra ædes aut aream alienam reſcindi poſſunt, *vid. Voet. ad b. t.*

TIT. XXVIII.

De Glande legendâ.

1. Hoc interdicto Prætor domino arboris, glandem, quæ in fundum vicini decidit,

dit, intra triduum legere permittit. *l. un. h.*

2. Qui autem glandem vicini, in fundum ſuum cadentem, immiſſo pecore depaverit, actione in factum tenetur. *l.* 14. §. *ult. de Præſcr. Verb.* Glans verò hic omnes fructus arboreos ſignificat. *l. un.* §. 1. *h. l.* 236. §. 1. *de V. S.*

3. Fructus arboris, in confinio poſitæ, & in utroque fundo radices habentis, vicinorum communes ſunt. *l.* 7. §. *ult.* & *l. ſeq. de A. R. D.* v. *l.* 19. *D. Comm. divid.* & *l.* 6. §. *ult. D. Arbor. furt. cæſar.*

TIT. XXIX.

De Libero homine exhibendo. Cod. 8. 8.

1. Hoc interdictum datur cuilibet ex populo. *l.* 3. §. 9. 11. 12. *h.*

2. Contra eum, qui hominem, quem liberum eſſe conſtat, licet ipſe ſtatum ſuum ignoret, dolo malo detinet. *l.* 4. *pr. h.*

3. Ad id, ut vel, libertatis defendendæ cauſâ, exhibeatur, vel litis æſtimatio præſtetur. *l.* 3. §. 13. *h. t.*

TIT. XXX.

De Liberis Exhibendis. Cod. 8. 8.

1. Hoc interdictum datur patri, liberos in poteſtate habenti, contra eos, apud quos liberi non ſponte ſuâ detinentur. *l.* 1. *pr.* & §. 1. 4. *l.* 3. §. 3. *h.*

2. Hujus interdicti exemplo, datur & marito, nomine uxoris, interdictum Exhibitorium, non

mp-

modò contra alios, ſed & contra patrem, qui filiam in poteſtate habet. *l.* 1. §. *ult l.* 2. *h. t.*

TIT. XXXI.

Utrubi.

1. Hoc interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis, competens ei, qui, tempore litis conteſtatæ, ab adverſario, nec vi, nec clam, nec precariò poſſidet rem mobilem, ad retinendam poſſeſſionem, aliosque effectus, quos habet cum interdicto *Uti poſſidetis* communes. *l. un. D. h.* §. 4. *I. de Interd.*

TIT. XXXII.

De Migrando. Cod. 8. 9.

1. Solutâ penſione ædium, vel, cum per locatorem ſtetit, quo minus ſolvatur, datur Inquilino interdictum prohibitorium de Migrando, ejusque heredi, contra locatorem, per quem ſtat, quo minus Inquilinus res ſuas exportet, ejusque heredem. *l.* 1. *pr.* §. 4. §. *ult. h.* ad id, ne, vis ei fiat, quo minus invecta & illata abducere licet. *d. l.* Non datur colono. *d. l.* 1. §. 1.

TIT. XXXIII.

De Salviano Interdicto. Cod. 8. 9.

1. Interdictum hoc eſt vel directum, vel Utile. 2. Directum datur domino fundi, contra colonum, ad adipiſcendam poſſeſſionem re-

rum

tum, à colono in fundum inductarum, eique pro penſione expreſsè obligatarum. §. 3. *I. de Interd. l.* 1. *&* *t.t. b l.* 1. *C. eod.*

3. Utile interdictum, ad exemplum actionis hypothecariæ, datur domino fundi, & aliis creditoribus hypothecariis, contra quosvis poſſeſſores. *d.l.* 1. §. 1. *h.* Quid juris ſit, ſi pluribus, & ſingulis in ſolidum res ſit oppignorata, vide in *d. l.* 1. §. 1. *&* *l.* 2. *b. t.*

DIGESTORUM

LIBER XLIV.

TIT. I.

De Exceptionibus, Præſcriptionibus, & Præjudiciis. Cod. 8. 36.

1. Exceptio eſt *actionis, ipſo Jure competentis, excluſio.* Vel, *defenſio Rei, quæ actioni, alioquin Jure conſtitutæ, ritè oppoſita, eandem æquitatis ratione, eludit, & inefficacem reddit.*

2. Dicitur, *ipſo Jure competentis.* In omnibus enim exceptionibus Reus ipſo Jure eſt obligatus, ſed intentio Actoris, quia, licet in ſe juſta, reſpectu tamen Rei injuſta eſt, effectu deſtituitur. *pr. Inſt. l.* 2. *D. b. l.* 7. *Qui ſat.cog. l.* 9. *C. b.t. l.* 66. *l.* 112. *de R. J.*

3. Unde ab exceptionibus diſtinguendæ ſunt reſponſiones, quibus actionem ipſo Jure nullam dicimus, arg. *d. l.* 2. *v. l.* 34. §. 1. *de O. & A.*

4. Quan-

4. Quanquam & hæ impropriè dicantur exceptiones, ſcilicet in factum. *l. pen. de Publ in rem act. l. 24. de Exc. rei jud. l. 112. de Reg. jur. l. pen. h. t.* Talis eſt etiam exceptio Juſti, quæ actioni Publicianæ opponitur: vid. infr. *th.* 18.

5. Hinc exceptiones à Prætore poſtulari, & impetrari, atque adeo unà cum actione dari ſolebant. *l. 7. C. de Cond. Inſt. l.* 39. §. 3. *de Damn. inf.* Idque ſi res dubia eſſet; ſin manifeſtè iniqua eſſet actoris petitio, ipſa actio denegabatur. *l. 9. de Jurej.* Id quod maximè locum habebat in judiciis ſtricti Juris: Nam in bonæ fidei judiciis exceptiones ipſo Jure inſunt, licet nulla earum mentio in formulà Prætoris facta ſit. *l.* 3. *de Reſc. vend. l. ult de Pet. Her. l.* 21. *Sol. matr.*

6. Atque hinc eſt, quod exceptio in *l.* 22. *D h.* dicatur *conditio*. Quia Prætor olim dabat actionem vel purè, non admiſsâ rei exceptione, vel ſub conditione, ſeu exceptione, ſi hoc vel illud factum non ſit. *l. un.* §. 6. *Ne quid in flum. publ. l.* 2. §. 1. *l.* 4. §. 15. 32. *& ſeq. de Dol. exc. l. 48. de Proc. l. 14. de Publ. act. l. 10. de Pign. & hyp.* §. 13. *Inſt. de Legat.* & ibi *Vinn.*

7. Dicitur *excluſio*. v. *l. ult.* §. 1. *D. de Procur.* Quia, effectu inſpecto, non minus tollit obligationem, & actionem, inde competentem, quam ſi ipſo Jure nulla eſſet. *l. 40. de Cond. ind. l. 66. l. 112. de R. J. l. 10. l. 55. de V. S. l.* 3. §. 1. *de conſt. Pec. l. 2. l. 15. de Liber. legat. l. 25. de V. O.*

8. Prima exceptionum diviſio eſt, quod ſint vel civiles, vel Prætoriæ.

9. Civiles, *quæ ex Jure Civili deſcendunt.* §. 7. *I. h.* ut exceptiones SCti Macedoniani, Vellejani, non numeratæ pecuniæ, querelæ inofficioſi

officioſi teſtamenti (v. *l.* 8. §. 13. *de Inoff. teſt.*) præſcriptionum longi, vel longiſſimi temporis, rei judicatæ, &c.

10 Prætoriæ, *quæ ex Jure Prætorio ſive Edicto deſcendunt. d.* §. 7. *l. h.* Ut exceptiones quod metus cauſâ, doli, pacti de non petendo, jurisjurandi, &c.

11. Secundò ab effectu dividuntur, quod ſint vel Perpetuæ & Peremptoriæ, vel Temporales & Dilatoriæ.

12. Perpetuæ, *quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemper rem, de quâ agitur, perimunt.* §. 9. *I. l.* 3. *D. h.* Ut exceptio pacti de non petendo in perpetuum, doli, metus, jurisjurandi, transactionis, erroris, pecuniæ non numeratæ, (licet ſit opponenda intra biennium, & ſic reſpectu termini, intra quem eſt proponenda, ſit temporalis, tamen ſemel propoſita ſuo tempore ſemper obſtat, & ſit perpetua, reſpectu termini, ad quem durat) liberationis legatæ, rei venditæ, (hæc exceptio eſt duplex, (1. rei venditæ & nondum traditæ. *l.* 15. *de Act. emt.* (2. rei venditæ & traditæ. vid. *tit. D. de Except. rei vend.*) & ſimiles, de quibus vide §. 1. 2. 3. 6. 9. *I. h. tit. D. de Liber. leg.* §. 13. *Inſt. de Legat.* ubi DD.

13. Dicuntur itaque hoc ſenſu perpetuæ, quia ſemel oppoſitæ perpetuum effectum habent §. 9. 10. *I. h. l.* 2. *C. de Precib. Imp. off.*

14. Quanquam, alio ſenſu, omnes exceptiones, antequam opponantur in judicio, ſint perpetuæ, licet actiones, quibus respondent, ſint temporales. Ratio eſt in *l.* 5. §. *ult. de Dol. mal. exc.* Scilicet (1. quia reus non habet poteſtatem, quando conveniatur & exceptionem

pro-

proponat. (2. Quia exceptio eſt ſpecies defenſionis: defenſio autem eſt Juris Naturalis, quæ nemini mortalium unquam eſt deneganda.

15. Quæ tamen regula fallit in illis exceptionibus, quæ etiam per modum actionis moveri poſſunt, ut querela inofficioſi teſtamenti. *l.* 8. §. 13. *de Inoff. teſtam.* & exceptio non numeratæ pecuniæ. *l.* 7. *C. de Non num. pec. l. ult. C. de Cond. ex Leg. l.* 8. *l.* 9. *l.* 14. §. *ult. C. de Non num. pec.*

16. Dilatoriæ & temporales ſunt, *quæ actionem differunt & ſuſpendunt ad tempus*. §. 10. *h.* Quæ reſpiciunt vel cauſam, ut exceptio pacti de non petendo ad tempus. §. 10. *I. h.* §. 33. *I. de Act. l.* 55. *de V. S.* vel perſonas judicium conſtituentes, ut exceptio fori non competentis, *l. ult. C. h.* Judicis ſuſpecti, *l.* 16. *l. ult. C. de Jud.* ſeu non idonei. *l.* 12. §. 2. *D. eod.* Procuratoris inhabilis, ſimileſque; vel locum, tempus, aliaſque id genus circumſtantias, ut exceptio temporis anguſtioris, *l.* 1. §. 12. *de Succ. Edict.* loci non tuti; vel modum agendi & procedendi, ut ſtili, ordinis non obſervati, &c.

17. Exceptiones peremptoriæ jure novo opponi poſſunt tam poſt, quam ante litem conteſtatam. *l.* 4. *l.* 8. *l.* 9. *de Except. l.* 9. *C. de Præſcr. long. temp. l.* 2. *C. Sent. reſc. non poſſ.*

18. Quædam etiam poſt ſententiam, ad impediendam executionem, ut exceptio SCti Macedoniani, Vellejani. *l.* 11. *ad SC. Mac.* ceſſionis. *l.* 36. *l.* 41. §. 1. *de Fidejuſſ.* beneficii competentiæ. *l.* 17. *l. ult. Sol. matr. l.* 41. §. *ult. D. de Re jud.* compenſationis, ſolutionis, aliæque exceptiones in factum, quas vocant. *l.* 2. *C. de Compenſ.* Quanquam compenſatio & ſolutio non ſunt

ſint exceptiones proprie dictæ, ſed modi, quibus intenditur, obligationem & actionem ipſo Jure eſſe ſublatam. Exceptio diviſionis poſt litem quidem conteſtatam, ſed non poſt ſententiam opponi poteſt. *l.* 10. §. 1. *l.* 51. §. *pen. D. de Fidej.*

19. Dilatoriæ, quæ ipſum judicium concernunt, ante litem conteſtatam opponendæ ſunt, id eſt, quæ concernunt formam & modum judicii, ut exceptio ſuſpecti Judicis, fori non competentis, procuratoris inhabilis, quæ non modo proponendæ, ſed etiam probandæ ſunt ante litem conteſtatam, quia impediunt litis ingreſſum. *l. pen. & l. ult. C. h. l.* 16. *C. de Judic. l.* 19. *C. de Probat. l.* 13. *& l. ſeq. C. de Procur.* Niſi (1. reddant judicium retrò nullum, ut & exceptio falſi procuratoris. *l.* 19. *l.* 24. *C. de Proc.* (2. Niſi poſt litem conteſtatam demum emergant, vel notæ fiant. *l.* 17. *D. de Judic. c.* 25. *X. de Offic. & poteſt. Judic. deleg. c.* 4. *X. de Exception.*

20. Exceptiones denique ſunt vel in rem, vel in perſonam. *v.* §. *ult. I. de Replic.* In rem, *quæ rei cohærent, quæque & heredibus, & fidejuſſoribus competunt*, ut exceptio rei judicatæ, (hæc enim eſt in rem, quatenus datur heredibus, & in perſonam, quia non datur fidejuſſoribus. *vid. tit. de Minor. ib.* 7.) juriſjurandi, doli mali, quod metus causâ, SCti Vellejani, Macedoniani, pacti in rem. *l.* 7. §. 1. *l.* 19. *h. l.* 2. §. 2. *de Doli Except. l.* 7. §. 8. *l.* 17. §. 5. *l.* 16. §. 1. *ad SC. Vell. l.* 20. *C. eod. tit. l.* 9 §. *pen. de SC. Macedon.* In perſonam, *quæ perſonæ cohærent, adeoque nec fidejuſſoribus, nec heredibus competunt. d. l.* 7.

21. Dantur & exceptiones mixtæ, partim in rem, partim in perſonam, ut exceptio Minorennitatis. v. *l.* 18. *§. ult. l.* 19. junct. *l.* 13. *D. de Minorib.*

22. Ut autem Actio per Exceptionem, ita Exceptio per Replicationem, Replicatio per Duplicationem; Duplicatio per Triplicationem, hæc autem per Quadruplicationem aliquando excluditur & eliditur, de quibus vide *tit. Inſt. de Replicat. & l.* 1. *l.* 2. *D. l.* 10. *C. h. t.*

23. Præſcriptiones ſunt *exceptiones temporis*, de quibus in *tit.* 3. Uti ſæpe alia quævis exceptio *præſcriptio* dicitur. *l. pen. h. tit. C. de Except. ſive præſcript. l.* 8. *& l. ult. C. eod. tit. l.* 50. *§.* 1. 2. *D. de Jud. l.* 29. *tit. ſeq.*

24. Præjudicia hic ſunt *exceptiones ſpeciales, quibus excluditur actio hac ratione, quod futuræ actioni præjudicium faciat, ſive quod inverſo ordine judiciorum & præpoſterè agatur.* v. *l.* 16. *l.* 18. *l.* 21. *h. l.* 54. *de Jud.*

25. Ab his præjudiciis toto cœlo differunt actiones Præjudiciales, de quibus in *§.* 13. *I. de Act.* Quanquam & hæ præjudicia dicantur. *l.* 1. *§.* 1. *de R. V. l.* 18. *de Prob.* Ut & actiones, quæ aliis quandoque præjudicium facere, ſeu viam ſternere ſolent. *l.* 5. *§.* 1. *D. de Pet. hered. l. ult. C. eod. l.* 4. *de Publ. jud.*

TIT. II.

De Exceptione rei Judicatæ.

1. Exceptio rei Judicatæ eſt *peremptoria, competens Reo, per ſententiam Judicis à lite principali abſoluto. l.* 9. *l.* 17. *h.* ejuſque heredi

redi & fidejuſſori. *l.* 21. §. *ult. h.*

2. Contra Actorem, ejusque ſucceſſores. *l.* 28. *h.*

3. Modo nova lis moveatur ex eâdem causâ, de eadem re, inter easdem perſonas earumve ſucceſſores. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 9. §. *ult. l.* 11. §. 3. & *ult. l.* 12. *l.* 13. *l.* 14. *h. l.* 2. *C. de Judic.*

4. Quænam hic cenſeatur eſſe eadem res, v. in *l.* 7. *pr.* & §. 1. 2. 3. *l.* 21. §. 1. 2. *h. t.*

5. Quænam ſit eadem petendi cauſa, v. in *l.* 5. *l.* 7. §. 4. *l.* 9. *l.* 17. *l.* 25. §. 1. 2. *h. t.*

6. Quænam cenſeantur eædem perſonæ, v. in *l.* 11. §. 7. 8. *l.* 28. *l.* 9. §. *ult. h. t.*

TIT. III.

De Diverſis temporalibus Præſcriptionibus, & de Acceſſionibus poſſeſſionum.

1. Præſcriptiones hic ſunt *exceptiones temporis, quibus actiones, aliaque jura perimuntur, vel effectu deſtituuntur.* Quarum longè plurima in Jure noſtro ſunt exempla.

2. Sic præſcribitur, ex. gr. (1. Detentioni privatæ adulteri, horis viginti. *l.* 25. *ad L. Jul. de Adult.* (2. Actioni de glande legendâ, triduo. *l. un. D. de Gl. leg.* (3. Appellationi interponendæ, decem diebus. *Nov.* 23. *pr.* (4. Replicationi non numeratæ, ſive ſolutæ, pecuniæ contra apochas, diebus triginta. *l.* 14. §. 2. *C. de Non num. pec.* (5. Proponendæ excuſationi tutelæ vel curæ, quinquaginta diebus; §. 16. *I. l.* 38. *D. de Excuſ. tut.* Probandæ autem quatuor menſibus. *d. l.* 38. (6. Actioni redhibitoriæ quandoque ſexaginta dierum, ut & actioni quan-

ti minoris quandoque ſex menſium ſpatio, *l.* 21. *l.* 38. *de Æd. Ed. l.* 2. *C. de Ædilit. Action.* Supr. *tit. de Ædil. edict. th.* 8. & 12.

3. (7. Anno regulariter exſtinguuntur actiones Prætoriæ pœnales; & Rei perſecutoriæ, quæ ſunt contra Jus Civile. *pr. I. de Perp. & temp. act. l.* 35. *de O. & A.* ab hac regula excipiendæ ſunt. (1. Actio furti manifeſti. *pr. Inſt. de Perp. & temp. act.* (2. Actio recepti contra nautas, caupones, ſtabularios. *l. ult. §. ult. Naut. caup. ſtab.* (3. Actio de ſervo corrupto. *l.* 13. *de Serv. corr.* (4. Actio de dejectis & effuſis, ſi quid damni datum, vel ſi liber homo vulneratus ſit. *l.* 5. §. 5. *de His, qui effud.* (5. Actio Prætoria arborum furtim cæſarum. *l.* 7. §. *pen. Arb. furt. cæſ.* (6. Actio adverſus falſum menſorem. *l.* 4. *Si menſ. falſ. mod. dix.* (7. Actio depoſiti miſerabilis. (8. Biennio, exſtinguitur Exceptio non numeratæ pecuniæ. *pr. I. de Litt. Obl. l.* 8. *l.* 10. *l.* 14. *C. de Non. num. pec.* Ut & olim Actio Doli. *l. ult. C. de Dol.* (9. Triennio, vindicatio rerum mobilium, contra bonæ fidei poſſeſſorem. *pr. I. de Uſuc.* (10. Quadriennio, omnes Reſtitutiones in integrum. *l. ult. C. de Temp. in int. reſt.*

4. (11. Quinquennio, querela inofficioſi teſtamenti. *l.* 8. §. *ult. de Inoff. teſt.* Ut & actio de ſtatu defunctorum. *l.* 1. *D. Ne de ſtatu defunct. poſt quinquenn. quæratur. l.* 2. *C. de Apoſtat.* jus petendi ſeparationem bonorum. *l.* 1. §. 13. *de Separat.*

5. (12. Decennio vel vicennio, vindicatio rerum immobilium, & ſervitutum contra bonæ fidei poſſeſſores. *l. ult. C. de Long. temp. præſcr.* Item vicennio, accuſationes criminales. *l.* 12. *C. ad Legem Corn. de Falſ.* vide tamen in-

infrà *tit. de Accuſat. theſ.* 23.

6. (13. Actiones perſonales regulariter 30. annis. *l.* 4. *l.* 7. *C. de Præſcr.* 30. *vel.* 40. *ann.* (14. Actio nomine eorum competens, quæ in aleâ amiſſa ſunt, annis quinquaginta. *l. ult. C. de Aleat.* Quod eſt ſpatium præſcriptionis longiſſimum, niſi quod libertati nullo unquam temporis ſpatio præſcribatur. *l. ult. C. de Long. temp. præſcr. quæ pro lib. & non adv. lib.* (VII. 22.) (15. Vindicatio rerum, ad Eccleſiam vel Civitatem pertinentium, annis olim centum, *Nov.* 9. jure novo quadraginta. *Nov.* 131. *c.* 6. Ut & actio hypothecaria contra ipſum debitorem. *l.* 7. §. 1. 2. *C. de Præſcr.* 30. *ann.* & actiones, ſuper quibus lis eſt conteſtata. *l. ult. C. de Præſcr.* 30. *annor. l.* 1. §. 1. *C. de Ann. except.*

7. Dies ultimus cœptus in his Præſcriptionibus (contra ac in uſucapionibus. *l.* 6. *l.* 7. *de Uſuc. l. pen. h.*) non habetur pro completo. *l.* 6. *de O. & A.*

8. Dies autem quandoque utiles computantur, quandoque continui. *l.* 1. *h.* vide ſupra. *tit. de Feriis & Dilat. theſ. pen. & ult.*

9. De acceſſionibus poſſeſſionum, quarum in Rubricâ hujus tituli fit mentio, v. ſupra *tit. de Uſurpat. & uſucap. theſ.* 32. *& ſeq.* Acceſſiones poſſeſſionum ſunt continuationes & conjunctiones temporum, quibus duo vel plures ſeparatim eandem rem poſſederunt, quæ fiunt præſcriptionis longi temporis acquirendæ cauſa. vid. *Cujac. in Paratitl. h. t.* & ibi *Chaſſan.*

TIT. IV.

De Doli mali & metus Exceptione.

1. Exceptio doli Mali eſt *actionis*, *ſummo quidem Jure, ſed contra æqui boniqᵫ rationem competentis*, *excluſio*, *ne cui dolus ſuus*, *per occaſionem Juris Civilis*, *contra naturalem æquitatem*, *proſit*. §. 1. *I. de Except. l.* 1. §. 1. *b.*

2. Eſt vel generalis, vel ſpecialis.

3. *Generalis*, quæ cum ceteris omnibus exceptionibus concurrit, ex omni cauſa naſcens, ex qua id, quod petitur, exceptione elidi poteſt, quamvis initio negotii nihil dolo factum ſit. *l.* 2. §. 5. *l.* 4. §. *pen. l.* 12. *l. ult. b. l.* 36. *de V. O. l.* 27. §. 5. *de Pact. l.* 3. *C. de Exc. non num. pec.*

4. *Specialis*, quæ naſcitur ex negotio, quod ab initio, dolo malo, geſtum eſt, §. 1. *I. de Exc. l.* 2. §. 5. *b. l.* 5. *C. de Inut. ſtip.* competens iis, qui ſummo jure obligati ſunt, ſive ipſi dolum paſſi ſint, ſive alii. *l.* 2. §. 2. *b.* eorumque heredibus & fidejuſſoribus. *l.* 7. §. 1. *de Exception.* contra omnes, qui dolum admiſerunt. *l.* 4. §. 4. *b.* Non tamen liberis, aut libertis, contra patronos, aut parentes. *l.* 4. §. 16. *b. l.* 10. *inf. & l. ſeq. D. l.* 5. *C. de Dolo malo.*

5. Hæc ſpecialis doli exceptio perpetua eſt. *l.* 5. §. *ult. D. b.* §. 9. *Inſt. de Except.*

6. Generalis verò, tanquam acceſſio ſeu adjectitia qualitas, naturam & conditionem earum, quibuſcum concurrit, ſemper ſequitur. *l.* 2. §. 4. 5. v. *l.* 3. *C. de Non numer. pecun. l.* 29. *pr. Mand.*

7. Ceterum notandum, quod Ulpianus in *l.* 4. §. 13. *b t.* docet, adverſus doli exceptionem non

non dari replicationem doli. v. *l.* 154. *de R. J.*

8. Cum is, qui, metu coactus, aliquid promiſit, ipſo Jure obligetur ob conſenſum, *l.* 21. §. *pen. Quod met.* propter defectum tamen vinculi æquitatis, naturaliter obligatus non ſit, datur ei Exceptio metus perpetua. *l.* 5. §. *ult. b.* contra agentem ex contractu, aliove negotio, quod metu, ſive ab ipſo actore, ſive ab alio adhibito, geſtum eſt. *l.* 4. §. 33. *b. t. l.* 9. §. *ult. D. Quod met. cauſ.*

TIT. V.

Quarum rerum actio non datur.

1. Prætor formulam & actionem denegat litigare volentibus, quoties animadvertit, actionem, quæ petitur, exceptioni peremptoriæ eſſe obnoxiam, & per eam elidendam; quales ſunt Exceptiones Rei Judicatæ, Transactionis, Jurisjurandi, Præſcriptionis, Macedoniani, & Vellejani SCti. v. *l.* 9. *de Jurejur.* §. 11. *l. de Act. l.* 1. *ad SC. Mac. l.* 2. §. 1. *ad SC. Vellej.* ut & exceptio ejus, quod, onerandæ libertatis cauſa, patronus a liberto, ultro, & ſponte manumiſſo, ſtipulatus eſt. *l.* 1. §. 5 *& ſeqq. l.* 2. *in f. b. t.* Non tam ut patronus exigat id, quod a liberto ſtipulatus eſt, quam ut metu exactionis libertum tanto magis obſequentem & obnoxium & ad omnia paratum habeat. *l* 32. *de Oper. libert.* hoc caſu patrono denegatur actio, ſi conſtet, eum a liberto onerandæ libertatis cauſa ſtipulatum eſſe. vid. *d. l.* 1. §. 7. *b. t.* ubi poſt vocem *libertatis* ſubintelligenda eſt vox *onerandæ.* vid. *Cujac.* 16. *Obſerv.* 18. item ejus, quod in alea luſum geſtumve eſt. *l.* 2. §. 1. *b.*

 2. Si

2. Si Prætor dubitaret, competeretne Reo exceptio, an non, actionem dabat, exceptione, ſi quam Reus probaſſet, elidendam. *d. l.* 9.

TIT. VI.

De Litigioſis. Cod. 8. 37.

1. Res *litigioſa eſt, ſuper quâ lis mota eſt.* 2. Fit autem litigioſa non ſolâ denunciatione, ne res vendatur, ſed litis conteſtatione in actionibus perſonalibus. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *D. l.* 1. *l.* 2. *C. h.* vel ſolâ libelli oblatione, Principi factâ, judici inſinuatâ, & parti adverſæ, ſive Reo futuro cognitâ, in actionibus in rem. *Auth. Litigioſa. C. h. t. Nov.* 112. *c.* 1.

3. Licet rei litigioſæ alienatio ſummo jure valeat, arg. *l.* 17. *l.* 18. *l.* 20. *de R. V.* Si tamen res, pendente lite, ſit alienata, lis eodem modo ad finem perducenda eſt, ac ſi absque alienatione fuiſſet. *l.* 2. *C. h.* Unde exceptio litigioſi competit Actori, qui contra Reum victoriam obtinuit, adverſus eum, qui rem litigioſam, ſibi à Reo venditam, ab Actore petit, licet eam bonâ fide emerit; non autem ſi emerit à tertio, cui nulla eâ de re lis mota erat. *l.* 1. §. 1. *h.*

4. Pœnas in eos, qui rem litigioſam vel alienarunt, vel conſecrationi dedicarunt, vel donaverunt, aut vendiderunt, vel eam ſcientes emerunt, ſtatutas, vide in *l. ult. D.* & *l. ult. C. h. t.* Caſus, in quibus ceſſat pœna alienationis rerum litigioſarum, vide in *d. l. ult. inf. C. h. t.* & *l. ult.* §. 1. *C. de Petit. her.* Ratio hujus tituli eſt, ne judicia reddantur eluſoria, ne lites ex litibus oriantur, & novæ indies actiones ab auctore inſtaurentur, ut & ne vel actor, vel reus

reus potentiori adverſario tradatur, ſive obnoxius reddatur; nam mutato adverſario, cauſa alterius plerumque fit deterior, & leges hic præſumunt animum vexandi & exagitandi adverſarium. Moribus hodiernis res litigioſa impune quovis modo alienari poteſt, ſalvo tamen Jure tertii, adeo ſi actor vincat, condemnato reo, qui rem alienaverit, executio ſententiæ, nullo inſtituto novo proceſſu, dirigi poteſt contra eum, qui hanc rem litigioſam emit, vel alio titulo poſſedit, quamvis ignoraverit rem eſſe litigioſam, adeoque ſententia executioni datur contra quemvis rei litigioſæ poſſeſſorem. vid. *Sand. 1. Deciſ.* 12. 4. *& de Ceſſ. Act. cap.* 5. *n.* 18. *&* 23. *Grot. Introd. ad Juriſpr. Holl. lib.* 3. *part.* 14. *n.* 29.

TIT. VII.

De Obligationibus & Actionibus. Cod. 4. 10.

1. Obligatio eſt *juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur ad aliquid præſtandum.*

2. *Obligatio* in Jure noſtro accipitur vel propriè, vel impropriè. *Propriè* iterum accipitur vel in genere, vel in ſpecie, vel ſpecialiſſimè. Generalius accepta eſt omne Juris vinculum, quo ſive perſona, ſive res obligatur, & obſtringitur. §. 5. *I. de Except.* §. 5. *I. de Legat.* Sic dicuntur pignori obligata bona, id eſt, pignori obſtricta & devincta. *l.* 4. *l.* 13. *l.* 23. §. 1. *de Pign. & Hyp. l.* 1. §. 1. *l.* 41. *de Pign. act. pr. Inſt. Quib. alien. l.* 45 §. *pen. l.* 57. *de Leg.* 1. *tit. C. de Præd. min. ſine decr. non alien. vel obligand. Suet. in Veſp. cap.* 4.

 3. Spe-

3. Specialius & proprie accipitur pro vinculo juris ex contractu, vel delicto, vel variis cauſarum figuris deſcendente. *l. 1. l. 52. D. de O. & A. l. 30. de L. Corn. de Falſ. Gell. 7. 15.* id eſt, modis, ſive ſpeciebus. *pr. Inſt. de Legat. l. 31. de Mort. cauſ. Donat.* Per *varias cauſarum figuras* autem in *d. l.* præter contractus & quaſi contractus, delicta & quaſi delicta, intelligendæ videntur etiam omnes aliæ obligationum cauſæ, quæ neque ad contractus, aut quaſi contractus, neque ad maleficia, aut quaſi maleficia referri poſſunt, qualia ſunt pacta legitima, omniaque alia negotia, ex quibus condictio ex lege datur. *l. 22. de Reb. cred. l. 21. in fin. de Donat. l. 31. de Mort. cauſ. Donat. tit. D. & C. de Condict. ex Leg.*

4. Specialiſſimo & ſtrictiſſimo ſenſu accipitur pro ea ſpecie, quæ ex conventione deſcendit; quo ſenſu intelligendæ *l. 43. l. 44. h.*

5. *Improprie* accipitur pro ipſo contractu, unde deſcendit. *l. 4. de Pign. & Hyp. l. 5. §. 1. D. de Præſcr. Verb. l. 6. in f. C. de Tranſact.*

6. Dicitur *vinculum Juris*, id eſt, nexus & Jus perpetuo durans, donec vinculum obligationis per ſolutionem, aut alio modo laxetur & ſolvatur. *v. l. 91. l. 95. §. 4. de Solut. l. 16. de Accept. §. 2. I. Quib. alien. licet.*

7. Dixi: *quo neceſſitate*. Quia ſub hac conditione, *ſi voles*, nulla fit obligatio: pro non dicto enim eſt, quod dare, niſi velis, cogi non potes. *l. 8. h. l. 17. l. 46. §. ult. l. 108. §. 1. de V. O. l. 7. l. 35. §. 1. D. l. 13. C. de Contr. emt.*

8. Obligatio eſt vel naturalis, vel civilis, vel mixta. Quanquam Veteres, ſæpe mere civilem omittentes, & mixtam civilem appellantes, duas

duas tantum ſpecies faciunt. *l.* 11. *ad SC. Mac.* *l.* 8. §. 3. *de Fidej.* ut ſæpe ejusdem rei nunc bipartita, nunc tripartita eſt diſtributio. v. §. 1. junct. §. 20. *I. de Act.* *l.* 1. *pr.* & §. 3. *de Mun. & Hon.* junct. *l.* 18. *pr.* §. 1. 18. 26. 27. *eod.*

9. Obligatio naturalis eſt, *quæ ex vinculo meræ æquitatis naturalis naſcitur.* §. 1. *Inſt. de Except.* *l.* 95. §. 4. *de Solut.*

10. In qua definitione ſub jure Naturali complectitur etiam Jus Gentium. v. §. 11. 41. *I. de R. D.* *l.* 84. §. 1. *de R. J.*

11. Obligatio naturalis, reſpectu effectuum, quos Jus civile ei nunc tribuit, nunc negat, vel efficacior eſt, vel minus efficax.

12. Obligatio naturalis inefficax eſt *vinculum ſolius pudoris & verecundiæ naturalis, quæ nullum actionis, aut exceptionis effectum producit.* Qualis eſt (1. Obligatio naturalis ad ἀντίδωρα. *l.* 25. §. 11. *de Pet. her.* (2. Heredes, ad integra legata ſolvenda, non deducta Quarta Legis Falcidiæ. *l.* 1. *C. ad L. Falc.* *l.* 5. §. 15. *de Don. Int. V. & U.* (3. Heredis ab inteſtato, reſpectu teſtamenti minus ſolennis. *l.* 38. *de Fid. lib.*

13. Jure civili, quantum ad primam ſpeciem attinet, nulla eſt ſolvendi hujus debiti neceſſitas, nec retentioni, compenſationi, fidejuſſori, aut pignori locum facit. *Sen.* 1. *de Beneſ.* c. 2. & 4. *de Ben.* c. 17.

14. Atque hinc eſt, quod is, qui beneficium, ſpe remunerationis, dedit, re non ſecuta, datum repetere non poſſit. *l.* 3. §. 7. *D.* *l.* 7. *C. de Condict. ob Cauſ. dat.*

15. Non magis quam conveniri poteſt is, qui affectionem amicalem promiſit. *l.* 10. §. 7. *Mand.*

16. Il-

16. Illud quæſitum eſt, an id, quod à Donatario, ad remunerationem obligato, tanquam debitum civile, ſolutum eſt, condictione repeti poſſit? Si ſimpliciter ſolverit, omnino condictioni locus eſt.

17. Si remunerandi gratia, diſtinguimus, an animo donandi ſolverit, an, ut pareret obligationi naturali, cujus vinculo, per juris ignorantiam, putabat, ſe cogi poſſe ad ſolutionem. Priori caſu ceſſat, ſecundo locum habet condictio. v. *l.* 53. *de R. J. l.* 26. §. 3. *de Cond. ind.* Nec alius ſenſus eſt *d. l.* 25. §. 11. *de Pet. Her.* nec *l.* 54. *de Furt.* Multo minus obſtant *l.* 26. *pr. de Cond. ind. l.* 10. §. *ult. Mandat.* & *l.* 27. *D. de Donat.* vide *Bockelmanni Exercitationes de Actionibus. pag.* 105. & *ſeq.*

18. Duobus ſane caſibus contra ingratos actio datur. v. *l. ult. C. de Revoc. don.* §. 1. *Inſt. de Cap. min. Sen. lib.* 4. *Controv. c.* 24. & *lib.* 9. *Declam.* 1.

19. Secunda ſpecies obligationis naturalis inefficacis eſt obligatio heredis, ad integra legata ſolvenda, quæ ante Legem Falcidiam etiam civilis fuit ex quaſi contractu, poſteà ſaltem naturalis facta eſt, quatenus heres, integram hereditatem legatariis dare damnatus, obligatur quidem ex voluntate defuncti, nec integra legata ſponte, vel errore juris ſoluta repetit. *l.* 86. *ad L. Falc. l.* 1. *l.* 9. *ult. C. eod.* ſed invitus, ut ultra dodrantem ſolvat, cogi non poteſt; atque eo ſenſu hæc obligatio eſt inefficax. *l.* 10. *l.* 108. *de V. S.* Ceſſat autem hic condictio indebiti ſoluti, non tam vi naturalis obligationis, quam taciti pacti, aut renunciationis, quæ ex ſolutione præſumitur. Adeoque hæc ſpecies habet effectum obligationis naturalis efficacis in ſolutio-

tione indebiti, factâ per errorem Juris. *d. l. 9. C. ad L. Falc.*

20. Quantum ad tertiam ſpeciem attinet, verior, & rationi juris Civilis atque æquitati convenientior opinio eſt, heredem ab inteſtato, ex voluntate teſtatoris minus ſolenni, obligari quidem, adeoque heredem, hujusmodi imperfecto teſtamento ſcriptum, ſalva conſcientia & pietate, hereditatem ſibi relictam retinere poſſe, donec heres legitimus eam petat; ſed conſcientiam legitimi heredis hujus obligationis vinculo non ita obſtringi, quin eandem hereditatem vindicare poſſit, vel condictione indebiti repetere. *v. ſupra lib.28. tit. 1. theſ. 40. & 41. Bockelmann. Exercitation. de Actionib. p. 110. & ſeq.*

21. Ad eandem obligationis ſpeciem referri poteſt obligatio mulieris pro alio intercedentis. *l. 40. de Cond. ind. t. D. & C. de SC. Vell.*

22. Minus recte huc refertur obligatio Pupilli & Servi. v. ſupra *tit. de Pact. theſ. 33. & 35. Bockelm. dict. Exercit. de Action. p. 112. & ſeq.*

23. Obligatio naturalis efficax ſeu plenior, qualis naſcitur ex nudo pacto, ex contractu inter filiumfamilias & patrem, vel inter duos fratres, in ejusdem patris poteſtate poſitos, licet actionem non producat jure Civile, alios tamen non pœnitendos effectus habet. v. ſupra *tit. de Pact. theſ. ult.*

24. Hæc uti certa ſunt, ita non minus certum eſt, naturalem obligationem, licet efficacem, veluti ex nudo pacto natam, jure Civili non producere actionem. *l. 7. pr. & §. ult. D. l. 10. l. 21. C. de Pact. l. 15. de Præſcr. Verb. l. 1. C. de Pact. Conv. l. 3. C. de Rer. Perm.* vide ſupra *tit. de Pact. theſ. 3. & ſeq.*

25. Hæc

25. Hæc regula duas patitur exceptiones; in pactis legitimis, & adjectis, de quibus ad *tit. de Pact.* ad quas relatæ *l.* 10. *h. t.* & *l.* 16. §. 4 *de Fidej.* non indigent emendatione Fr. Hottomanni.

26. Tantum de obligatione naturali. Obligatio Civilis eſt *vinculum meri juris Civilis*, quæ eſt vel plenior effectu, vel minus plena. Obligatio Mixta eſt *vinculum Juris Civilis & Naturalis ſimul*, quam definit Juſtinianus in *princ. I. de Obligat.* ubi v. *Bockelm. Compend. & Exercitat. de Actionib. p.* 147. & *ſeq.*

27. Prima & ſumma actionum (quarum ex Inſtitutionibus nota eſt varia ſignificatio, & definitio) diviſio, ſumpta à cauſâ proximâ, eſt, quod ſint vel in perſonam, *quæ naſcuntur ex obligatione, ad producendam actionem efficacem, ſine devinctione rei. l.* 3. *h. t. l.* 1. §. 16. *ad SC. Trebellian.* vel in rem, *quæ naſcuntur ex aliquo Jure in re, ſine reſpectu aut obligatione perſonæ*; vel Mixtæ tam in rem, quam in perſonam, utpote naſcentes tam ex jure in re, quam ex jure ad rem. §. 1. & §. 20. *I. de Act. l.* 7. *C. de Pet. Hered.*

28. Mixtæ nec plures nec pauciores dantur, quam quatuor, Finium regundorum, Familiæ erciſcundæ, Communi dividundo, & Petitio hereditatis. *d.* §. 20. *l.* 22. §. 4. *Fam. erc.* §. 3. *de Oblig. quæ quaſi ex contr.* §. 5. *de Off. Jud. l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. §. 1. & *ſeqq. Comm. div. l.* 1. *l.* 4. §. 5. 9. *l.* 8. *Fin. reg. l.* 7. *C. de Petit. Her. l.* 20. §. 2. & *ſeqq. eod.*

29. Actio in perſonam ſubdividitur (1. Quod ſit vel merè perſonalis, *quæ nunquam, niſi contra perſonam nobis obligatam, ejusve heredem datur*; vel Perſonalis in rem ſcripta, *quæ nata ex obligatione, contra quemvis poſſeſſorem datur, atque*

ita,

ita, ratione objecti, cum actionibus in rem conve-nit, ut actio quod metus cauſâ, *l. 9. in f. l. 14. §. 11. Quod met. §. 31. I. b.* actio ad exhibendum. *l. 3. §. 3. ad Exhib.* de Peculio. *l. 27. §. 2. de Pecul.* Noxalis. *§. 5. I. de Nox. act.*

30. (2. Actio in perſonam, ratione obligationis principalis, vel minus principalis, unde naſcitur; eſt vel ab unâ parte directa, ab aliâ contraria, vel ab utrâque parte directa. Directa, quæ & principalis dicitur, ex contractibus, quorum obligatio eſt inæqualis, competit ei, cujus magis principaliter intereſt, v. *l. 17. §. 1. Commod.* Contraria competit ei, cujus minus principaliter intereſt. v. *d. l. 17. §. 3. l. 18. §. 2. l. pen. Commod. l. 31. de Pign. act. l. 5. Depoſ. l. 1. pr. & §. pen. D. de Contr. tut. & utili act. l. 6. in f. de His, qui not. inf.* Utrimque directa eſt, quæ ex contractibus, unde ferè æqualis oritur obligatio, naſcitur, ut in Societate, Emtione Venditione, Locatione Conductione.

31. Actio contraria inſtitui poteſt vel per modum reconventionis, contra directam, vel tanquam actio ſeparata per modum directæ petitionis, licet is, cujus magis principaliter intereſt, nihil vel poſſit, vel velit petere. *d. l. 17. §. 1. Commod. l. 1. §. 4. & ult. de Contr. tutelæ act. §. 6. I. de Fidej. l. 6. §. 2. l. 20. §. 1. Mand.*

32. Actionibus directis damnati, ob dolum aliquando fiunt infames, contrariis non item. *l. 1. l. 6. §. ult. D. de His, qui not. l. 5. Depoſ. §. 2. I. de Pœn. tem. litig. v. ſupr. Tit. de His, qui not. inf. theſ. 6.* Unde nec in iis in litem juratur. *d. l. 5. Depoſ.*

33. Alio ſenſu directæ dicuntur Principales, Præparatoriis, *l. 3. §. 13. ad Exhib*, Ordinariæ

ex

25. Hæc regula duas patitur exceptiones, in pactis legitimis, & adjectis, de quibus ad *tit. de Pact.* ad quas relatæ. *l.* 10. *h. t.* & *l.* 16. §. 4 *de Fidej.* non indigent emendatione Fr. Hottomanni.

26. Tantum de obligatione naturali. Obligatio Civilis eſt *vinculum meri juris Civilis*, quæ eſt vel plenior effectu, vel minus plena. Obligatio Mixta eſt *vinculum Juris Civilis & Naturalis ſimul*; quam definit Juſtinianus in *princ. I. de Obligat.* ubi *v. Bockelm. Compend. & Exercitat. de Actionib. p.* 147. & *ſeq.*

27. Prima & ſumma actionum (quarum ex Inſtitutionibus nota eſt varia ſignificatio, & definitio) diviſio, ſumpta à cauſâ proximâ, eſt, quod ſint vel in perſonam, *quæ naſcuntur ex obligatione, ad producendam actionem efficacem, ſine devinctione rei. l.* 3. *h. t. l.* 1. §. 16. *ad SC. Trebellian.* vel in rem, *quæ naſcuntur ex aliquo Jure in re, ſine reſpectu aut obligatione perſonæ*; vel Mixtæ tam in rem, quam in perſonam, utpote naſcentes tam ex jure in re, quam ex jure ad rem. §. 1. & §. 20. *I. de Act. l.* 7. *C. de Pet. Hered.*

28. Mixtæ nec plures nec pauciores dantur, quam quatuor, Finium regundorum, Familiæ erciſcundæ, Communi dividundo, & Petitio hereditatis. *d.* §. 20. *l.* 22. §. 4. *Fam. erc.* §. 3. *de Oblig. quæ quaſ. ex contr.* §. 5. *de Off. Jud. l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. §. 1. & *ſeqq. Comm. div. l.* 1. *l.* 4. §. 5. 9. *l.* 8. *Fin. reg. l.* 7. *C. de Petit. Her. l.* 20. §. 2. & *ſeqq. eod.*

29. Actio in perſonam ſubdividitur (1. Quod ſit vel merè perſonalis, *quæ nunquam, niſi contra perſonam nobis obligatam, ejusve heredem datur*; vel Perſonalis in rem ſcripta, *quæ nata ex obligatione, contra quemvis poſſeſſorem datur, atque*

ita,

ita, *ratione objecti*, *cum actionibus in rem convenit*, ut actio quod metus causâ, *l. 9. in f. l. 14. §. 11. Quod met. §. 31. I. h.* actio ad exhibendum. *l. 3. §. 3. ad Exhib.* de Peculio. *l. 27. §. 2. de Pecul.* Noxalis. *§. 5. I. de Nox. act.*

30. (2. Actio in perſonam, ratione obligationis principalis, vel minus principalis, unde naſcitur, eſt vel ab unâ parte directa, ab aliâ contraria, vel ab utrâque parte directa. Directa, quæ & principalis dicitur, ex contractibus, quorum obligatio eſt inæqualis, competit ei, cujus magis principaliter intereſt, v. *l. 17. §. 1. Commod.* Contraria competit ei, cujus minus principaliter intereſt. v. *d. l. 17. §. 3. l. 18. §. 2. l. pen. Commod. l. 31. de Pign. act. l. 5. Depoſ. l. 1. pr. & §. pen. D. de Contr. tut. & utili act. l. 6. in f. de His, qui not. inf.* Utrimque directa eſt, quæ ex contractibus, unde ferè æqualis oritur obligatio, naſcitur, ut in Societate, Emtione Venditione, Locatione Conductione.

31. Actio contraria inſtitui poteſt vel per modum reconventionis, contra directam, vel tanquam actio ſeparata per modum directæ petitionis, licet is, cujus magis principaliter intereſt, nihil vel poſſit, vel velit petere. *d. l. 17. §. 1. Commod. l. 1. §. 4. & ult. de Contr. tutelæ act. §. 6. I. de Fidej. l. 6. §. 2. l. 20. §. 1. Mand.*

32. Actionibus directis damnati, ob dolum aliquando fiunt infames, contrariis non item. *l. 1. l. 6. §. ult. D. de His, qui not. l. 5. Depoſ. §. 2. I. de Pœn. tem. litig. v. ſupr. Tit. de His, qui not. inf. theſ. 6.* Unde nec in iis in litem juratur. *d. l. 5. Depoſ.*

33. Alio ſenſu directæ dicuntur Principales, Præparatoriis, *l. 3. §. 13. ad Exhib*, Ordinariæ

ex

ex delicto, Noxalibus, ut & aliæ Principales Adjectitiis qualitatibus oppoſitæ. §. 5. *I. de Nox. act.* Rei vindicatio oppoſita Reſciſſoriæ & Publicianæ. *l.* 24. *C. de R. V. l.* 18. *C. de Poſtl. rev. & red. ab boſt. l. ult. C. Ex quibus cauſ. maj.* §. 4. *I. b.* Ut & aliæ actiones civiles oppoſitæ Prætoriis. *l.* 26. §. 2. *D. de Nox. act.* §. 41. *de Act.* Denique illæ, quarum Lex diſertè meminit, oppoſitæ Utilibus. §. *ult. I. de L. Aquil.*

34. Mixtæ quoque (ſed longe alio ſenſu, quam ſuperiores) dicuntur actiones duplices. *l.* 37. *b. t.*

35. Altera actionum diviſio, à cauſâ remota, petita eſt, quâ omnis Actio dividitur in Civilem, & Prætoriam. §. 3. *I. b. l.* 25. *in f. de O. & A.*

36. Civilis eſt, *quae ex aliquâ parte juris Civilis deſcendit*; unde & *legitima* dicitur. §. 3. *I. de Act. l.* 32. *ad L. Falcid. princ. J. de Perpet. & temp. act.*

37. Prætoria eſt, *quam Prætor ex ſua jurisdictione de novo introduxit*; quo etiam pertinent actiones Ædilitiæ. §. 7. *I. de J. Nat. G. & Civ.* §. 2. *I. de Div. Stip. t. t. C. de Ædil. Act.*

38. Differunt hæ ſpecies præſertim reſpectu termini exſpirationis. *pr. Inſt. de Perp. & temp. l.* 35. *de O. & A. l.* 2. *D. de Diverſis temp. præſcr.*

39. Tertia actionum diviſio, ſumpta à modo, quo Jus Civile, vel Prætor introduxit actionem, eſt, quod alia ſit directa, alia utilis. §. *ult. I. de L. Aquil. l.* 13. *D. eod. l.* 18. *C. de Legat.*

40. Directa eſt, *cujus vel Lex, vel Prætor expreſſe meminit*; quæ & *recta* dicitur. *l.* 9. §. 2. *de A. R. D. l.* 18. §. *ult. Commod.* §. 2. *de Fideic. her.*

41. Utilis; *quæ, deficientibus Legis vel Prætoris verbis, ob eandem æqui bonique & utilitatis* pu-

publicæ rationem, ad exemplum directæ, per interpretationem datur. v. t. *I. de Legit. patr. tut. l. 6. de V. S. §. ult. I. de L. Aquil. l. 8. C. ad Exhibend.*

42. De his actionibus tenenda hæc principia: (1. Quod omnes actiones Prætoriæ, facta relatione ad Jus Civile ſtrictum, dicantur *utiles*, etſi apertè verbis Edicti propoſitæ ſint. §. 4. *I. de Act. l. 26. §. 2. de Nox. act. l. 1. §. 1. de Superfic. l. ult. de Adq. her.*

43. (2. Quod aliquando utiles actiones expreſſis verbis legis dentur, quando Juris ratio directam competere negat. *l. 1. C. de O. & A. l. 16. D. de Pact. l. ult. C. Quando Fiſci vel Priv. l. 1. de Eo quod certo loc.*

44. (3. Quod quandoque actio dicatur *utilis*, quia prodeſt agenti, eique utilitatem præſtat, adeoque idem ſignificat, quod *actio efficax. l. 22. §. 5. Mand. l. 17. de Vi & Vi arm. pr. I. de Vi bon. rapt. l. 10. C. de Pact. l. 6. §. 2. Nautæ caupon.*

45. Quod ſi & verba, & ſententia Legis deficiant, Prætor defectum legis, utilitate exigente, ſupplere ſolet dando in factum actionem. *l. 11. de Præſcr. Verb.* licet ipſa utilis actio quandoque dicatur actio in factum. §. 3. 7. *ult. I. ad L. Aquil. l. 7. §. 3. l. 9. pr. l. 11. §. 8. l. 29. §. pen. D. eod.*

46. Quartò, actiones ſunt vel Rei perſecutoriæ, vel Pœnales, vel Mixtæ. §. 17. *& ſeqq. I. h. t.*

47. Rei perſecutoriæ ſunt, *quibus perſequimur id, quod nobis à patrimonio abeſt. l. 35. D. h. t.* Quo pertinent omnes actiones in rem; ut & omnes actiones in perſonam, ex vero, vel quaſi contractu competentes, exceptis quibusdam mixtis; denique quædam ex delicto, ut

condictio furtiva, & actio rerum amotarum.

48. A patrimonio autem nobis abeſſe dicitur res quatuor modis, quos vide apud *Vinn. ad d.* §. 17.

49. Pœnales ſunt, *quibus perſequimur meram pœnam, ex delictis privatis, legibus debitam & conſtitutam. d.* §. 18. *I. h.*

50. Hæ (1. Sunt vel in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum. §. 21. & *ſeqq. I. h.*

51. (2. Vel ſimpliciter pœnales, vel ſecundum quid. Simpliciter pœnales ſunt, *quæ meram perſequuntur pœnam, ut actio furti.*

52. Pœnales, ſecundum quid, ſunt, *quibus actor perſequitur id, quod ſibi à patrimonio abeſt, ſive rem, reſpectu autem Rei, ſive Debitoris, pœnam*; ſeu, quæ ſuâ naturâ rei perſecutoriæ ex contractu, ob delictum concurrens, ſaltem ex parte Rei, pœnales ſunt; *l.* 49. *h. t.* qualis eſt actio de dolo. *l.* 26. *de Dolo malo.* Actio in factum adverſus falſum tutorem. *l.* 7. *pr.* & §. 2. *l.* 9. §. 1. *Quod falſ. tut.* Actio ex edicto Prætoris contra eum, per quem factum erit, quo minus quis in judicio ſe ſiſtat. *l.* 1. §. *ult. D. de Eo per quem fact.* Actio adverſus falſum menſorem. *l.* 3. §. *pen. Si menſ. falſ.* Tributoria. *l.* 7. §. *ult. de Act. Tribut.* Actio de Depoſito miſerabili. *l.* 1. §. 1. *Depoſ.*

53. Actionis pœnalis, reſpectu actoris ſolius, exemplum eſt in actione de calumniatoribus poſt annum. *l.* 1. *de Calumn.*

54. Actiones pœnales mixtæ ſunt, *quæ tam rem, quam pœnam perſequuntur*, ut actio de Vi bonorum raptorum, actio Legis Aquiliæ, actio metus, & ſimiles. v. §. 19. *I. h. t.* §. 9 *I. de Lege Aquil.*

55. Quin-

55. Quinta actionum diviſio eſt, quod ſint vel bonæ fidei, vel ſtricti Juris, vel arbitrariæ. Actiones bonæ fidei ſunt, *in quibus libera poteſtas conceditur judici ex æquo & bono, inter litigantes æſtimandi, quantum alterum alteri, etiam ultrà expreſſam conventionem, præſtare oportear.* §. 30. *I. h. l. 2. §. 3. de O. & A. l. 7. de Neg. geſt. l. 24. in f. Depoſ. l. 31. §. 20. de Ædil. Ed.* Unde bonæ fidei judicia paſſim vocantur Arbitria, & judices in iis dati, Arbitri. *Cic. 3. Offic. c. 17. Sen. 3. de Benef. c. 7. & lib. 2. de Clement. Cic. Pro Roſc. & in Topic. d. l. 24. Depoſ. l. 43. l. ult. Fam. erc. l. 18. Comm. Divid. tit. C. Arbitr. tut.*

56. Sic ut bona fides hic non opponatur dolo malo, quaſi is in judiciis ſtricti Juris extra legis pœnam ſit; ſed ſtrictiori Judicis poteſtati in judiciis, quæ inde dicuntur ſtricti Juris. v. *l. 59. §. 1. Mand. l. 4. C. de O. & A. l. 22. l. 26. de V. O. l. 36. eod. l. 5. C. de Inut. Stip.*

57. De actionibus bonæ fidei tenenda eſt regula generalis, quod omnes actiones ex vero, vel quaſi contractu, ab utrâque parte obligatorio, natæ, ſint bonæ fidei. v. §. 28. *I. h. t.* Et, versâ vice, quod omnes actiones natæ ex vero, vel quaſi contractu, ab unâ tantum parte obligatorio, ſint ſtricti Juris. Unde, præter alia, conſequitur, condictionem indebiti non eſſe bonæ fidei, ſed ſtricti Juris, licet ex bono & æquo introducta ſit. *l. pen. de Cond. indeb.* & actiones præſcriptis verbis, ex contractibus innominatis competentes, eſſe ſtricti Juris, exceptâ eâ, quæ ex permutatione naſcitur, propter ſummam affinitatem, quam habent cum emptione & venditione, & æſtimatoriâ, quæ ſunt bonæ fidei. *d. §. 28. I. h. t.* Actio ex teſtamento mix-

mixti generis eſt *l.* 5. junct. *l.* 7. *D. de Eo, quod cert. loc. l.* 6. *de in lit. Jur. l.* 87. §. 1. *de Leg.* 2. *l.* 3. *l.* 34. *D. de Uſur.* eſt enim ſua natura ſtricti Juris, quia naſcitur ex quaſi contractu aditæ hereditatis ab una tantum parte obligatorio, ſed ratione fructuum & uſurarum ex mora debitarum eſt bonæ fidei. vid. ſupr. *tit. de Legat. & fideic. th. ult.*

58. Actiones ſtricti juris ſunt, *in quibus poteſtas Judicis adſtricta eſt iis, quæ inter contrahentes expreſſa, & in Judicium nominatim deducta ſunt, ac formulæ olim inſerta. d.* §. 30. *l.* 99. *de V. O. Sen. lib.* 2. *de Clement.*

59. Differentiæ inter actiones bonæ fidei & ſtricti juris facile ex definitionibus, aliisque principiis Juris, colligi poſſunt. v. *Bockelmann. Comp. Inſt. h. t. Tract. Gen. theſ.* 33.

60. Actiones arbitrariæ ſunt, *in quibus Judici permittitur arbitrium æſtimandi, quomodo alterum alteri ſatisfacere oporteat.* §. 31. *in f. I. h. t.*

61. Atque hæ ſunt vel ſuâ naturâ arbitrariæ, vel ex incidenti, ſive ex adjectione loci. v. *tit. de Eo, quod cert. loco.*

62. Sexto, actiones aliæ ſolidum perſequuntur, aliæ minus. §. 36. *I. h. t.* v. *Bockelm. Comp. I. h. t. Tract. Gener. theſ.* 36.

63. Septima actionum diviſio eſt, quod vel per ſe ſubſiſtant, ſeu principales, vel aliarum adjectitiæ qualitates ſint; quæ non ſunt actiones propriæ & per ſe conſtantes, ſed tantum actionum principalium adjectiones, vel acceſſiones, quæ ob conditionem rerum, aut perſonarum, faciunt, ut actionum principalium nomina, & effectus mutentur. v. *l.* 19. *de in rem verſo. l.* 36. *in f. de Pecul. l.* 5. §. 1. *de Exerc. act. l.* 42.

de Furt. l. 1. *in f. princ. de His, qui effud.*

64. Atque hæ naſcuntur vel ex contractibus aut quaſi contractibus, ut actio quod Juſſu, Exercitoria, Inſtitoria, de Peculio, de in rem verſo, de quibus in *Lib.* 14. & 15. Ut & actio protutelæ, v. ſupra *tit. de Eo, qui pro tut.* & actio funeraria. *l.* 14. §. 13. *de Religioſ.* Vel ex delicto privato ſervorum, ut actiones Noxales, de quibus in *lib.* 9. *tit. ult.* v. *l. pen. D. Commod. l.* 9. §. 1. *Quod falſ. tut.*

65. De his omnibus tenenda regula eſt: quod adjectitiæ qualitates per omnia ſequantur naturam actionum principalium, ſeu directarum, quibus adjiciuntur.

66. Sola actio rei Judicatæ, licet alterius adjectio, ſemper ſuâ naturâ eſt civilis, ſemper perſonalis, & rei perſecutoria, perpetua, & in heredes tranſitoria, licet actio Principalis diverſas habeat qualitates. *l.* 6. §. *ult. de Re jud.* Cujus rei ratio petenda eſt ex vi novationis, per litis conteſtationem factæ. *l.* 11. §. 1. *de Novat. l.* 3. §. 11. *de Pecul.* Sed & actio ex Jurejurando, ſive ſit adjectitia qualitas actionis in perſonam, ſive in rem, non datur, niſi contra ſolum deferentem, licet directa, ſive principalis actio forte competat contra quemvis poſſeſſorem. *l.* 9. §. *ult. de Jurej. l.* 7. §. 7. *de Publ. act.* Actio funeraria, quæ eſt adjectitia qualitas actionis negotiorum, datur contra invitum & prohibentem, licet actio negotiorum geſtorum tantum competat contra ignorantem, non autem contra prohibentem. *l.* 14. §. 13. *de Rel.* junct. *l. ult. C. de Neg. geſt.*

67. Octava actionum diviſio eſt, quod alia ſit Civilis; alia Criminalis. *t. Cod. Quando act. civ.*

crimin. præjud. Civilis eſt, *quâ privatum commodum ſive ex contractu, ſive ex delicto privato, unde nobis debetur pœna pecuniaria, perſequimur.* Criminalis, quæ proprie *accuſatio* dicitur, eſt, *quâ agimus ad publicam vindictam, ſive ad pœnam, vel corpori infligendam, vel pecuniariam fiſco addicendam, ut exemplo deterreantur alii ſimilia auſuri.* Hæc eſt vel Publica, vel Privata, ſive Extraordinaria. *l.* 1. *de Publ. jud. l.* 3. *de Extr. crim. l.* 1. §. *ult. de Pœn.*

68. Civilis eſt vel petitoria, vel poſſeſſoria. Petitoria eſt, quæ de proprietate, aliove Jure extra poſſeſſionem datur. Poſſeſſoria, quæ de ſolâ poſſeſſione competit. *l.* 24. *de R. V. l.* 12. *de Adq. poſſ.*

69. Hanc DD. dividunt in *ſummariam* & *ordinariam.* Sed Jure Civili omnis cauſa poſſeſſionis momentanea eſt, & ſummaria, nulla ordinaria. *l.* 8. *C. Und. Vi. l. un. C. Si de Moment. poſſ. fuer. app. l.* 3. *C. de Interd. l.* 13. *C. de R. V. l. ult. C. Quor. bon. l.* 3. *C. Qui legit. perſ.* Eſt autem actio poſſeſſoria ante petitoriam inſtituenda, & ſtatim ſine dilatione finienda. *l.* 35. *de Adq. poſſ. l. pen. C. de Interd.* Niſi actor, repudiato Judicio poſſeſſorio, ſtatim velit convolare ad Judicium petitorium; nam quod in *l.* 24. *de R. V.* dicitur, eſt tantum conſilium, non autem præceptum. vid. ſupr. *tit. de Judic. th.* 7. Simul inſtitui non poſſunt; quanquam ſuſpenſo, quod jam moveri cœperat, petitorio judicio, poſſeſſorium interim inſtitui poſſit. *l.* 12. *de Acq. poſſ. l.* 18. §. 1. *de Vi & Vi arm.* v. *infra theſ.* 74. *& ſeq.* & *Vinn.* 2. *ſel. Quæſt.* 39.

70. (9.) Actiones ſunt vel generales, vel univerſales, vel Singulares. *Generales*, quæ compe-

petunt ad plura rerum genera, ut actio pro ſocio, negotiorum geſtorum, tutelæ, familiæ erciſcundæ, & ſimiles. *l.* 38. *Pro Soc. Univerſales*, quibus perſequimur rem, Juris univerſitatem continentem, qualis eſt hereditas, dos, *l.* 119. *l.* 178. §. 1. *de V. S. l.* 40. *de Pec. l.* 50. *de Pet. Her. l.* 32. *de Pecul.* Quænam ſit differentia inter actiones univerſales & generales vid. ap. *Vinn. ad tit. Inſt. de Action.* §. 32.

71. *Singulares*, ſeu ſpeciales ſunt, quibus perſequimur rem, Juris interpretatione certam, ſpecialem, & finitam. *d. l.* 38. *pro Soc. l.* 1. §. 1. *de R. V.* Magna eſt inter has ſpecies differentia. Sic ex. gr. in univerſalibus & generalibus excuſatur incertitudo libelli; ab una parte ſententiæ appellari, vel contra unam partem ſententiæ in integrum reſtitutio peti & impetrari poteſt. *l.* 28. *l.* 29. *de Minor.* junct. *l.* 1. *C. de Transact.*

72. (10. Actiones ſunt vel ſimplices, vel duplices, ſive mixtæ. §. 7. *I. l.* 2. *D. de Interd.* ſimplices, *in quibus alius eſt Actor, alius Reus. l.* 37. §. 1. *b. t. d.* §. 7. *l.* 2. §. 3. *l.* 44. §. 4. *Fam. erc.* Duplices, *in quibus uterque eſt actor & reus*, id eſt, poteſtatem habet, prius vel ſerius ad judicium provocando, vel provocantem ſequendo, ſibi ſumendi perſonam & qualitatem Actoris aut Rei. v. *l.* 10. *Fin. reg. & l.* 62 *de Judic.* Nam, quoad onus probandi aliaque, pro actore habetur, qui prius ad judicium provocavit. *l.* 13. *D. de Jud. l.* 12. *de Except.* Utroque ſimul provocante, forte res dirimenda eſt. *l.* 14. *D. de Judic.* Scilicet quæſtio præjudicialis, quis debeat ſuſtinere perſonam actoris & onus probandi, non autem cauſa principalis. vid. ſupr. *tit. de Judic. th.* 38. *& tit. de Aleat. th. ult.*

73. (11. Actiones aliæ ſunt præparatoriæ, quæ aliis viam ſternunt, aliæ principales, quibus via ita ſternitur. Priorum exemplum eſt in actione ad exhibendum. *l.* 1. §. 3. *ad Exhib. l.* 44. *in f. de A. R. D.* Atque huc quoque referri poſſe videntur actiones præjudiciales, §. 13. *I. de Act. l. antepen. de Stat. hom.* Actiones, quarum cognitio præcedere debet, quæve aliis cauſis quandoque præjudicium adferunt, vel iis per accidens viam ſternunt, huc non pertinent. v. *l.* 54. *de Jud. l.* 16. *l.* 18. *de Except. l.* 5. *in f. de Her. Pet. l.* 7. §. 1. *de Injur.*

De Cumulatione actionum.

74. Cumulatio eſt. ***plurium Actionum, ſive unius, ſive plurium rerum nomine competentium, in eodem libello conjunctio & coacervatio.*** Dicitur *cumulatio*, ratione loquendi ſatis tritâ & notâ, quomodo & cumulus debiti, & patrimonii, & æris alieni, & legati dicitur. *l.* 8. *l.* 9. §. 1. *de Pact. l.* 3. §. 3 *Ubi pup. educ. l.* 4. *ad SC. Treb. l.* 2. §. 44. *ad SC. Tertull.*

75. Cumulatio autem actionum Jure Civili eſt prohibita. *l.* 76. §. 8. *de Leg.* 2. *l.* 34. §. 5. *eod. l.* 34. *de O. & A. l.* 16. *l.* 18. *de Except. & Præſcr.* Ratio prohibitionis eſt in *l.* 6. *de Except. rei jud.*

76. Nec obſtat, quod dicitur in *l.* 12. §. 1. *de Adq. poſſ.* junct. *l.* 18. §. 1. *de Vi & Vi arm. l.* 10. *C. de Jud. l.* 1. §. 4. *Quod legat. l.* 35. §. 1. *Loc. cond.* Nec quod plures exceptiones cumulare liceat. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 9. *D. de Except. l.* 43. *de R. J.* Ratio enim differentiæ in promtu eſt. v. *l.* 125. *de R. J. l.* 5. §. *ult. de Dol. Exc.*

77. Quæ

77. Quæ tamen regula limitanda eſt (1. Si dubium ſit, quânam actione, ex duabus pluribusve ſimul competentibus, ſit experiundum. *l.* 1. §. 4. *Quod legat.* v. *l.* 50. *de Contr. empt. l.* 2. *C. de Pact. int. empt. l.* 1. *Si menſ. falſ. Senec.* 2. *de Clem. c.* 3. *& de Benef.* 6. *c.* 5.

78. (2. Si plures actiones ex eodem facto, ſive contractu naſcantur. *l.* 35. §. 1. *Loc. cond. l.* 50. *de Contr. empt. l.* 2. *C. de Pact. int. Emt.*

79. Cumulatis modo, quo per leges licet, actionibus, Judex ſecundum actionem probatam pronunciat. *l.* 1. §. 4. *Quod legat. l.* 21. *de Reb. Cred.*

80. Eſt autem cumulatio Jure Canonico & Moribus permiſſa. *c. Paſtoralis* 5. & *c. Cum dilectus.* 6. *X. de Cauſ. poſſ. & Propr.*

De Concurſu Actionum.

81. Quæſtio de concurſu alia eſt à quæſtione de cumulatione actionum. Concurrere dicuntur actiones, quando plures eidem petitori, ex eâdem causâ, contra eundem reum competunt. Eſt autem concurſus vel *cumulativus*, vel *electivus*. Cumulativus, quando utraque actio concurrens cum effectu inſtitui poteſt. Electivus, quando actiones concurrunt quidem ad eandem rem petendam, ſed ita ut actor ex pluribus, ſimul competentibus, cogatur unam eligere, quâ ſuum perſequatur.

82. Atque hoc eſt, quod JCti volunt, dum ajunt: plures actiones ejusdem rei nomine competentes alteram conſumere, perimere, vitiare, exſtinguere alteram, easque inter ſe confundi, & miſceri. *l.* 34. §. *ult. l.* 18. *h. t. l.* 14. §. *pen. de*

 Exc.

Exc. rei jud. l. 13. *de Inſt. act. l.* 38. §. 1. *Pro Soc. l.* 71. *de Furt. l.* 130. *de R. J.*

83. Poſſe autem fieri, ut, unius negotii nomine, plures actiones competant, certum eſt, & patet ex *l.* 28. §. 6. *de Jurejur. l.* 13. *de Inſt. act. l.* 32. *l.* 53. *h. t. l.* 10. *de Act. empt. l.* 1. *l.* 7. §. *ult. l.* 8. *pr.* & §. 2. *l.* 9. *Arb. furt. cæſ.* junct. *l.* 16. §. 1. *Quod vi aut clam.* & *Paul.* 5. *Sent.* 20.

84. De concurſu electivo tenenda regula: *quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, unâ quis experiri debet*, ne bis idem petatur. *l.* 51. *in fin. de Re Jud. l.* 43. § 1. *l.* 57. *de R. J.* Quâ ſemel electâ, non datur regreſſus ad aliam. *l.* 9. §. 1. *de Tribut. act. l.* 4. §. *f. Quod cum eo qui in al. poteſt. l.* 34. § *ult. de O. & A. l.* 9. *Arb. furt. cæſ. l.* 54. §. 3. *de Furt. l.* 71. *eod.* ubi per actionem furti intelligenda eſt condictio furtiva. Sic, ex. gr., Rei vindicatio & Condictio furtiva, quæ ad eandem rem competunt, concurrere nequeunt, arg. *l.* 57. *de R. J.* ut nec plures actiones pœnales ex eodem delicto, ut actio injuriarum civilis, & extraordinaria, ſeu criminalis accuſatio. *l.* 6. *l.* 7. *de Injur. l.* 41. *de Pœn. l. pen.* §. *ult. Naut. caup. ſtab. l.* 56. §. 1. *de Furt.*

85. Fallit tamen hæc regula (1. Si actor, neſciens, ſe plures habere actiones, vel aliter deceptus, unam per ignorantiam inſtituerit. *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *D. Quod cum eo qui in al. pot.* licet enim ante ſententiam mutare libellum, & corrigere errorem in eo commiſſum. v. ſupra *tit. de Edendo. theſ.* 6. (2. Si in aliâ actione plus, in aliâ minus ſit. *l.* 28. *de Act. empt. l.* 47. *Pro Soc. l.* 1. *Arb. furt. cæſ. l.* 41. §. 1. *h.* Quo ſenſu intelligenda quoque eſt *l.* 34. §. *ult. h. t.* ſive cum Cujacio, Hottomanno, Roberto, aliisque

que expungamus particulam *non*, ſive ſtemus receptæ lectioni.

86. De concurſu cumulativo regula eſt: *quoties plures actiones ad diverſas res petendas competunt, omnes cum effectu inſtitui poſſunt, nec altera alteram conſumit. l. 6. de Except. rei Jud. §. ult. I. Si Quadr. paup. l. 12. §. 1. de Adq. poſſ. l. 32. l. 34. b. l. 9. §. 1. de Tribut. act. l. 57. de R. J.*

87. Nec alius ſenſus eſt regulæ *Legis* 130. *de R. J. Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eâdem re concurrentes, alia aliam conſumit.* Dicitur autem *præſertim*, quia frequentior eſt concurſus actionum pœnalium, quam actionum rei perſecutoriarum. vid. *tit. de Vi bon. rapt. & tit. Arb. furt. cæſ.*

88. De ceſſione actionum vide ſupra *Lib.* 18. *tit.* 4. *theſ.* 18. *& ſeqq.*

89. Actiones tolluntur & exſtinguuntur (1. Præſcriptione 30. vel 40. annorum, ſeu alio ſpatio temporis, actionibus finiendis præſtituto. *t. C. de Præſcr.* 30. vel 40. *ann.* vide ſupra *t. de Diverſ. temp. præſcr.* (2. Interitu rei, in ſpecie debitæ, ſine culpâ poſſeſſoris contingente. *l.* 23. *de V. O.* v. §. 3. *I. de Empt. vend.* (3. Renunciatione ſeu remiſſione. *l.* 14. §. 9. *de Ædil. Ed. l.* 98. §. 8. *de Solut.* (4. Sententiâ definitivâ. *t. D. de Re Jud. & t. D. de Except. rei jud.* (5. Aliquando morte Actoris, vel Rei, vel utriuſque. *v. tit. Inſt. de Perpet. & temp. act. t. C. de Heredit. action.* Præter modos hic enumeratos, actiones etiam quodammodo, effectum & executionem quod attinet, extinguuntur inopiâ debitoris. vid. *l. 6. de Dol. mal. tit. de Re Jud. tb.* 30. *tit. de Ceſſ. bon. Mart.* 2. *Epigr.* 3. Ita tamen ut in actionibus pœnalibus debitor, ſive reus, qui

qui non habet in ære, luere debeat in corpore, ſive in pelle; *l.* 1. §. *ult. de Pœn. l.* 7. §. 3. *de Juriſd. l. ult. de in Jus voc.*

DIGESTORUM

PARS SEPTIMA.

LIBER XLV.

TIT. I.

De Verborum Obligationibus. Cod. 8. 38.

1. Verborum obligatio eſt, *quæ, ad ſui perfectionem, præter conſenſum, requirit verborum conceptionem & ſolennitatem. pr. I. h. t. l.* 1. §. 7. *de O. & A.* Verborum obligatio eſt proprie, quæ oritur ex contractu verbis conſtante, ſed hic & alibi accipitur pro ipſo contractu, per metonymiam effectus pro cauſa. Ceterum verborum obligatio eſt genus, & ſub ſe continet ſtipulationem, dictionem dotis, & jusjurandum liberti.

2. Hæc contrahebatur (1. Jureſurando liberti. *l.* 7. *de Oper. lib. l.* 13. *de Accept.* junct. *l.* 8. §. 3. *eod. tit. l. ult. de Liber. cauſ.* (2. Dotis dictione. *Gaj. Inſt. lib.* 2. *tit.* 9. §. 2. 3. 4. *Ulp. in Fragm. tit.* 6. §. 1. 2. Quo modo intelligendæ leges, in quibus *dotis dictio*, vel (ut Tribonianus textus interpolavit) *datio*, refertur inter contractus. *l.* 25. *de R. J. l.* 65. *de Jud. l.* 47. §. *ult. de Pecul.* (3. Stipulatione; quæ ſola ſpecies, poſtquam

quam ſolennis dotis dictio & jusjurandum liberti nec neceſſaria, nec uſitata eſſe cœpiſſent, cum in uſu manſiſſet, ait Tribonianus, verbis obligationem contrahi ex interrogatione, & reſponſione. *pr. l. h. l. 1. §. 7. l. 52. §. 2. de O. & A.* Derivatur autem a *στιφω*, *firmo*, ſive eo, quod firmum eſt, vel a ſtipite, vel ſtipe, *pr. Inſt. h. t. l. 27. de V. S.* vel potius a ſtipula, quia veteres, quando aliquid promittebant ſibi, ſtipulam tenentes, eam frangebant in partes, quam iterum jungentes probabant contractum, hinc dicitur Gelrorum *Effeſtucatio*, id eſt, ſolennis transportatio. vid. *Frid a Sand. Comment de Effeſtuc. cum Not. Lamb. Goris*, poſt ejus *Adverſaria.* Diſſ. alii. vid. *Wiſſenb. ad h. t.*

3. Stipulatio eſt *contractus Juris Civilis, ſtricti Juris, nominatus, qui, præcedente interrogatione, & ſubſecutâ ſtatim congruâ reſponſione, perficitur, dandi aliquid vel faciendi causâ.*

4. *Contractus.* Diſſent. alii. vide *Wiſſenb. ad l. 19. de V. S.*

5. *Nominatus.* v. *l. 1. in f. de Pact. pr. I. h. l. 52. h.* Unde conſequitur, ſtipulationem per ſe, ſine aliâ causâ, valere, & producere obligationem ad agendum efficacem, nec exceptione cauſæ deficientis elidendam, arg. § *ult. I. Per quas perſ. nob. acq. oblig. l. 7. §. 12. de Pact. l. 2. §. ult. de Reb. Cred. l. 3 de Reſc. Vend. l. 17. & ſeq. de Evict. l. 6. C. ſi cert. Pet. l. 21. l. 108. h. t.* Diſſent. alii. ut Cujacius, Connanus, & Goveanus, per *l. 2. §. 3. de Dol. mal. & met. except. l. 25. de Probat. l. 31. de A. R. D. l. 3. D. de Cond. ſine causâ. v. Wiſſemb. ad. h. tit. Theſ. 2. Bockelm. Exercitation. de Actionib. pag. 236. & ſeq. & Vinn. ad pr. Inſt. h. t. n. 4. in fin.*

6. Sti-

6. *Stricti Juris.* v. *l. 99. h. l. 7. de Neg. geſt.* Ratio eſt, quia hic contractus ab una tantum parte eſt obligatorius. Exceptâ ſtipulatione de dote reſtituendâ. §. 29. *Inſt. de Action.* Hæc enim eſt bonæ fidei (1. ob favorem dotis, mulieris, & matrimonii. (2. Quia actio rei uxoriæ, in cujus locum ſucceſſit hæc actio ex ſtipulatu, olim fuit bonæ fidei.

7. Dixi: *Qui præcedente interrogatione, &c.* Verba olim oportebat eſſe non modò vivâ voce prolata, & intellecta, ſed & directa, civilia, & ſolemnia, eumque in finem concepta. §. 1. *I. l. 5. §. 1. h.*

8. Quam verborum ſolennitatem abrogavit Leo in *l. 10. C. h. t.* Sic tamen, ut ordo interrogationis, & reſponſionis, & verborum inter præſentes figura, in uſu manſerint. *d. §. 1. d. l. 10. §. 5. Inſt. de Inutil. ſtip.* nec differentia inter pactum & ſtipulationem ſublata ſit, nec ſtipulatio per ſcripturam inter præſentes ſine verbis fieri poſſit. *dd. ll.* Diff. alii. Sic ut ſtipulatio facta contra formam legibus præſcriptam ne naturalem quidem pariat actionem, ſecus ac juris eſt in acceptilatione, quæ inutiliter & contra formam Juris habet vim pacti de non petendo. vid. *l. 9. & l. 18. de Acceptil.* Ratio differentiæ eſt in *l. 47. de O. & A.*

9. *Et ſubſecutâ ſtatim congruâ reſponſione.* v. *l. 137. h. t.* Diverſitas enim interrogationis & reſponſionis vitiat ſtipulationem. §. 5. *I. de Inut. Stip. l. 83. §. 1. 3. 4. h. §. 17. I. de Inut. Stip. l. 1. §. 5. h.* Sic tamen ut impersonalis ſtipulatio, tam à parte promiſſoris, quam à parte ſtipulatoris, rata ſit. *l. 1. §. 2. h* arg. *d. §. 5. de Inut. Stip. l. 9. §. 5. de Interrog. l. 1. C. de Diverſ. reſcr. &*

Pragm.

Pragm. ſanct. Ratio eſt, quia imperſonalis reſponſio ſe refert ad præſentem interrogationem. Diff. alii per *Auth. ſi quando. C. de Conſtit. pec. l.* 38. §. 18. *b. t.* In *d. Auth. ſi quando*, agitur non de promiſſione & ſtipulatione, ſed de conſtituto, quod fit nudo pacto, ſine præcedente interrogatione, ſic ut imperſonalis promiſſio ibi deſtituatur, ad quam ſe referre poſſit. In *d. l.* 38. §. 18. autem agitur de promiſſione obſcura & ambigua, qualis non eſt ea, quæ imperſonaliter eſt concepta. vid. *l.* 80. *b. t. l.* 67. *de R. J. l.* 12. *de Reb. dub.* & *Bockelm. de Action. pag.* 244. & *ſeq.*

10. Diverſitatem ſummæ rogatæ & promiſſæ quod attinet, ut ſi ſtipulanti decem quinque promittas, vel contra, conſtat valere ſtipulationem ratione ſummæ concurrentis. *l.* 1. §. 4. 5. *b.* §. 5. *I. de Inut. ſtip.* arg. *l.* 9. *de In lit. Jur. l.* 9. §. 3 *de Hered. Inſt. l.* 110. *l.* 113. *de R. J. l.* 61. *de Jur. dot. l.* 33. *D. Mand. l.* 11. §. 1. *de Conſtit. pec.* Non obſtat *l.* 8. §. 7. *de Fidej.* v. *tit. de Fidejuſſ. theſ.* 14.

11. Dixi: *Dandi aliquid, vel faciendi. pr.* & §. *ult. J. l.* 2. *D. b.* Dare hic eſt dominium transferre. *l.* 75. *in f. b. t.* §. 14. *I. de Act.* Sicque *facto* opponitur, licet alioquin *faciendi* appellatione etiam *dare* contineatur *l.* 218. *de V. S. l.* 60. *de Cond.* & *Dem.* Faciendi verbo hic continetur & *non facere. l.* 121. *de R. J.* licet *faciendi*, & *non faciendi* obligatio differant. *l.* 75. §. 7. *b.* Sic faciendi ſtipulatio committitur elapſo tempore, quo factum potuiſſet & debuiſſet præſtari. *l.* 14. *l.* 72. *l.* 84. *b.* Non faciendi autem, cum aliquid factum eſt contra promiſſionem. *l.* 2. §. *pen. l.* 4. *D.* §. 4. *Inſt. b. t.*

12. Si-

12. Sive autem in faciendo, ſive in non faciendo conſiſtat obligatio, debitor, ſi factum præſtare nolit, præſtando id, quod actoris intereſt, liberatur, licet factum ſit in obligatione. *§. ult. I. l. 84. D. h. t. l. 13. de Re jud.* Non modò in factis meris, & ſimplicibus, quæ in nudis faciendi finibus conſiſtunt, ſed & in iis, quæ rei alicujus præſtationem, ut dominii, vel alterius juris, translationem continent. *d. l. 13. l. 72. l. 75. §. 7. h. v. l. 52. §. 1. h. l. 98. §. 6. de Solut. & ſupr. tit. de Action. emt. th. 9.*

13. Uſus & effectus ſtipulationis eſt (1. Quod pacta nuda confirmet, ut id, quod pactis promiſſum eſt, actione ex ſtipulatu peti poſſit. *l. 45. D. de Pact. l. 3. C. de Rer. perm.* (2. Quod in contractibus innominatis pœnitentiæ locum adimat, ſic ut is, qui alioqui, pœnitentiâ ductus, ob cauſam non ſecutam, à contractu recedere, vel à ſe data condicere poſſet, vi ſtipulationis, contractui innominato omninò ſtare teneatur. *l. 7. C. de Rer. Perm.* junct. *l. 12. C. de R. V. l. 6. l. 14. C. de Reſc. vend. l. 5. C. de O. & A.* (3. Quod ipſis contractibus nominatis, licet ſuâ naturâ ſatis efficacibus, majoris certitudinis, & firmitatis cauſâ, adjiciatur. *l. 3. §. 1. de Act. empt. l. 99. de V. O. l. 71. Pro ſoc. l. 88. de Solut.* (4. Quod ipſo Jure tollat obligationem civilem. *l. 27. §. 2. de Pact.* (5. Quòd producat actionem ex ſtipulatu, omnium actionum efficaciſſimam & validiſſimam. *v. princ. h. t.*

14. Stipulatio (1. eſt vel certa, unde condictio certi, vel incerta, unde actio ex ſtipulatu naſcitur. *pr. Inſt. h. t.* ubi *v. Vinn.* (2. Vel Pura, cui nec dies, nec conditio adjicitur, & unde id, quod debetur, ſtatim peti poteſt. *l. 41.*

§. 1.

§. 1. *h. t.* adhibito tamen aliquo temperamento: §. 2. *I. h. l.* 213. *de V. S. l.* 105. *de Solut. l.* 33. *de Uſur.* vel non Pura, quæ eſt concepta in diem, vel ſub conditione. *d.* §. 2. ubi v. *Vinn. l.* 38. §. 16. *h. t.*

15. Cetera ad hanc materiam, & naturam contractuum in univerſum pertinentia ex Inſtitutionibus, & Doctorum, ac præcipuè Arn. Vinnii ad eas Commentariis, ut & ex titulo *D. de Pact.* in memoriam revocanda ſunt. Moribus hodiernis ſtipulationes receptæ non ſunt, ſed obligant nos quævis conventiones, quibusvis verbis contractæ, etiam nutu, vel inter abſentes, per literas, aut internuncium, & quidem tam civiliter, quam naturaliter. *Cap.* 1. *et* 2. *X. de Pact. Cap.* 13. *X. de Fid. inſtrum.* vid. *Vinn. de Pact. Cap.* 7. *n.* 3. *et* 6. *Groenew. de Leg. abr. ad tit. Inſt. de V. O. et ad l.* 10. *C. de Pact. Voet. ad h. t. n.* 1.

TIT. II.

De Duobus reis ſtipulandi et promittendi. *Cod.* 8, 40.

1. Reus, veteri & tralatitio uſu Latini ſermonis, dictus à re, id eſt, lite, non debitorem tantum, ſeu eum, unde petitur, ſed & creditorem & actorem, imò, hoc amplius, & fidejuſſorem ſignificat. Cic. 2. *de Orat. Reos appello*, inquit, *non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur.* Feſtus: *Reus eſt, qui litem cum altero conteſtatam habet, ſeu is egit, ſeu cum eo actum eſt.* v. *l.* 5. *de V. O. l.* 13. §. 23. *de Act. emt. l.* 1. §. 9. *de Collat. honor.* Plures

 au-

autem rei debendi vel credendi recte dicuntur *correi*. vid. *l.* 2. §. 2. *de Liber. leg.* & participes ejusdem obligationis. *l.* 16. *de Acceptil.*

2. Hinc Rei ſtipulandi ſunt, *quibus, ſimul ſtipulantibus, eadem res, ab eodem in ſolidum promiſſa eſt, eâ mente, & lege, ut ſolida quidem ſingulis, ſed tamen omnibus una tantum debeatur. pr.* & §. 1. *I. l.* 2. (ubi pro *ſinguli in ſolidum debentur*: cum Haloandro leg. *ſingulis in ſolidum debetur.*) *l.* 3. *D. b.*

3. Unde conſequitur (1. Singulos non modo totum debitum exigere, ſed & acceptilatione, novatione, jurisjurandi delatione, vel relatione, debitorem ab obligatione liberare poſſe. *l.* 16. *de Acceptil. l.* 1. *C. b. l.* 2. *l.* 16. *D. b. l.* 31. §. 1. *de Novat. l.* 27. *l.* 28. *de Jurej. l.* 16. *de Leg.* 2. non tamen paciſcendo. *l.* 27. *pr. de Pact.* Nam paciſcendo unus alteri nullum facit præjudicium, quia in ſtipulationibus jus, in pactis factum verſatur. *l.* 27. §. 2. *de Pact.* per ſtipulationem, quæ fit novatione & acceptilatione, tollitur obligatio, idque ipſo jure, ſine reſpectu ad certam perſonam, ſed pactum eſt nuda conventio inter duos, quæ nullum producit effectum juris, niſi quatenus ab eo, qui pactus eſt, in judicium deducitur. vid. *Wiſſenb. ad h. t. Huber. in Prælect. ad Inſt. h. t.*

4. (2. Si duo ſimul exigant, reum promittendi poſſe ſolvere, cui velit. *dd. ll.*

5. (3. Eum, cui integrum debitum ſolutum eſt, non poſſe à correo ſtipulandi cogi ad collationem. v. *l.* 62. *ad L. Falc.*

6. Niſi (1. ſocii, vel (2. aliud pacti ſint. v. *d. l.* 62. *l.* 3. *de Reb. cr. l.* 2. *C. h.*

7. Rei promittendi ſunt, *qui ſinguli eidem ſti-*

pu-

pulanti eandem rem, eâ mente ſimul promittunt; ut ſolidam quidem ſinguli, ſed omnes unam tantum debeant; ſive eodem, ſive diverſo genere obligationis. §. 2. *I. l.* 7. *D. b.* Obligatio hoc modo contrahi ſolet in utilitatem & commoditatem creditoris ad evitandam moleſtiam ſcindendi obligationem & actionem in partes, & ne creditor deſtringatur in plures adverſarios. *l.* 3. *Fam. erc. l. ult. pr. & in fin. Rem pup. ſalv. for. l.* 27. §. *ult. de Pecul.* Debent autem uno eodemque tempore & continuo actu promittere, ita tamen, ut correi debendi etiam ex intervallo conſtitui poſſint, ſi id nominatim & expresſe agatur. vid. *l.* 12. junct. *l.* 3. *b. t. Voet. ad b. t. n.* 1. In *d. l.* 12. autem pro *prolutus*: leg. *Proculus*, ſcilicet JCtus.

8. Unde ſinguli in ſolidum conveniri poſſunt. *l.* 2. *l.* 3. *b.*

9. Nec habent beneficium diviſionis. *d. l.* 62. Niſi (1. Socii. *d. l.* 62. *ad L. Falc.* vel (2. aliud pacti ſint. *d. l.* 2. *C. b.* vel (3. mutuâ fidejusſione interceſſerint; quo ſenſu accipienda eſt *Auth. Hoc ita. C. b. t. & Nov.* 99. *c.* 1. quâ derogatur *legi* 11. *D. b. t.* Moribus tamen hodiernis communis fere DD. opinio eſt, reos promittendi ſingulos non teneri in ſolidum, niſi id actum ſit, vel ſaltem eos gaudere beneficio diviſionis, pariter ut fidejuſſores, licet pro ſe invicem non fidejuſſerint.

10. Unius ſolutio & pactum alteri prodeſt. *v. l.* 21. *in f. l.* 25. *D. de Pact. l.* 8. §. 1. *de Leg.* 1. Licet pactum unius correi credendi de non petendo alteri non noceat.

11. Ceterum non tantum ſtipulatione, ſed & aliis contractibus, quin & teſtamento, & de-

licto, duo pluresve rei credendi, & debendi conſtitui poſſunt & ſolent. *l.* 9. *D. h. l.* 5. *l.* 9. *C. Si cert. petat. l.* 5 §. *ult. Commod. l.* 22. *Depoſ. d. l.* 8. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 16. *de Legat.* 2. Ita ut vel omnes & ſinguli delinquentes teneantur in ſolidum, vel unius ſolutio reliquos liberet, prout actio, ex delicto nata, eſt vel pœnalis, vel rei perſecutoria. *vid. l.* 8. *de Juriſd. l.* 11. §. 2. & 4. *ad L. Aquil. l.* 1. *C. de Cond. furt.*

TIT. III.

De Stipulatione Servorum.

1. De ſtipulatione ſervorum quid juris ſit, quantum ad intelligendum jus Vetus ſufficit, repetatur ex Inſtitutionibus.

2. Quæſitum eſt, an ſervus hereditatis jacentis ſtipulari poſſit? Id quod cum Gajo affirmandum, ſi ſervus ſimpliciter heredi futuro ſtipuletur; *l.* 28. §. *ult. h.* negandum autem cum Paulo, ſi nominatim, ſeu expreſſo nomine, heredi futuro ſtipuletur. *l.* 16. *h. t.*

D I-

DIGESTORUM

LIBER XLVI.

TIT. I.

De Fidejuſſoribus & Mandatoribus.
Cod. 8. 41.

1. Fidejuſſio eſt *ſtipulatio, quâ quis pro alieno debito, in ſecuritatem creditoris, fidem ſuam interponit.*

2. Fidejuſſor eſt, *qui, citra novationem, pro alio, ex quâvis causâ obligato, ſtipulatione ſe obligat, ut creditori magis cautum ſit, Reo principali manente obligato.*

3. Dicitur *Fidejuſſor:* Quia fide, & periculo ſuo ſuadet jubetque, ut id, de quo agitur, fiat. *l.* 24. *b. l.* 1. §. 8. *de O. & A.* Unde Donato *Auctor credendi* dicitur, v. *l.* 4. *D. de Evict.* & JCtis noſtris, Adpromiſſor. *l.* 64. §. 4. *Solut. mat. l.* 43. *de Solutionib. l.* 5. §. 2. *de V. O.* Interceſſor. *l.* 20. *l.* 21. *C. b. l.* 23. *D. de Her. vend.* Reus. *l.* 13. §. 23. *de Act. empt.* Sponſor. *Cic.* 7. *Fam. Ep.* 5. Vadis, ſeu Vas. v. *l. ult.* §. 1. *C. de Caſtrenſian. & Miniſterian.* (XII. 26.) Præs. v. *l.* 6. §. 7. *Comm. divid.* Vades autem propriè dicebantur in cauſis criminalibus, & capitalibus, Prædes verò in civilibus & pecuniariis cauſis, veluti in conductione vectigalium. v. *Feſtum, & Auſon. in Monoſyllab. Idyll.* 12. *& Inſcript. l.* 54. *D. de Jur. dot. Suet. in Claud. c.* 9. ubi *Interpr.*

4. *Citra novationem:* Alius enim eſt ab ex-

promiſſore, qui, per novationem liberato reo principali, alienam obligationem totam in ſe ſuſcipit. *l.* 4. *de Condict. cauſ. dat. l. ult. de SC. Mac. l.* 37. §. 4. *de Op. lib. l.* 53. *de Contr. Emt.* Hinc dicitur Reus pro alio datus. *l.* 5. §. 7. *de Jur. dot. l.* 1. §. 9. *de Collat. bon. l.* 13. §. 23. *de Action. emt.* & ſolus convenitur. *d. l.* 4. *l.* 10. *de Pign. act.*

5 Quanquam aliquando, populari uſu loquendi, fidejuſſor dicatur *expromiſſor*. §. 41. *I. de R. D. l.* 4. §. 3. *de Rejud.* Ut & fidejuſſor ſumitur pro expromiſſore. *l.* 30. §. 1. *de Pact.*

6. Dixi: *ſtipulatione*. v. §. *ult. I. h. l.* 5. §. 2. *de V. O. l.* 12. *C. h. l.* 32. *in f. Mand.* Soli fidejuſſores tutorum etiam ſine vinculo ſtipulationis obligantur. *l.* 4. §. *ult. de Fidej. tutor.*

7. Stipulatio diſtinguit fidejuſſorem à conſtitutæ pecuniæ reo. §. 9. *I. de Act.* Vide ſupra *tit. de Pec. Conſt.* Hodie inter fidejuſſorem & conſtitutæ pecuniæ reum, qui pro alio ſe ſoluturum promiſit, nulla vel minima ſupereſt differentia. Et à mandatore. §. 6. *I. Mand. d. l.* 32. *in f. Mand.* Mandator enim eſt, qui ſine ſtipulatione mandat, ut alteri credatur. *d. l.* 32. & in eo, quod fidejuſſor & præcedere obligationem & ſequi poteſt, mandator autem obligationem præcedit, & mandator ſuo nomine tenetur. *l.* 12. §. 14. *Mand.*

8. *Ex quavis cauſâ. l.* 1. *h.* etiam obligationis naturalis. §. 1. *I. l.* 6. *l.* 8. §. *ult. l.* 16. §. 3. *h.* ut & ex delicto, *l.* 8. §. 5. *l.* 56. §. 3. *h. t. l.* 70. *in f. h.* ſi vel pœna pecuniaria, vel cautio *judicio ſiſti* petatur. *l.* 2. *l.* 3. *de Cuſt. & Exh. l.* 6. §. 3. *C. de App.* non ſi ad pœnam corporis vel exiſtimationis agatur. Ratio eſt in *l.* 16. *D.*

l. 22. *C. de Pœn. l.* 13. *D. ad L. Aq.* Quanquam exempla non deſint in hiſtoriâ. *Cic.* 3. *Offic. c.* 10. & 2. *de Finib. Val. Max.* 4. *c.* 7. Nec in obligatione merè civili minus plena *l.* 37. *b. l.* 112. *de R. J.* arg. *l.* 3. §. 1. *de Pec. conſt.*

9. Nec pro mariti obligatione de dote reſtituendâ *t. t. C. Ne fidej. dot. dent. l.* 7. *de Except.* Ratio eſt in *l.* 2. *d. t.* & *l.* 17. *in f. de Teſtam. tut. l.* 8. *C. de Pact. conv.* Adeo, ut nec maritus cogatur fidejuſſorem dare, nec fidejuſſor ſponte datus obligetur civiliter & cum effectu. vid. ſupr. *tit. de Pact. dot. th.* 3. & *Wiſſenb. ad b. t. th.* 2. De dote autem promiſſa ſolvenda, vel danda, recte conſtituitur fidejuſſor. *l.* 5. § 6. & 7. *l.* 55. *de Jur. dot.* Ut & de dote reſtituenda, ſi ſoluto matrimonio mulieri præſtetur hæc ſatisdatio. *l.* 24. §. 2. *Sol. matr. l.* 7. *de Except.* Nec in cauſis popularibus. *d. l.* 56. §. *ult. b.* Quatenus actor in illis ante litem conteſtatam non poteſt exigere fidejuſſorem, pœnæ pecuniariæ ſolvendæ nomine, quia ante litem conteſtatam non eſt creditor, nec actio popularis eſt in bonis ejus. vid. *l.* 12. *de V. S.* & *l.* 5. *de Act. pop.*

10. *Obligato.* Vel obligando: nam ut præſenti, ita & futuræ obligationi rectè accedit. *l.* 57. *de Jud.* §. 3. *l. l.* 6 §. *ult. D. b.* v. tamen *l.* 57. *D. b. t. l.* 35. *de Judic.* ex qua conſtat, fidejuſſoris obligationem interim eſſe in ſuſpenſo, nec eum ante convenire poſſe, quam reus debeat. vid. *Vinn. ad* §. 3. *Inſt. b. t.*

11. *Ut creditori magis cautum ſit. l.* 1. §. 8. *de O. & A.* Unde creditor recuſare poteſt fidejuſſores minus idoneos. *l.* 2. *pr. Qui ſat. cog.* Non autem rejicere ſemel acceptos. *l.* 3. *D. b. l.*

h. l. 10. §. 1. *Qui ſat. cog.*

12. Niſi poſteà facultatibus labantur; tum enim, causâ cognitâ, in quibusdam caſibus, ex integro ſatisdandum eſt. *d. l.* 10. *l.* 4. *de Præt. ſtipul. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *Ut in poſſ. legat.* Scilicet, in quibus cautio fidejuſſoria præſtanda eſt, cogente legis neceſſitate, qualis eſt cautio legatorum & fidejuſſorum.

13. Non tamen id agi poteſt, ut re, tempore, loco, vel causâ plus debeat fidejuſſor, quam reus principalis. *l.* 8. §. 7. *D. d.* §. 5. *I. b. l.* 4. *de Comp.*

14. Ita tamen ut, ſi certum & exploratum ſit, pro quâ obligatione fidem ſuam obſtrinxerit, obligetur in ſummam concurrentem. *l.* 1. §. 4. *de V O. l.* 33. *Mand. l.* 11. §. 1. *de Conſt. pec. l.* 22. *C. h. t.* v. *tit. de Verb. oblig. theſ.* 11. Sin minus, *omnino non*, id eſt, ne quidem in ſummam concurrentem obligatur: quia in diverſam obligationem acceptus videtur. *d. l.* 8. §. 7. 8. *l.* 42. *h. t. l.* 70 §. 2. *h. t.* Ratio eſt, quia utile per inutile vitiari non debet. *l.* 1. §. 5. *de V. O.* §. 2. *Inſt. l.* 34. *pr. C. de Donat. l.* 20. *l.* 29. *de Uſur.* vid. *Voet. ad h. t. n.* 4. *& Huber. Præl. ad Inſt. n.* 4. Diff. alii, ut *Vinn. ad* §. 2. *Inſt. h. t. Wiſſenb. ad h. t. th.* 10. Qui tamen conſentiunt, uſu fori fidejuſſorem, in ampliorem ſummam obligatum, teneri in ſummam concurrentem, ſive in quantitatem a reo promiſſam.

15. Planè in cauſam leviorem accipi poteſt. *d. l.* 1. §. 4. *l.* 83. §. 3. *de V. O.* Sed & efficacius, ac fortiore vinculo, quam reus principalis, obſtringi poteſt, veluti ſi accedat obligationi naturali. *l.* 127. *eod. l.* 95 §. 4. *de Solut. l.* 6. §. *ult. l.* 7. *l.* 25. *l.* 60. *h. t.*

16. Fi-

16. Fidejubere poſſunt omnes, qui obligari & conveniri, etiam filiusfamilias. *l.* 39. *de O. & A. l.* 3. *l.* 10. §. 2. *D. l.* 8. *C. h.* & ſervus, ex quibus cauſis de peculio actio datur. *d. l.* 3. *l.* 19. *h.*

17. Prohibentur omnes, qui ob animi corporisve vitium, nec conſentire, nec ex conſenſu obligari, nec ſtipulari poſſunt, nec ad ſtipulationem reſpondere. *l.* 70. §. 4. *h.* §. 7. 8. 9. 11. *de Inut. ſtip.*

18. Non rectè intercedunt mulieres, *l.* 3 *h. t. t. D. & C. de SC. Vell. Sand.* 3. *Deciſ.* 10. 1. minores & milites. vide *l.* 1. §. 1. *Qui ſat. cog. l.* 31. *C. de Loc. cond.*

19. Præſtatur fidejuſſio pro omnibus debitoribus, quocunque modo efficaciter obligatis, *l.* 3. *l.* 37. *l.* 47. *l.* 25. *h. t.* junct. *l.* 6. *de V. O.*

20. Effectus fidejuſſionis eſt (1. Quod fidejuſſor à creditore, condictione certi, vel actione ex ſtipulatu, conveniri poſſit. §. 1. *Inſt. de V. O.* olim quidem etiam ante reum principalem; *l.* 3. *l.* 5. *C. h. t.* (vide tamen *l.* 3. §. *ult. D. de Adminiſt. rer. ad civitat. pert. & Quintil. Declam.* 273. ex qua lege apparet, etiam Jure veteri beneficium ordinis competiiſſe fidejuſſoribus, pro magiſtratu, ſive adminiſtratore rerum ad civitatem pertinentium intercedentibus; in aliis caſibus debitorem convenire ante fidejuſſorem non erat juris & neceſſitatis, ſed humanitatis & æquitatis; vid. *Noodt. ad l.* 4. *D. de Agn. lib.*) Jure novo non niſi poſt reum principalem excuſſum, *Nov.* 4. *c.* 1. (2. Quod, exemplo aliarum obligationum & contractuum, etiam heredem relinquat obligatum. §. 2. *I. l.* 4. §. 1. *l.* 24. *C. h. t.* §. 1. *I. de Perp. & temp. act. l.* 9. *de Probat. l.* 12. *l.* 49. *de O. & A. l.* 13. *C.*

de Contr. & comm. ſtipul. (3. Quod fidejuſſor id, quod pro debitore ſolvit, vel mandati, vel negotiorum geſtorum actione, repetere poſſit. §. *6. I. l. 6.* §. *2. l. 18. l. 20.* §. *1. D. l. 6. C. Mand.* (4. Quod unus ex pluribus fidejuſſoribus, qui totum debitum ſolvit, ad partem ſoluti repetendam, nullam habeat actionem contra confidejuſſores. *l. 36. l. 39. h.*

21. Contra hos effectus, & pericula fidejuſſionis, proſpectum eſt fidejuſſoribus per beneficia. 1. Ordinis, ſeu, quod idem eſt, Excuſſionis. 2. Diviſionis. 3. Cedendarum actionum.

22. Beneficium ordinis eſt *jus*, à Juſtiniano introductum, *quo oppoſito, nullus fidejuſſor, cum effectu, conveniri poteſt, antequam debitor principalis ſit excuſſus. Nov. 4. c. 1. Auth. Præſente. C. h. t.* Ceſſat hoc Beneficium (1. Si Reus principalis procul abſens, & fidejuſſor præſens ſit. (2. Si conſtet, debitorem non eſſe ſolvendo. *d. Nov. 4. c. 1.* (3. Si quis fidejuſſerit pro debitore, quem ſciebat tantum naturaliter eſſe obligatum, arg. *l. 32. D. de Pact. & l. 25. h. t.* (4. In cautione fidejuſſoria, *judicio ſiſti*, & *judicatum ſolvi*; ut judicium ratum ſit, nec eluſorium fiat. arg. *l. 1. D. de Stipulat. præt. l. 2. D. Si quis caut. l. 75. de Judic. l. ult. D. Ne quid in loc. publ.* (5. Si fidejuſſor negaverit, ſe fidejuſſiſſe, arg. *l. 10.* §. *1. h. t.* (6. Si fidejuſſor impediverit, quo minus debitor principalis excuteretur, arg. *l. 203. de R. J.* (7. Si huic beneficio renunciaverit. *l. pen. C. de Pact.* Quo tamen caſu poteſt petere, ut creditor ſibi cedat actionem, vel ut ſumptibus ſuis, (id eſt, ipſius fidejuſſoris) conveniat, & excutiat debitorem principalem. *l. 22.* §. *2. D. Mand.* (8. Si non ſit oppoſita ante li-

litem conteſtatam. Eſt enim exceptio dilatoria. *v. l. pen. & l. ult. C. de Except.*

23. Beneficium diviſionis, ſive epiſtolæ Divi Hadriani, eſt *jus, quo oppoſito, creditor unum ex pluribus fidejuſſoribus, qui, tempore litis conteſtatæ, ſolvendo ſunt, non niſi pro ratâ, ſive virili portione, convenire poteſt.* §. 4. *l. l.* 20. *l.* 27. *l.* 28. *D. h. t.* Epiſtola Divi Hadriani eſt fortaſſe Antonini Pii, qui nomine patris adoptivi Hadriani ſæpe vocatur Hadrianus. *l.* 49. §. 1. *in fin. h. t.* junct. *l.* 37. *de Judic. l.* 5. §. 2. *ad L. Jul. de Vi Publ.* §. 2. *Inſt. de SC. Tert.* ubi vid. *Vinn.* In *d. l.* 49. §. 1. autem pro *ſeverior*, leg. *ſed verior.*

24. Hoc Beneficium ceſſat (1. Si ei renunciatum ſit. *l. pen. C. de Pact.* (2. Si fidejuſſor, ſe ſolidum ſoluturum, promiſerit, vel unus pro omnibus ſe in ſolidum obligaverit, non autem ſi ſe ſimpliciter obligaverit in ſolidum. *l.* 3. *C. h. t.* (3. Si in judicio per mendacium negaverit, ſe fidejuſſiſſe. *l.* 10. §. 1. *h. t.* (4. Si unà cum muliere interceſſerit. *l.* 48. *h. t.* tunc enim, ſubductâ perſona mulieris, is, qui cum muliere interceſſit, tenetur in ſolidum. vid. *Sand.* 3. *Deciſ.* 10. 2. (5. Si minor, qui, poſt alium fidejuſſorem, interceſſerat, contra fidejuſſionem in integrum reſtitutus ſit. *d. l.* 48. §. 1. *h. t.* (6. Si fidejuſſor pro tutore caverit, rem pupilli ſalvam fore. *l. ult. D. Rem pup. ſalvam fore.* junct. *l.* 6. *D. de Fidejuſſorib. & nominator. tutor.* (7. Si fidejuſſor jam ſolidum ſolverit. *l.* 49. §. 1. *h. t.* arg. *l.* 8. *& l.* 9. *D. de Cond. indeb.* (8. Si hæc exceptio non ſit oppoſita ante ſententiam. *l.* 10. §. 1. *C. h. t.* (9. Si quidam ante litem conteſtatam deſierint eſſe ſolvendo; hoc enim reliquos onerat. §. 4. *I. l.* 51. §. 1. *& pen. h. t.* (10. Inter

ter fidejuſſorem primum, & eum, quem is iterum pro ſe fidejuſſorem dedit: quia hi non ſunt confidejuſſores. *l.* 27. §. 1. 4. *h. t.*

25. Si tamen creditor his, aliisque caſibus, à ſingulis fidejuſſoribus partes petierit, videtur ultrò actionem ſuam diviſiſſe. *l.* 16. *C. h. t.* non autem ſi ab uno, vel altero tantum partem petierit. *l.* 23. *C. h. t.*

26. Beneficium ceſſionis, ſive cedendarum actionum, eſt *jus, quo creditor, unum fidejuſſorem in ſolidum conveniens, ei cogitur cedere ſuam actionem contra reliquos fidejuſſores, vel contra debitorem principalem, antequam ſolvere teneatur.* v. *l.* 17. *l.* 36. *l.* 39. *h. t.* Ceterum exceptio ceſſionis, ſive cedendarum actionum etiam poſt ſententiam opponi poteſt ad impediendam executionem.

27. Hoc beneficium competit fidejuſſoribus, qui beneficio diviſionis noluerunt, vel non potuerunt uti; veluti ſi ei renunciaverint. Sine ceſſione, fidejuſſori contra fidejuſſorem nulla competit actio. v. *d. l.* 39. *D. l.* 11. *& l.* 16. *C. h. t.*

28. Actio non ſolet regulariter cedi contra ipſum debitorem principalem: quia contra eum ſufficit actio mandati, vel negotiorum geſtorum. §. 6. *l. h. t. l.* 6. §. 2. *l.* 10. §. 11. *l.* 20. §. 1. *D. Mand.* Niſi quis intercesserit animo donandi, vel pro invito. *d. l.* 6 §. 2. *l.* 40. *D. Mand. l.* 32. *D. de Pact. l. ult. C. de Negot. geſt.* vel actio, creditori contra debitorem competens, ſit utilior, veluti ſi conjunctam habeat hypothecam. *l.* 13. *D. l.* 2. *C. h. t. Nov.* 4. *c.* 1. *inf.*

29. Ceſſio autem actionis fieri debet ante ſolutionem, vel in ipſo actu ſolutionis, vel etiam poſt ſolutionem, ſi pacto convenerit de actio-

ne,

, poſt ſolutionem peractam, cedendâ. *l.* 36. *l.* 11. *C. h. t. l.* 76. *D. de Solut.*

30. Ceſſat hoc beneficium, ſi creditori contra debitorem nulla ſit actio, quæ cedi poſſit; uti ſi fidejuſſor intercesſerit pro debitore naturaliter tantum obligato. Ut & ſi ei renunciatum ſit; quod tamen fieri non ſolet, niſi quando hoc beneficium creditoribus aliquod adfert præjudicium. v. *l.* 2. *C. h. t. Sandii Deciſion.* . 3. *tit.* 10. *Defin.* 6.

31. Fidejuſſor, antequam ſolverit, nullam habet actionem contra debitorem, ut à fidejuſſione liberetur, niſi quinque caſibus, quos vide *l.* 38. §. 1. *D. l.* 10. *C. Mand.* & *l.* 45. §. 2. *eod. tit.* Scilicet (1. Si debitor diu in ſolutione ceſſaverit. (2. Si bona ſua diſſipet. (3. Si Fidejuſſor jam ad ſolvendum condemnatus ſit. (4. Si Fidejuſſor jam ab initio intercesſerit ea conditione, ut debitorem etiam ante ſolutionem convenire poſſet (5. Si Fidejuſſor, dum negotia debitoris gerit, creditori, vel creditoribus ſe ſoluturum promiſerit, quatenus tunc agere poteſt. Ceterum per voculam *diu* in *d. l.* 38. *Sand.* intelligendum videtur biennium, arg. *l.* 54. & *l.* 56. *Loc. Cond.* vel, ut alii volunt, decennium. vid. *Sand.* 3. *Deciſ.* 10. 7. & *Huber. in Præl. Inſt. ad h. t. n.* 11.

32. Caſus, quibus evaneſcit, & exſtinguitur fidejuſſio, vide apud clariſſ. Voet *in Commentar. ad h. t. num.* 36. & *ſeqq.*

TIT.

TIT. II.

De Novationibus & Delegationibus.

Cod. 8. 42.

1. Novatio eſt *prioris debiti in aliam, ſive civilem, ſive naturalem, obligationem transfuſio, ſive translatio.* *l.* 1. *h.* §. 3. *I. Quib. mod. toll. obl. l.* 17. *de Cond. furt.*

2. Eſt vel voluntaria, vel neceſſaria. *l.* 11. §. 1. *l.* 18. *D. h.*

3. Voluntaria eſt, *quæ fit liberâ partium conventione per ſtipulationem.* *l.* 1. §. 2. *l.* 2. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. *h. t.*

4. Hæc eſt vel novatio in ſpecie dicta, vel delegatio. Novatio in ſpecie dicta eſt, *quæ fit, cum priori obligationi novi quid accedit, citra novam perſonam, inter eos, quos inter prior obligatio fuerat contracta.* Hæc Jure novo non præſumitur, ſed expreſsè probanda eſt. *l. ult. C. h. t.* §. 3. *Inſt. Quib. mod. toll. obl.* Hinc novationis ſpeciem non eſſe conſequitur, (1. Confectio novi inſtrumenti ſuper eodem debito. (2. Nec ſtipulatio pœnæ pecuniariæ in obligatione aliquid faciendi. §. *ult. Inſt. de V. O. l.* 115. §. *ult. de V. O. l.* 10. §. 1. *de Pact.* (3. Nec jusjurandum. vid. ſupr. *tit. de Jurej. th.* 18. (4. Nec Conſtitutum. vid. ſupr. *tit. de Pec. Conſt. th.* 15. (5. Nec prorogatio termini ſolutionis. Ceterum moribus hodiernis verius videtur, novationem ex probabilibus & veriſimilibus circumſtantiis præſumi poſſe eodem modo, ut jure Romano; vid. *Voet. ad h. t*

5. Novari poſſunt obligationes non tantum mix-

xtæ, ſed & vel naturales, vel civiles tantum.
1. §. 1. *h.*
6. Novare poſſunt omnes, qui non prohi-
ntur. *l.* 1. §. 1. *h.* v. *l.* 10. *l.* 20. §. 1.
21. *l. ult.* §. 1. *D. h. l.* 23. *eod. l.* 27. *de Pact.*
7. Effectus voluntariæ novationis eſt, quod
lor obligatio, cum omnibus acceſſionibus, ut
uris, fidejuſſoribus, pignoribus, ipſo jure
llatur. *l.* 15. *l.* 18. *l.* 29. *D. h.*
8. Delegatio eſt *ſpecies novationis voluntariæ,
á debitor ſuum debitorem creditori in locum
um ſubſtituit, & ipſe debitor delegatus credito-
ſtipulanti expromittit.* Sive: *Novatio, facta in-
rveniente nova perſona, cum quis vice ſua alium
bitorem dat creditori ſuo, vel ei, cui credi-
r juſſerit. l.* 11. *D. h. l.* 1. *l.* 6. *C. h.* t.
9. Fit autem delegatio vel per ſtipulationem,
l per litis conteſtationem. *d. l.* 11. §. 1. (Sci-
cet, cum is, cui actionem meam ceſſi, litem
nteſtatur meo nomine cum meo debitore)
el ſcriptura, vel nutu, vel alia ſimili ratione.
17. *h. t.* Quatenus ſcilicet delegatio fit per
odum mandati inter debitorem & debitorem
ebitoris, nam inter debitorem & creditorem
ebitoris delegantis non fit delegatio, niſi per
ipulationem.
10. Differt à delegatione ſimplex mandatum,
uo debitor mandat ſuo debitori, ut creditori
io ſolvat. *l.* 21. *h.* Quod fit, nulla inter
ebitorem & creditorem mandantis interpoſita
ipulatione, per modum aſſignationis, quæ
on tollit obligationem, nec habet vim novatio-
is; aut ſolutionis, unde vulgo dicitur: *Aſſig-
atio non eſt ſolutio.* Ut & ceſſio actionis a debi-
ore, ſuo creditori, contra debitorem ſuum,
fa-

facta. *l.* 1. *l.* 3. *C. h.* Hæc enim etiam invito debitore cedentis fieri poteſt, nec tollit obligationem. *l.* 1. *l.* 4. *C. h. t. l.* 55. *de Proc.*

11. Effectus delegationis eſt, quod tollat obligationem, & debitor delegatus, utpote expromiſſor factus, ſolus conveniatur, licet ſolvendo non ſit. *l.* 26. §. 2. *D. Mand. l.* 3. *in f. C. h. t.* Niſi aliud pactum conventum ſit. *l.* 45. §. *pen.* & *ult. Mand.* vel debitor prior dolo malo affirmaverit, debitorem ſuum delegatum eſſe ſolvendo. *l.* 7. §. *ult. l.* 8. *l.* 25. *l.* 28. *D. de Dolo malo.*

12. Novatio neceſſaria eſt, *quæ fit per litis conteſtationem inter actorem & reum. l.* 3. §. 11. *de Pecul.*

13. Cujus longè alius, quam voluntariæ effectus eſt: nam per hanc tantum abeſt, ut obligatio, & pignora, uſuræ, fidejuſſores tollantur, ut potius conditionem noſtram plerumque faciamus meliorem. *l.* 35. *de Uſuc. l.* 29. *h. l* 86. *l.* 87. *l.* 139. *de R. J. l.* 2. *C. de Judic.* ſupr. *tit. de Jud. th.* 43. Nam nec ſiſtitur curſus uſurarum, nec tollitur obligatio pignorum, aut fidejuſſorum, arg. *l.* 11. *de Pign. act.* In *d. l.* 86. dicitur *plerumque*, quia hæc regula non eſt omni exceptione major, nec conditio ejus, qui litem conteſtatus eſt, per omnia fit melior. *l.* 22. *de Judic. Auth. Et conſequenter, C. de Sentent.* & *Interl. Wiſſenb.* & *Bronkh. ad. l.* 86. *de R. J.*

TIT. III.

De Solutionibus, & Liberationibus. Cod. 8. 43.

1. Solutio eſt *naturalis præſtatio ejus, quod debetur*, ad differentiam acceptilationis, quæ

uæ eſt præſtatio ficta & imaginaria. *pr. Inſt. Quib. mod. toll. obl. l. 49. l. 52. b. l. 176. de V. S.*

2. Dixi: *Ejus, quod debetur.* Quia aliud pro io invito creditori ſolvi non poteſt. *l. 2. §. 1. e Reb. cred. princ. l. Quib. mod. toll. l. 16. l. 17. . b. l. 9. C. de Reſc. vend.* Cujus Regulæ exceptiones vide in *l. 13. in f. de Re Jud. §. 4. Inſt. e Legat. t. Inſt. & D. de Nox. act. Auth. Hoc iſi. C. h. t.* Scilicet hæc regula fallit. (1. In bligatione faciendi: (2. in legato rei alienæ. 3. In noxalibus actionibus. *l. 6. §. 1. de R. J.* 4. Quando ex patrimonio debitoris non repetur pecunia, nec eam aliunde mutuam accipere poteſt, tunc enim creditor tenetur in ſolutum accipere res debitoris æſtimatas, quod men Jure novo non habet locum in herede ebitoris, niſi hereditatem adiverit. vid. *Auth. Hoc niſi. C. h. t.* Plura de hac quæſtione vid. pud *Bronkh. Cent. 4. Enant. aſſert. 65. & Cent. 2. aſſert. 20.*

3. Ex eodem principio conſequitur, ſolutionem, invito creditore, non poſſe fieri per partes. *l. 41. §. 1. de Uſur. l. 19. de Pignor. & Hypoth. l. 3. l. 25. §. 13. Fam. erc. l. 6. l. 16. C. de Diſtr. pign.* Exceptiones vide in *l. 21. de Reb. cred. & l. 2. §. ult. l. 3. Fam. erc. l. 2. C. de Her. act. l. 4. de Statulib. & l. 4. C. de Collat. fund. patrim.* (XI. 64.) Scilicet hæc Regula fallit. 1. Si pars debiti ſit liquida, pars illiquida. 2. Si unus ex pluribus debitoris heredibus ſolvat ſuam portionem hereditariam. *l. 2. l. 3. D. l. 6. C. Fam. erc.* (3. Si ſervus ſolvat partem ex eo, quod heredi dare juſſus eſt pro manumiſſione. *d. l. 4. §. 6. de Stat. lib.* (4. In penſionibus emphyteuticariis, ſive tributariis,

quæ ſolvuntur pro fundis patrimonialibus, quæ poſſunt ſingulis annis per tres penſiones, ſive terminos ſolvi. *d. l.* 4. *C. de Collat. fund. patrim.* Præterea fallit hæc regula (5. In caſu, quo unus ex pluribus fidejuſſoribus opponit exceptionem diviſionis, quando reliqui ſint ſolvendo. *l.* 26. *de Fidej.*

4. Solvere, & vinculum obligationis per ſolutionem tollere poſſunt omnes debitores, liberam rerum adminiſtrationem habentes. §. *ult. Inſt. Quib. alien. lic. l.* 14. §. *ult. l.* 42. *b.* Item Procuratores, vel univerſale, vel ſpeciale mandatum habentes. *l.* 87. *b.* arg. *l.* 46. *de Pecul.* & Tutores ac Curatores. *d.* §. *ult.* Imo, hoc amplius, etiam quilibet extraneus, non modò pro ſciente, aut jubente, ſed & ignorante, & invito reo ſolvere poteſt. *d. princ. Inſt. l.* 23. *l.* 40. *l.* 53. *b. t. l.* 39. *D. de Negot. geſt.* Saltem eo effectu, ut debitor liberetur, non autem, ut ſolventes pro invito debitore ſolutum a debitore repetere poſſent. *l. ult. C. de Negot. geſt.* vel ut illa ſolutio debitori inferat aliquod præjudicium, arg. *l.* 63. *de Re Judic.*

5. Solutio fieri poteſt vel creditori ipſi, vel adjecto ſolutioni. §. 4. *I. de Inut. ſtip. l.* 10. *l.* 21. *tit. præced. l.* 10. *b. t.* Vel procuratori, ſpeciale ad id, vel generale mandatum habenti. *l.* 12. *b.* non procuratori falſo. *l.* 18. *l.* 34. §. 4. *l.* 86. *b.* v. *l.* 14. *de Cond. cauſ. dat. l.* 43. §. 1. *l.* 52. §. 11. *de Furt.* nec ei, cujus mandatum revocatum eſt, niſi debitor hoc bona fide ignoraverit. *d. l.* 34. §. 4. nec procuratori ad litem. *l.* 86. *b. t.* nequidem poſt litem conteſtatam, quia tunc fit dominus litis, non autem dominus negotii, vel rei litigioſæ. *l.* 11. *l.* 22. *l.* 23.

de

Procur. nec pupillo aut minori, ſine decret. Judicis. §. *ult. l. Quib. alien. lic.*

6. Qui ex pluribus cauſis debitor eſt, eligere eſt, ex qua ſolvere velit; ipſo autem non gente, creditoris eſt, id ex æquo & bono ſtare. *l.* 1. *l.* 2. *D. l.* 1. *C. b. t.*

7. In dubio, ſolutum primò in uſuras, deinin ſortem imputatur. *l.* 5. §. *ult. b.* Si omnia bita ſint æque principalia, ſolutio facta credi in id, quod eſt antiquius, vel quod exigi erat, vel quod eſt gravius; ſin omnia æqua ſint, in ſingula debita pro ratâ facta cenſetur utio. *l.* 2. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 24. *l.* 97. *l.* 103. *b. t.*

8. Solutionis effectus eſt, quod obligatio prinpalis, cum acceſſionibus, ſcilicet pignoribus, uris, & fidejuſſoribus, ipſo jure tollatur, & meſcat. *pr. I. Quib. mod. toll. obl. l.* 43. *b.* odò ſolutio facta ſit pecuniâ in commercio cepta: reproba enim pecunia non liberat ſolntem. *l.* 24. §. 1. *de Pignor. act.* v. *l.* 102. *b. t.* i recte legitur *pecunia ærosâ*: alii male legenm putant *pecunia craſa*; quaſi hic agatur de cunia circumciſa, & non juſti ponderis. Ut in monetâ, quæ non onerat creditorem. *l.* 99. *t.* ubi pro *debitorem* leg. *creditorem*: vid. *otbofr. ad d. l.* Simile exemplum exſtat in *l.* 8. *Tutel.* vid. *tit. de Reb. cred. tb.* 30. ad effeum ſolutionis etiam pertinet, quod ſi is, qui ligatus eſt ad annuam ſolutionem, tribus diinctis apochis probaverit trium annorum poeriorum ſolutionem, etiam ſuperiorum annoim debitum ſolviſſe præſumatur, niſi ipſe ripto contrarium profeſſus ſit, vel creditor in a apocha proteſtatus ſit de non ſolutis ſuperioum annorum reditibus, vel manifeſto contra-

 rium

rium probetur. *l.* 3. *C. de Apoch. publ.* (X. 22.)

9. Solutionis vicem & effectum quandoque repræſentat oblatio & depoſitio rei debitæ. vide ſupra *tit. de Uſur. theſ.* 28.

TIT. IV.

De Acceptilatione. Cod. 8. 44.

1. Acceptilatio eſt *imaginaria ſolutio, per quam, verbis contracta, obligatio, aliis & contrariis verbis, per ſtipulationem, tollitur. l.* 1. *h.* §. 1. *I. Quib. mod. toll. obl. l.* 7. §. 1. *de Liber. legat.*

2. Aliæ obligationes per acceptilationem non tolluntur ipſo jure, niſi interveniente Aquilianâ ſtipulatione, in quam primò transfunduntur, & deinde ſtipulatione perimuntur. §. 2. *I. Quib. mod. toll. obl. l.* 18. *h. t.*

3. Sic tamen, ut in aliis obligationibus, quam quæ verbis conſtant, citra ſtipulationem Aquilianam facta, acceptilatio habeat vim pacti de non petendo, & obligationem tollat ope exceptionis. *l.* 8. *pr. l.* 19. *h. l.* 27. §. 9. *de Pact.*

4. Acceptilatione debitores liberare poſſunt omnes, qui liberam habent rerum ſuarum administrationem, idque per ſe, non per alios. *l.* 3. *l.* 13. §. 10. *l. pen. D. h.* Ratio eſt in *l.* 77. junct. *l.* 123. *de R. J.*

5. Accepto ferri poſſunt omnia debita, vel ex obligatione verborum naſcentia, vel in eam, per ſtipulationem Aquilianam, transfuſa. *d.* §. 1. 2. *I. Quib. mod. toll. obl. l.* 18. *h.* tam conditionalia, quam pura. *l.* 12. *l.* 21. *h.* Quanquam acceptilatio non poſſit fieri ſub conditione, vel in diem. *l.* 4. *l.* 5. *h. t.* Ratio eſt in *d. l.* 77. *de R. J.*

6. Ac-

6. Acceptilatio parem habet effectum cum ...atione. v. *l.* 13. §. 4. 7. 8. 9. *h. t.*
7. De aliis modis, quibus vel ipſo jure, vel ... exceptionis, tollitur obligatio, v. *tit. Inſt. ...ib. mod. toll. obligat.* Quomodo acceptilatio differt ab apocha vid. in *l.* 19. §. 1. *h.* junct. *l.* 14 §. 2. *C. de Non num. pec.*

TIT. V.

De Stipulationibus Prætoriis.

Stipulationes Prætoriæ ſunt, *quæ ex mero Prætorum, vel Ædilium officio proficiſcun... , & interponuntur.* §. 2. *I. de Diviſ. Sti...* . Quales ſunt cautiones damni infecti, *l.* 7. *Damn. inf.* legatorum, *d.* §. 2. fructuaria, ... *l.* 7. *Uſ. quem. cav.* de rato. *l.* 1. §. 1. ... *h.* judicatum ſolvi. *d. l.* 1. *h.* ſimilesque. ... Unde aliæ dicuntur *cautionales*, ſeu *con...tionales*, aliæ *judiciales*, aliæ *communes*, *l.* 1. §. 1. 2. 3. *h. t.*

... In his illud ſingulare eſt, quod, ſi per pro...atorem ſint interpoſitæ, utilis domino ac...ratur actio. *l.* 3. *l.* 5. *h. l.* 73. §. *ult. de R.*

Quod verborum obſcurorum, quibus con...tæ ſunt, Prætori competat interpretatio. *l.* 1. ...*pen. & ult. l.* 9. *h. l.* 52. *de V. O.* Quod ...iderent fidejuſſores, *l.* 7. *h.* vide tamen. *Nov.* .. *c.* 2. *& Auth. Generaliter. C. de Epiſc. Cler.*

TIT. VI.

Rem Pupilli vel Adoleſcentis ſalvam fore.

1. Tutorum & Curatorum eſt, datis fidejuſſoribus, cavere, ſe id operam daturos, ut res pupilli vel minoris ſalva ſit, & nihil detrimenti capiat. *l.* 1. *l.* 4. §. 1. *& paſſim. h. t. l.* 7. *tit. præc. tit. Inſtit. de Satiſd. tutor.*

2. Quæ cautio exigitur vel per ipſum minorem, aut pupillum, ſi præſens, & fandi compos ſit; ſin minus, per ipſorum ſervum, vel per alium, eum in finem à Prætore conſtitutum. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *h. t.*

TIT. VII.

Judicatum Solvi.

1. Qui alienæ litis defenſionem ſuſcipit, etſi ſit locupletiſſimus, vel Reo cognatione, aut affinitate conjunctus, & de mandato ejus manifeſtè conſtet, tenetur, ante litem conteſtatam, præſtare cautionem *judicatum ſolvi.* §. 1. §. 5. *de Satiſd. l.* 110. §. 1. *de R. J. l.* 51. *in f. & ſeqq. D. de Procur. l. un. in f. C. de Satiſd.* Eodem modo dicitur judicatum facere. vid. *tit. de Re Jud. l.* 43. *& tit. de Ceſſ. bon.*

2. Quam cautionem etiam reus, ipſe propriam cauſam defendens, in actionibus in rem præſtare neceſſe habebat. *pr. I. de Sat. l.* 8. *h. l. pen. de Dol. l.* 33. *de Fidej.* v. *Cicer. in Orat. pro Quintio c.* 7. Quod Jure novo eſt mutatum. §. 2. *I. de Satiſd.*

3. Ilu

3. Hujus Cautionis tres ſunt clauſulæ. (1. e ſolvendo, quod Judici per ſententiam æquum debitur. (2. De re arbitrio boni viri defenndâ. (3. Dolum malum abeſſe, & abſfutum eſſe. *l. 6. l. 13. l. 19. h. t.*

4. Prima clauſula hujus Cautionis committir poſt ſententiam. Secunda, & tertia etiam te ſententiam committi poteſt. v. *l. 1. l. 5. ult. l. 17. D. h. t.*

5. Effectus hujus Cautionis ceſſat (1. Si præta ſit in uno, & poſteà agatur in alio judicio. 3. *l. 20. h. t.* ubi pro *judicem datus* leg. *judim datum*, ut in editione Pariſienſi, aliiſque. .. Si perſona litigantis, vel actio ſit mutata. v. 7. *l. 13. §. 1. h. t. l. 64 §. 1. de Judic.* Hæc utio moribus hodiernis non præſtatur, niſi ter litigantium ſit peregrinus, vel ſuſpectus de ga, vel non ſolvendo, & præſtari poteſt vel dejuſſoribus, vel pignoribus; interponitur aum non tantum a reo, ſed etiam ab actore, uo caſu præſtatur de ſolis impenſis litis; reectu rei vocatur **Cautie voor het Gewysde**; ſpectu autem actoris vocatur **Cautie voor de oſten van het Proces.**

TIT. VIII.

Ratam rem haberi, & de Ratihabitione.

. Cautio, *rem ratam haberi*, præſtanda eſt à procuratore Actoris, de cujus mandao dubitatur. *§. 3. I. de Satisd. l. un. C. od. l. 1. C. de Procur.*

2. Quandoque etiam à procuratore Rei, v. . 40. §. 2. *D. de Procur. l.* 39. §. 5. 6. 7. *eod. tit.*

Veluti ſi actione in rem conveniatur, tunc enim præter ſolennem cautionem *judicatum ſolvi* etiam de rato cavere debet. vid. *Voet. ad h. t. n. 2.*

3. Si conſtet, procuratorem carere mandato, ne quidem cum cautione de rato admittitur. *d.* §. 3. niſi ſit Actori, vel Reo conjuncta perſona. *l.* 35. *D. l.* 12. *l.* 21. *C. de Procurat.*

DIGESTORUM

LIBER XLVII.

TIT. I.

De Privatis Delictis.

1. Delictum eſt *factum illicitum*, *quod lege humanâ pœnam meretur.*

2. Dixi *factum*; quia Jure Civili cogitationis, ad nullum actum externum productæ, nulla pœna eſt. *l.* 18. *de Pœn. l.* 1. §. *ult. Quod quisq. Jur. in alt. l.* 225. *de V. S.*

3. *Quod lege humanâ. Aliter*, inquit Cicero *lib.* 3. *de Officiis*, *c.* 17., *Leges*, *aliter Philoſophi tollunt aſtutias: Leges*, *quatenus manus res tenere poſſunt: Philoſophi*, *quatenus ratione & intelligentiâ.*

4. Scilicet in Tribunali humano, manu, in Tribunali Dei, mente æſtimantur ſcelera. *dd. ll. Matth.* 5. 28. *Rom.* 7: 7. Quod ſi crimen cogitatum aliquo modo ſit inchoatum, etiam ipſo

o jure humano coërcetur. Quo ſenſu intelli-
l. 14. *D. ad L. Corn. de Sicar. l.* 5. *C. ad Jul. Maj. Paul.* 5. *Sent.* 23. §. 1. *Val. ax. lib.* 6. *c.* 1. *num.* 8. *Juvenal. Sat.* 13. 208. *& ſeq. Senec. de Benef,* 5. *c.* 14.

5. *Pœnam meretur.* Etſi non deſint quoque ccata tam levia, ut nullâ pœnâ coërceantur, t ejus naturæ, ut coërceri nequeant. *l.* 14. 14. *de Relig. l.* 3. §. 4. *de Sepulch. viol.* 39. *de Furt.*

6. Atque hoc ſenſu acceptum & definitum lictum complectitur & crimen, & quodlibet ccatum, ut in *l.* 1. *l.* 2. *D. de Legib. l.* 1, 5. §. *ult. D. de Pœn.* Strictius acceptum ponitur crimini. *l.* 2. §. 8. *C. de Jur. Vet. nucl. l.* 17. §. 18. *D. de Ædil. Ed.*

7. Eſt vel privatum, vel publicum. v. *l.* 7. 1. *de Injur.*

8. Delictum privatum eſt, *quo cives ſinguli recto læduntur, quibus inde obligatio & actio cuniaria naſcitur; unde civiliter agunt ad pœm pecuniariam ſibi adjudicandam.* v. §. 2. & 7. *I. de Injur.* §. 13. & *ſeq. I. de Obligat. ex del.*

9. Ad delicta privata videntur etiam pertine- extraordinaria. *l.* 3. *de Extr. Crim. l.* 2. *de ncuſſ. l.* 2. *de Abig.* Quia enim læſio, pri- tis illata, publicæ quoque rei per indirectum cet, ſolet quandoque & de privatis extra or- nem criminaliter agi, ad pœnam vel fiſco ces- ram, vel corpori infligendam. *l. ult. h. l. ult. Furt. l. ult. de Injur.*

10. Ita tamen, ne ex eodem delicto contra ndem delinquentem ad pœnam ſimul civiliter criminaliter agatur. *l.* 41. *de Pœn. l.* 6. 7. *de Injur. l.* 56. §. 1. *de Furt. l. pen.*

§. *ult. Naut. caup. ſtabul*

11. Privata delicta ſunt vel vera, quæ non niſi per dolum perpetrantur, excepto damno injuria dato, *l.* 44. *ad L. Aquil.* vel quaſi delicta, quæ per culpam committuntur. *t. Inſt. de Oblig. quæ ex quaſi del.*

12. Delictorum privatorum propriorum quatuor ſunt ſpecies, (1. Damnum injuriâ datum, de quo vide ſupra. *tit. ad L. Aquil* (2. Furtum. (3. Rapina. (4. Injuria.

TIT. II.

De Furtis. Cod. 6. 2.

1. Furti definitio nota eſt ex §. 1. *I. de Obl. quæ ex del.* & *l.* 1. §. *ult. h.*

2. Ex cujus Definitionis verbis colliguntur ſequentia principia juris.

3. (1. In re immobili furtum non committi. *l.* 26. *l.* 57. *h. t.* §. 2. *I. de Uſuc. l.* 38. *eod. Gell.* 11. 18.

4. (2. Nec in re incorporali, arg. *dd. ll. l.* 3. §. 18. *de Acq. vel am. poſſ.*

5. (3. Furtum non fieri ſola cogitatione, nec verbis, veluti inficiatione rei depoſitæ. *l.* 67. *h. t.* nec ſcriptura. *dd. ll. l.* 1. §. 1. *h. l.* 225. *de V. S. l.* 21. §. 7. *h.*

6. (4. Furtum non committi, niſi dolo malo & domino invito. §. 7. 8. *I. de Obl. quæ ex del. l.* 46. §. 7. 8. *l.* 48. §. 2. *D. h.*

7. (5. Furtum non cadere in hereditatem jacentem. *l.* 43. §. 5. *l.* 68. *h. l.* 1. *de R. D.* v. *tit. Expil. her.*

8. (6. Furtum non admittere eos, qui non lu-

ıcri faciendi, ſed vel damni dandi, vel libidinis, vel contumeliæ cauſâ, rem alienam contrectant. *l.* 39. *l.* 53. *l.* 82. §. 2. *h. t.* Quæritur, an is, qui cogente extrema neceſſitate arripuerit eſculenta vel potulenta, ad famem vel ſitim propulſandam, teneatur actione furti? Verius eſt, eum non omnino carere animo & propoſito furandi, adeoque furtum committere. *Proverb.* 6. *vſ.* 30. & 39. *l.* 43. §. 5. *de R. V. Can.* 3. *cauſ.* 33. *quæſt.* 5. licet hoc caſu mitior pœna ſtatuatur, & ſit infligenda, vel quandoque omnis pœna remittenda. *Deuter.* 23 *vſ. pen.* & *ult. Euang. Matth. cap.* 12. *l.* 2. §. 2. *de L. Rhod. de Jact.*

9. (7. Quod rei propriæ non fiat furtum, niſi cum uſus aut poſſeſſio eſt alterius. *l.* 12. §. *ult.* *l.* 15. §. 1. *l.* 19. §. *pen.* & *ult. l.* 59. *l.* 66. *h. t.*

10. (8. Etiam in uſu poſſeſſioneve rei alienæ, certum in finem à domino conceſſæ, furtum committi. §. 6. *I. l.* 40. *l.* 54. *l.* 76. *D. h. t. Gen.* 7. 15. *Val. Max.* 8. 2.

11. (9. Etiam minimarum rerum furtum fieri. *princ. I. de Vi bonor. rapt.* §. 16. *I. de R. D. l.* 14. §. *ult. l.* 26. *l.* 27. *l.* 37. *D. h. t. Nov.* 69. *c.* 1. Sic ut fures minimæ rei etiam extra ordinem accuſari poſſe videantur, arg. *l. ult. h. l. ult. de Inj. l.* 3. §. 2. *de Bon. eor. qui ante ſent.* & *Nov.* 69. Quanquam, pœnam quod attinet, mitius cum ipſis agendum eſſe, ratio æquitatis velit. v. *Anton. Matth. de Criminib. ad h. tit. c.* 2. *n.* 4. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 114. & *ſeqq.*

12. (10. Furtum non cadere in perſonas furandi incapaces, ut impuberes, ſi ſint infantes, vel infantiæ proximi. *l.* 23 *D.* §. 18 *I. h. l.* 111. *de R. J. l.* 13. §. 1. *de Dol. l.* 5. §. *pen.* *ad*

ad L. Aquil. v. *Gell. lib.* 11. *cap. ult.*

13. Furtum eſt vel manifeſtum, vel nec manifeſtum. Manifeſtum eſt, *cum fur, ſive à domino, ſive ab alio quolibet, in ipſo actu deprehenditur, vel cum re furtivâ conſpicitur, antequam rem pertuliſſet, quo eum eo die perferre deſtinaverat.* §. 3. *I. l.* 3. *& ſeqq. l.* 7. *h. t.*

14. Nec manifeſtum eſt, *cum fur neque in ipſo actu deprehenſus, neque cum re furtivâ conſpectus eſt. d.* §. 3.

15. Hujus furti rei ſunt & illi, quorum ope conſilio furtum factum eſt. §. 11. *I. l.* 52. *D. h. t.* Quæ verba disjunctim ſunt accipienda, ut vel opem tuliſſe, vel conſilium, cum inſtructione conjunctum, dediſſe ſufficiat, modo eventus conſilium ſecutus ſit. *d.* §. 11. *l.* 53. *de V. S. l.* 36. *pr. l.* 52. §. 13. 19. 21. *l.* 66. §. 4. *h. t.*

16. Pœna furti ex Legibus XII. Tabb. alia erat publica, alia privata. Publica, reſpectu liberorum hominum, ob furtum manifeſtum, erat verberatio, & addictio in ſervitutem; reſpectu ſervorum verberatio, & præcipitatio de ſaxo; Privata autem, legibus tamen permiſſa, quod fur nocturnus, & diurnus, ſi is telo ſe defenderet, impunè occidi poſſent. *Gell.* 11. *c. ult. l.* 4. §. 1. *ad L. Aquil. l.* 9. *ad L. Corn. de Sicar. l.* 54 §. 2. *h. t.* v. *Exod* 22: 2 *Scip. Gentil.* 2. *Parerg.* 30. *&* infr. *tit ad L. Jul. de Adult. th.* 18. *& ſeq.*

17. Deinde in locum pœnæ Decemviralis ſucceſſit actio furti manifeſti, & nec manifeſti.

18. Actio furti manifeſti eſt Prætoria, perpetua, in quadruplum rei ablatæ. §. 5. *I. h. t. Gell.* 11. *c. ult.*

19. Actio furti nec manifeſti eſt Civilis ex

Le-

Legibus XII. Tabb. competens ad pœnam dupli. *l.* §. 5. *l.* 13. §. *pen. de His, qui not. Gell. d. loc.*

20. Utrique commune eſt, quod (1. Utraque ſit mere pœnalis, & perpetua. §. *ult. I. h. t. princ. I. de Perp. & temp. act.* (2. Utraque detur, non modò domino, ſed & aliis, quorum intereſt, ex juſta & honeſta cauſa. *l.* 10. *& ſeq. h. t. l.* 134. §. 1. *de R. J.* §. 13. *& ſeqq. I. h.* (3. Utraque detur contra furem, & eum, cujus ope conſilio furtum factum eſt *l.* 53. *de V. S.* §. 15. *I. l.* 39. *l.* 52. §. 19. *h. t.* (4. Neutra detur contra heredes furis. §. 1. *I. de Perp. & temp.* niſi quatenus ad eos pervenit, vel niſi lis cum defuncto ſit conteſtata. *l. un. C. Ex del. def.* .5. *D. de Calumn. l.* 26. *de O. & A. l.* 164 *de R. J.* 5. Neutra detur patri contra liberos in poteſtate conſtitutos, vel domino contra ſervos. §. 12. *I. l.* 16. *l.* 17. *l.* 52. §. 5. *D. h. t. l. ult. C. An ſerv. pro ſuo fact. l.* 11. § 1. *D. de Pœn. l.* 4. *de Jud.* Nec cuiquam ob liberum hominem ſurreptum. Ratio eſt in *l.* 1. §. 5. *D. de His, qui dejec.* niſi, ex veteri Jure Quiritium, patrfamilias nomine liberorum, ratione ejus, quod intereſt. §. 9. *I. l.* 14. §. 13. *l.* 37. *l.* 38. *D. h. t. l.* 1. §. 2. *de R. V.*

21. Sed & criminalis extraordinaria accuſatio locum haber, ut in aliis privatis delictis, ita & in furto. *l.* 54. §. 1. *l. ult. D. h. t.* Ita tamen, ut jure Romano ob ſimplex furtum nemo vel capite plecti, vel aliquò membro truncari, aut mutilari poſſit. *Auth. Sed novo C. h. Nov.* 134. *ult.* Id quod conſentit cum jure Moſaico, deoque & Naturali. *Exod.* 22: 1. *& ſeqq.* Non obſtat *l.* 15. *de Cond. cauſ. dat.* nam (1. ibi non jus conſtituitur, ſed factum narratur. *l.* 12. *de Offic.*

Offic. Præſ. l. 13. *C. de Sent. & interl.* (2. Ibi agitur de furto per ſervum commiſſo, ſervi autem gravius ob furtum puniebantur, quam homines liberi. *l.* 16. §. 3. *l.* 28. §. *ult. de Pœn. l.* 1. §. *ult. de L. Corn. de Falſ.* Non obſtat etiam *l.* 10. §. 2. *de Bon. eor. qui ant. ſent.* Nam (1. ibi agitur de ſuſpendio voluntario, ut apparet ex inſcriptione tituli. (2. Ibi dicitur: *ſi compertum in eo furtum fuiſſet:* Jam vero nemo furti condemnatur, niſi qui de furto convictus eſt. (3. Quia pœna laquei, ſive ſuſpendii, Jure Romano eſt incognita, imo prohibita. *l.* 8. §. 1. *de Pœn.* licet antiquiſſimis temporibus pœna ſuſpendii apud Romanos etiam in judiciis locum obtinuerit. vid. *Liv.* 1: 26.

22. Fredericus imperator *lib.* 2. *Feud. tit.* 27. §. *ſi quis quinque* 8., eumque ſequutus Carolus V. in *Conſt. Crimin. artic.* 156. & 163. furtum 5. Solidorum, aut eam ſummam excedens, laqueo expiari voluerunt. Qui rigor ut non valdè probandus, ita nec temeré contemnendus eſt, ſi criminis repetitio, vel effrænis plurium graſſantium licentia, aliæve circumſtantiæ, pœnam exacerbari flagitent. v. *l.* 16. §. *ult. de Pœn.* In *d. tit.* 27. §. 8. *Feud. excoriare* eſt virgis ſanguineis cædere, iisque pellem ſive corium rumpere & ſanguinem elicere. vid. *Du Cange in Gloſſar. med. & infim. Latin.* verbo *excoriare;* pro *tundatur* autem leg. *tondeatur*, id eſt, capillis privetur, de quo ſupplicii genere vid. *l.* 11. *ad L. Jul. pecul. l.* 2. *de Crim. Majeſt. l. ult. C. ad L. Jul. de Adult.* pro *forcipe* vero leg. *forſice:* ut ſenſus ſit, quod fures *ſcopis*, ſive virgis, puniantur, & *forſice tondeantur*, ſive capillis priventur.

TIT.

T I T. III.

De Tigno juncto.

Tigni appellatione omnis materia continetur, ex quâ ædificia fiunt, vel vineæ neceſſaria ſunt, ut pali, perticæ, pedamenta, 29. *l. de R. D. l. 7. ad Exhib. l.* 1. §. 1. *l. 62. de V. S.*

2. Ne nitor & elegantia Urbis, (cui immane antum ſtudebant Veteres. v. *l.* 2. *& t. t. C. Ædif. Privat. l.* 41. §. 1. 2. *l.* 42. *l.* 43. *de eg.* 1. *l.* 52. *de Contr. empt. l. pen.* §. 2. *C. de Dot. l.* 14. *D. de Don. int. V. & U. l.* 1. *D. In quib. uſ. pign. vel hyp. l.* 2. §. 17. *Ne quid in loc. publ. ueton. in Aug. c.* 29. 30.) quid damni aut detrimenti pateretur, receptum eſt ex Legibus XII. abb ne tigni, alienis ædibus, vel vineis juncti, nomine ad exhibendum, ſed actione de tigno juncto in duplum agatur, contra eum, qui enim tignum ſuis ædibus, ſive bonâ, ſive malâ fide, junxit. *l.* 7. §. 10. *de A. R. D.* §. 29. 2. *b. l.* 23. §. *pen. de R. V. l.* 6. *ad Exhib.*

3. Diruto ædificio, diſtinguendum inter eum, qui bonâ, & qui malâ fide junxit: nam dominus tigni ab eo, qui malâ fide junxit, præter duplum, quod actione de tigno juncto conſecutus eſt, rectè vindicat ipſum tignum, quod ejus eſt in eo, qui bonâ fide junxit. *d.* §. 29. *l.* 23. §. *pen. l. ult. b. t. d. l.* 7. §. 10. vide *l.* 98. *ult. de Solut.* (ubi pro *ſcit* leg. *ſciſcit*, id eſt, conſtituit, unde dicuntur Plebiſcita) *& l.* 63. *Don. int. V. & U.* Ubi pro *quamvis* leg. *quia*: verſa vice pro *quia* leg. *quamvis*.

TIT. IV.

Si is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem domini, ante aditam hereditatem, ſurripuiſſe, aut corrupiſſe quid dicetur.

1. Servus, qui teſtamento libertate donatus, poſt mortem domini, ante aditam hereditatem, aliquid ex rebus hereditariis ſurripuit, dolove malo corrupit, ex edicto Prætoris, intrà annum utilem, tenetur in duplum. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *h. t.*

TIT. V.

Furti adverſus Nautas, Caupones, Stabularios.

1. Nautæ, Caupones, Stabularii, de furto ab iis, quorum operâ & miniſterio, in exercendis nave, cauponâ, ſtabulo, utuntur, tenentur ex quaſi delicto, actione in factum in duplum. *l. un. h.* §. *ult. l. de Oblig. quæ quaſi ex del. naſc.* ubi *Vinn.* vide ſuprà *tit. Nautæ, caup. ſtabul.*

TIT. VI.

Si familia furtum feciſſe dicatur.

1. Si familia, id eſt, tota ſervorum cohors, domino vel invito, vel ignorante, vel impedire non valente, extraneo furtum fecerit, dominus, non ſecus ac ſi unus homo furtum fecerit, liberatur vel noxæ dando totam familiam, vel dupli aut quadrupli præſtatione. *l.* 1. *h.* ſalvâ ta-

amen inſuper ei, qui furtum paſſus eſt, ipſius ei condictione, vel vindicatione. *l.* 2. *h. t.*

TIT. VII.

Arborum furtim cæſarum.

Si quis arbores alienas furtim, (id eſt, clam & domino ignorante, v. *l.* 7. *princ.* & 1. *l.* 1. §. 1. *h. t.*) cæciderit, tenetur (1. Actione ex L. XII. Tabb. *l.* 1. *h.* idque in 25. aſſes brales, in ſingulas arbores ſuccifas. *Plin.* 17. *Hiſtor. Natur. c.* 1. (2. Actione Legis Aquiliæ. *l.* 1. *l.* 7. §. 2. *h.* (3. Interdicto quod vi, aut lam *l.* 16. §. 1. *D. Quod Vi aut clam. l.* 11. *h.* 4. Actione Prætoriâ in duplum. *l.* 7. §. *ult.* & *ſq. h. t.* (5. Rei vindicatione, condictione furvâ, actione furti, & ad exhibendum. *l.* 8. 2. *h.* (6. Accuſatione extraordinariâ, ſive idicio criminali. *Paul.* 5. *Sent.* 20. *l.* 2. *h.*

2. Hæc Prætoria actio datur domino, contra cædentem. *l.* 7. *h. t.* ad æſtimationem arboris cæſæ, & duplum damni dati. *l.* 7. §. *pen.* & *lt. l.* 8. *h. t.* eaque eſt perpetua, licet ſit poenalis. *d. l.* 7. §. *pen.*

3. Quid autem hic veniat appellatione arborum, v. in *l.* 3. & *l.* 4. *h.*

4. Quid ſit cædere arbores, v. in *l.* 5. & 7. §. 3. *eod.*

TIT. VIII.

De Vi Bonorum Raptorum. Cod. 9. 33.

Rapina eſt *violenta ablatio rei mobilis, lucri faciendi cauſâ, facta. pr. Inſt. l.* 1. *h.*

2. *Violenta* v. *l.* 3. §. 5. *de Inc. ruin.* In quo differt à furto. *l.* 9. *C. de Furt. Plaut. Epid. act.* 1. *Sc.* 1. v. 18. Quare raptor dicitur fur improbus. *pr. I. h. l.* 2. §. 10. & 24. *h. l.* 14. §. 12. *Quod met. cauſ.*

3. *Rei mobilis. l.* 1. *C. h. t.* Rerum immobilium non rapina, ſed invaſio fit. *l.* 7. *l.* 9. *C. Unde Vi.* §. 1. *Inſt. h. t.*

4. *Lucri faciendi.* Si quis errore juris, putans, id ſibi licere, non lucri faciendi, alienam, ſed damni vitandi cauſâ, propriam rem rapiat, rem ſuam amittit; vel ſi res, quam putabat ſuam, aliena ſit, & rem, & ejus æſtimationem præſtare tenetur. §. 7. *I. l.* 2. §. 18. *D. h. l.* 13. *D. Quod met. l.* 7. *C. Unde vi.*

5. Ad coërcendum hoc delictum varia prodita ſunt remedia. (1. Actio de vi bonorum raptorum Prætoria, competens ei, cujus intereſt, rem non eſſe raptam, ſive in bonis, ſive ex bonis ejus fuerit, contra raptorem, non autem ejus heredem, licet locupletiorem factum: quia contra eum ſufficit condictio furtiva: intra annum in quadruplum, ex re & pœnâ mixtum, poſt annum in ſimplum. *pr.* & §. *ult. I. h. l.* 2. §. 22. 23. 24. *ult. h. t.* §. 19. *I. de Act. l.* 9. §. 5. *de Publican.* In quadruplum autem venit verum rei pretium, non id quod intereſt. *l.* 2. §. 13. *h.* Si Chriſtianus rapiat rem Judæi, vel Pagani, in duplum rei & pœnæ; *l.* 6. *C. de Pagan.* ſi quis navicularios diripiat, pœnâ quadrupli tenetur. *l.* 5. *C. de Navicul.* (*XI.* 1.)

6. (2. Actio furti manifeſti. *l.* 80. §. 3. *de Furt.* (3. Actio furti nec manifeſti. *l.* 52. §. *ult. eod. l.* 1. *h.* (4. Interdictum Unde vi. *l.* 9. *C. Unde Vi.* junct. *l.* 1. §. 6. 32. & *ſeq. de Vi & Vi arm.*

7. (5.

7. (5. Accuſatio legis Juliæ de vi Publicâ & Privatâ. *l.* 5. §. 2. *l.* 6. *ad L. Jul. de Vi Publ.* *l.* 1. §. 1. 2. *ad L. Jul. de Vi priv. l.* 2. §. 1. *h.*
8. (6. Actio Legis Aquiliæ. *l.* 2. §. 10. 26. *h. t.*
9. (7. Condictio furtiva. *d. l.* 2. §. 26. & *ult.* (8. Criminalis accuſatio extra ordinem. *l.* 1. *l.* 2. *de Effract. & Expil. l. pen. ad L. Jul. de Vi Publ. l.* 1. *l.* 3. *ad L. Jul. de Vi Priv.* (9. Judicium publicum Legis Corneliæ, ſi cædes cum rapinâ ſit conjuncta. *l.* 1. *D. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *C. ad Leg. Corn de Sic.*

10. Quo judicio etiam tenentur, qui in viis publicis graſſantur. *l.* 28. §. 10. *de Pœn. Suet. in Aug. c.* 32. Ita tamen, ne bis vel eadem res. *l.* 57. *de R. J.* vel eadem pœna petatur. *l.* 56. §. *de Furt. l.* 6. *de Injur. l.* 2. §. 1. *h. t.*

11. In alterâ hujus Tituli parte agitur de damno, in turbâ, dolo malo, dato, cujus nomine datur actio Prætoria in duplum, intra annum utilem, poſt annum in ſimplum. *l.* 4. *pr.* §. 4. *l.* 6. & *ſeq. h. t.* Ut & de actione introductâ contra eos, qui, coactis hominibus, damnum dederunt. v. *l.* 2. *pr.* & §. 2. & *ſeq. h. t.*

TIT. IX.

De incendio, ruinâ, naufragio, rate, nave expugnatâ.

Hoc titulo datur actio intra annum, in quadruplum, poſt annum in ſimplum, contra eos, qui quid dolo malo, occaſione incendii, ruinæ, naufragii, ex alienis rebus ſurripuerunt. *l.* 1. *h.*

2. Incendiarii, qui dolo malo incendium ex-

citarunt, igne necantur. *l.* 9. & *l.* 11. *D. h. l.* 28. §. 12. *de Pœn.*

3. Ut privati res naufragorum rapere prohibentur, ita nec fiſcus in iis quicquam juris habet. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 7. *l. ult. D. h. l.* 1. *C. de Naufrag.*

TIT. X.

De Injuriis & famoſis libellis.

Cod. 9. 35. 36.

1. Injuria, hoc loco, eſt *omne factum, dictumve, ad contumeliam, infamiam, contemptum, aut dolorem alterius dolo malo admiſſum.* Cum quâ definitione convenit illa Auctoris librorum ad Herennium: *Injuria eſt, quæ aut pulſatione corpus, aut convicio aures, aut turpitudine vitam alicujus violat.* v. *Cic. pro Quint. c. ult.*

2. Unde conſtat, injuriam committi vel re, vel verbis, ſeu, aliam eſſe *realem*, aliam *verbalem*.

3. Realis eſt, cum quis vel pugno pulſatur, vel fuſtibus cæditur, vel, vexandi causâ, in jus vocatur, vel bona ejus, qui nihil debet, ut debitoris, poſſidentur. §. 1. *I. l.* 1. *l.* 13. §. 3. *l.* 15. §. 13. & *ſeqq. l.* 20. *h.* Vel aliud quid ad invidiam, aut contumeliam alicujus fit, vel geritur. *l.* 16. §. 15. 22. 27. *l.* 39. *h. t. d.* §. 1. *I. eod.*

4. Verbalis eſt, *quæ fit vel verbis, vivâ voce enunciatis, vel ſcripto.*

5. Verbis voce enunciatis, cum alicui convicium fit, §. 1. *I. l.* 15. §. 2. & *ſeqq. D. l.* 5. *C. h.* cum quis debitor vocatur, qui non eſt, *d. l.* 15. §. 33. cum puella blandis verbis ad ſtuprum ſollicitatur, *d. l.* 15. §. 20. aliudve quid

ad

d contumeliam, vel injuriam alterius dicitur. *l.* 15. §. 2. & 25.

6. Veritas convicii non excuſat à pœna injuriæ, niſi quis verum crimen objecerit, cum id ſcire publicè intúrſit. *l.* 3. *l.* 5. *C. de Off. Rect. Prov. l.* 18. *D. l.* 5. *C. b. t. l. un. C. de Famoſ. libell.*

7. Sed nec præfatio honoris, nec proteſtatio de animo non injuriandi, elevat injuriam, aut lædentem excuſat. *v. d. l.* 5. *C. b. t.*

8. Injuriam tamen, verbis factam, ob juſtum dolorem, contrariis verbis retundere, & propulſare licet, ſi non lege Euangelii, at certè Jure Naturali ac Civili. *l.* 45. §. 4. *ad L. Aquil. l.* 25. *de Procur. l.* 14. § 6. *de Bon. Libert. l.* 3. *de J. & J. Sueton. in Veſpaſ. c.* 9. Quanquam Chriſtianum ſit, & obſervatione dignum aureum ac ſaluberrimum Theodoſii, Arcadii, & Honorii Impp. Reſcriptum in *l. un. C. Si quis Imp. maled. v. Suet. in Jul. c.* 75.

9. Scripto committitur Injuria, cum ad infamiam alicujus libellus, aut carmen famoſum, aut ſimile quid cum accuſatione criminis, animo injuriam inferendi, factâ, ſcribitur & vulgatur. *l. un. C. de Famoſ. lib.*

10. Pœna injuriæ ex Lege XII. Tabb. ob membrum ruptum talio, ob os fractum, pecuniaria erat. §. 7. *I. b. Gell.* 20. *c.* 1. *Pauli Sent.* 5. *t.* 4. §. 6. (Quod conſentit cum legibus Moſaicis. vide *Exod.* 21. *Levit.* 22. *Deuter.* 19.) Poſtà Edicto Prætorum & Jure Civili injuriarum pœna primo injuriam paſſi, deinde judicis arbitrio æſtimanda permiſſa eſt. *d.* §. 7. *I. b.*

11. Hinc nata eſt actio Injuriarum Prætoria & Civilis.

12. Prætoria datur ei, qui qualemcunque injuriam paſſus eſt, contra eum, qui vel per ſe, vel per alium dolo injuriam fecit, ad id, ut reus tanti condemnetur, quanti actor injuriam, ſalvâ moderatione Judicis, æſtimavit. §. 7. 10. 11. *l. h.*

13. Civilis ex Lege Corneliâ eſt, quæ competit ad injuriam atrocem, olim quidem criminaliter, deinde & civiliter, vindicandam. §. 1. 8. *l. l.* 5. *l.* 7. §. 8. *l.* 37. §. 1. *D. h. t. l.* 42. §. 1. *de Procur.*

14. Aliquando extra ordinem, injuriæ nomine, criminaliter agitur. *l.* 6. *l. ult. D.* §. 10. *l.* 4. *l. ult. C. h. t. l.* 10. *C. de Epiſc. & Cler.*

15. Pœna carminis, ſive libelli famoſi, Jure novo eſt capitalis. v. *l. un. C. de Famoſ. libell.* v. *l.* 5. §. 9. *h. l.* 18. *Qui teſt. fac. poſſ.*

16. Actionum injuriarum, cum ad idem, ſcilicet vindictam, tendant, altera alteram conſumit. *l.* 6. *l.* 7. *h. l.* 6. §. *ult. Naut. caup. ſtab. l.* 41. *de Pœn. l.* 57. *de R. J.*

17. Aboletur Injuria (1. *Diſſimulatione*, ſi quis, injuriam paſſus, eam ſtatim ad animum non revocaverit. *l.* 11. §. 1. *D.* §. *ult. I. h.* (2. Pacto, transactione, jurejurando. *l.* 17. §. 1. *de Pact. d. l.* 11. §. 1. *l.* 6. §. 3. *de His, qui not. inf. Gell.* 20. *c.* 1.

18. Ut & (3. Morte Actoris, aut Rei, ante litem conteſtatam. *l.* 13. *h. t. l.* 10. §. 2. *Si quis cantion. in judic. fact.*

19. Actioni injuriarum Prætoriæ anno præſcribitur, *l.* 17. §. 6. *D. l.* 5. *C. h. t.* & quidem utili, ut videtur. Diſſ. alii.

20. Non autem actioni civili Legis Corneliæ. *l.* 35. *de O. & A. pr. l. de Perp. & temp. act.*

21.

21. Nec accuſationi publicæ. *l. 12. C. de L. Corn. de Falſ.*

TIT. XI.

De Extraordinariis Criminibus.

Crimina ſunt vel *ordinaria*, vel *extraordinaria*. Ordinaria, *quæ certa lege punita certam pœnam, formamque habent*, ut Homicidii, Parricidii, Adulterii, Majeſtatis, Furti, Injuriarum, &c.

2. Extraordinaria, *quæ extra ordinem accuſantur, & non certâ lege, ſed moribus populi, pœna, arbitrio judicis ſtatuenda, plectuntur*. v. *l. 10. l. de Injur. l. ult. de Priv. del. l. ult. de Furt. l. ult. de Injur.*

3. Sic ut judex, pro qualitate admiſſi & circumſtantiarum, aliquando etiam pœnam mortis irrogare poſſit. *l. 1. §. ult. l. 9. h. l. 13. de Pœn. l. 4. §. 1. inf. de Incend. ruin. l. 7. §. ult. ad L. Jul. repet. l. 6. ad L. Jul. pecul.* Diſſ. alii.

4. In his criminibus accuſandi poteſtas competit non cuilibet ex populo, ſed illis, ad quos ea res pertinet. *l. 3. h. l. 2. de Abig. l. 3. §. ult. de Prævaric.*

5. Sunt enim privata potius quam publica, licet accuſationem habeant. *l. 3. D. h. t. l. 2. de Concuſſ.*

6. Species extraordinariorum criminum complures ſunt, veluti (1. Sollicitatio, ſeu interpellatio alienarum nuptiarum. (2. Puellæ ſtuprorum perſuadere. (3. Fimo corrupto aliquem perfundere, aquas conſpurcare. v. *l. 1. h. t.*

7. (4. Partum abigere. *l. 4. h. v. l. 8. ad L. Corn.*

Corn. de Sicar. l. 38. §. 5. *l.* 39. *de Pœn. c. Moſes* 32. *q.* 2. *Exod.* 21: 22. *& ſeq.*

8. (5. Cœtus illicitos exercere. *l.* 2. *b.*

9. (6. Scopeliſmus. *l.* 9. *b.*

10. (7. Crimen Dardanariorum. *l.* 6. *b.*

11. (8. Saccullariorum. *l.* 7. *b. l.* 1. §. 2. *de Effractorib. & expilatorib.*

12. (9. Directariorum. *d. l.* 7. *b. d. l.* 1. §. 2.

13. (10. Aliena inſtrumenta adverſæ parti prodere. *l.* 8. *b.*

14. (11. Aggeres Nili perrumpere, vel diſſolvere. *l.* 10. *b. t. C. de Nili aggerib. non rump.*

15. (12. Crimen Circulatorum, qui ſerpentes, aliave animalia circumferunt & proponunt *l. ult. b.*

16. (13. Mendicantium validorum. *l. un. C. de Mendicant. valid.* (XI. 25.) & quæ ſunt id genus alia, quæ exponuntur in titulis ſequentibus usque ad *Tit.* 23.

17. Quorum delictorum naturam, & arbitrarias pœnas, ex legibus citatis colligere licet.

TIT. XII.

De Sepulchro Violato. Cod. 9. 19.

1. Species Extraordinarii Criminis eſt etiam *ſepulchri* violatio.

2. In ſepulchri violatores datur ei, ad quem ea res pertinet, actio Prætoria in id, quod judici æquum videbitur. Sic tamen, ut condemnatio ob ſepulchrum violatum in minorem quam centum, ob inhabitatum verò, quam ducentorum aureorum fieri nequeat. *l.* 3. *pr. &* §. 1. 3. 8. 9. 10. *l.* 6. *l.* 10. *b. t.*

3. Da-

3. Datur aliquando cuivis ex populo. *d. l.* 3. *l.* 6. *h.*

4. Pœna videtur lucro actoris tribuenda. *l.* 12. *de V.S. d. l.* 3. *pr. h. t.*

5. Qui corpora vel oſſa ipſa extraxerint aut exemerunt, humiliores ſummo ſupplicio, honeſtiores deportationis, vel relegationis, vel metalli pœnâ afficiuntur. *l. ult. h. l.* 3. *C. de Epiſc. aud.*

6. Pœna eorum, qui vi armatâ cadavera ſpoliant, eſt capitalis. *l.* 3. §. 7. *h.* qui ſine armis, tenentur pœnâ metalli. *d. l.* 3. §. 7. Ut & furti & injuriarum. *l.* 5. §. 8. *de Inſt. Act.*

7. Qui corpora ſepulta, aut reliquias contrectaverit, aut ſaxa, marmora, aliamve materiam abſtulerit, fabricandi, vel vendendi causâ, pœnâ decem librarum auri coërcetur. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *C. h.* aliquando pœna viginti. v. *l.* 3. *C. h.* & pœnâ ſacrilegii *l.* 5. *C. h.*

8. Aliquando locus eſt Interdicto, Quod vi aut clam. *l. un.* §. *pen. D. Quod vi aut clam.*

9. Actioni Prætoriæ fit præjudicium per accuſationem extraordinariam. *l.* 6. *l. pen. h. t.* junct. *l.* 7. §. 1. *de Injur.* Non obſtat *l.* 9. *h.* nec *l.* 4. *C. h.*

10. Qui defuncti debitoris ſepulturam, debiti conſequendi cauſa, impediunt, tenentur pœna quinquaginta librarum auri. v. *l. ult. Auth. Item. & Auth. Sed neque. C. h. t.*

11. Pœna eorum, qui in urbe ſepeliunt, eſt quadraginta aureorum, fiſco applicanda. *l.* 3. §. 5. *h. t.*

TIT. XIII.

De Concuſſione.

1. Concuſſio eſt *terror*, *pecuniæ*, *vel alterius rei extorquendæ cauſa*, *injectus*, *ſive ſimulato Præſidis juſſu*, *ſive aliter*. *l.* 1. *l.* 2. *D. h. t. l. pen. C. de His*, *quæ vi met.*

2. Pœna eſt arbitraria, extra ordinem infligenda, & reſtitutio rei ablatæ. *l.* 1. *h.* aliquando capitalis. *l.* 1. §. *ult. de L. Corn. de Falſ.*

3. Quandoque hoc crimen eſt publicum. *l. ult. h.*

TIT. XIV.

De Abigeis. Cod. 9. 37.

1. Abigei ſunt, qui de grege, armento, ſtabulo, vel paſcuis, equum, vel bovem, ſive unum, ſive plures, mulos verò duos, aſinos tres, porcos quinque, vel quatuor, oves decem dolo malo abegerint: qui intra hunc numerum abigunt, vel bovem, aut equum aberrantem abducunt, fures ſunt, non abigei. *l.* 1. §. 1. *l. ult. pr. de Abig. l.* 16. §. 7. *de Pœn. Paul.* 5. *Recept. Sent. tit.* 18.

2. Pœna hujus criminis aliquando eſt vel gladii, vel metalli, vel alia levior, pro diverſitate & qualitate delicti. *v. l.* 1. *pr.* & §. 3. *l.* 2. §. *ult.* §. 1. *h.*

3. Qui è paſcuis aut ſylvis pecus abegerit, ſeverius eſt coërcendus, quam qui à ſtabulo: vide *Exod.* 22: *verſ.* 2. junct. *verſ.* 9. Niſi quis ferro abegerit è ſtabulo; qui ſenſus eſſe videtur

Le-

legis ult. §. 1. *h.* v. *l.* 2. *h.* niſi forte ibi pro *plenius* cum Cujacio legendum ſit *lenius*.

TIT. XV.

De Prævaricatione.

1. Prævaricator hic propriè eſt, *qui in judicio criminali colludit cum reo, & munere accuſandi perfunctoriè ac tralatitiè fungitur, id agens, ut reus abſolvatur. l.* 1. *h. l.* 4. §. 4. *de His, qui not. l.* 1. §. 1. & §. 6. *ad SC. Turp. l.* 212. *de V. S.* Secus ſi ſimpliciter ab accuſando deſiſtat. *l.* 3. §. 3. *h.*

2. Pœna prævaricatorum eſt extraordinaria, infamia, *l.* 2. *l.* 4. *h. d. l.* 1. *d. l.* 4. §. 4. *de His, qui not.* prohibitio accuſationis in poſterum, ſimilitudo ſupplicii, quo reus, ſi absque prævaricatione fuiſſet, affectus fuiſſet. *l.* 5. *l.* 6. *h.*

3. Sed & ſententia, quâ reus per prævaricationem abſolutus eſt, reſcinditur. *l.* 3. §. 1. *h.* 1. *l.* 1. *C. de Advocatis diverſor. judicior.*

TIT. XVI.

De Receptatoribus. Cod. 9. 39.

1. Receptatores ſunt, *qui latrones, aliosque delinquentes dolo malo, occultandi animo, recipiunt. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h. l.* 1. *l.* 2. *C. h.*

2. Pœna eſt eadem, quæ delinquentium, qui recepti fuerunt. *l.* 1. *D. l.* 1. *C. h. l.* 3. §. 3. *D. de Incend. ruin. l.* 9. *C. ad L. Jul. de Vi publ. l.* 13. *D. de Offic. Præſ. l. ult.* §. *ult. de Abig. l.* 3. §. 12. *de SC. Syl.* Non obſtat *l.* 39. §. 4. *D. ad L. Jul. de Adult. l.* 40. *D. de Pœn.* 3. Ut

3. Ut tamen mitius plectantur, qui affines vel cognatos receperunt, atque occultarunt. *l.* 2. *h.* Ut & qui facinoroſos homines, citra ſceleris aut turpis lucri ſocietatem, receperunt. *l.* 1. *C. h. d. l. ult. §. ult. de Abig. l.* 10. *C. ad L. Fab. de Plagiar.*

TIT. XVII.

De Furibus Balneariis.

1. Fures Balnearii ſunt, *qui veſtimenta, vel ſarcinas eorum, qui in balneis lavantur, ſurripiunt.*

2. Hi, ſi nocte furtum fecerint, tanquam fures improbiores, gravius extra ordinem puniuntur; ſi telo ſe defendant, viliores damnatione in metallum, honeſtiores relegatione; ſin telo abſtineant, pœna non excedit opus publicum temporarium. *l.* 1. *h.*

3. Si interdiu furtum fecerint, ad jus ordinarium remittuntur. *l.* 2. *h. t.*

TIT. XVIII.

De Effractoribus & Expilatoribus.

1. Qui, carcere effracto, evaſerunt, ultimo ſupplicio afficiuntur. *l.* 1. *h. t. l.* 13. *de Cuſtod. & Exhib. reor. v. l.* 8. *l.* 16. *l.* 12. *§. ult. D. eod. tit. l.* 4. *ad L. Jul. Maj.*

2. Qui, furandi causâ, ædes, feneſtras, &c. effringunt, vel alienas villas aut ædes expugnant, arbitrariâ pœnâ, pro qualitate delicti, plectuntur. *l.* 1. *§.* 2. *l.* 2. *h.*

3. Ex-

3. Expilatores ſunt, qui nocte, vel prima face, homines obvios pecunia & veſtimentis exuunt; quorum pœna eſt opus publicum perpetuum, vel temporarium, niſi ſint honeſtiores. v. *l.* 1. §. 1. *h. t.*

TIT. XIX.

Expilatæ Hereditatis. *Cod.* 9. 32.

1. Cum hereditatis jacentis non fiat furtum; *l.* 1. *de Rer. Div. l.* 68. *de Furt.*

2. Placuit, eos, qui hereditatem jacentem expilarunt, extraordinario hoc expilatæ hereditatis crimine teneri, & pœna arbitraria plecti. *l.* 1. *& ſeqq. l. ult. C. h. t.*

3. Quo crimine nec uxor, *l.* 5. *D. l.* 4. *C. h. t.* nec heres tenetur. *l.* 1. *C. h. l.* 3. *C. Fam. erc. l.* 51. *Pro ſoc.*

TIT. XX.

Stellionatus. *Cod.* 9. 34.

1. Stellionatus, (à ſtellione, ſeu lacerta ſtellata dictus, v. *Plin. lib.* 1. *c.* 26. *lib.* 3. *c.* 31. *lib.* 30. *c.* 10. *Ovid. Metam. lib.* 5. *v.* 451. *& ſeqq.*) eſt *crimen extraordinarium, quo tenentur omnes convicti improbioris & inſignioris fraudis, fallaciæ, diſſimulationis atque impoſturæ, quæ ſpeciale proprii criminis nomen non habet. l.* 1. *l.* 3. §. 1. *h.*

2. Hoc crimine tenentur tum alii complures, tum illi, qui rem, alii oppignoratam, alii obligarunt, vel diſtraxerunt, diſſimulata priore obliga-

gatione. *d. l.* 3. §. 1. *l.* 1. *l. ult. C. h.* v. *l.* 21. *D. l.* 15. *C. ad L. Corn. de Falſ.* Ut & qui rem alienam, vel æs pro auro pignori dederunt. *l.* 2. *C. h l.* 16. §. 1. *D. de Pign. act. l.* 1. §. *ult. l.* 36. *eod.* & ſimiles.

3. Pœna eſt arbitraria. v. *l.* 3. §. 2. *h.* item infamia, ſi concurrat cum alia actione civili famoſa. *l.* 13. §. *ult. de His, qui not. inf.* Sin cum alia non famoſa, ſecus eſt. *l.* 2. *h.* vide *l.* 4. *D. de Prævaric.* & *l.* 7. *de Public. jud.*

TIT. XXI.

De Termino moto.

1. Hoc crimine tenentur, qui terminos, finium diſtinguendorum & ſervandorum cauſa, in agris poſitos, dolo malo propulerunt, avulſerunt, exararunt. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *pr.* & §. 2. *h. t.*

2. Pœna, ex lege Numæ Pompilii, erat, quod qui terminos vicini exaraſſet, cum bobus ſacer ſeu deteſtabilis eſſe jubebatur. *Feſt. in voce, Terminus, Dion. Halcarn. lib.* 2. *c.* 74. Quod convenit quodammodo cum legibus Moſaicis. *Deut.* 17: 17.

3. Jure novo pœna arbitraria extra ordinem infligitur. Honeſtiores temporaria relegatione; humiliores damnatione ad opus publicum, ſervi morte plectuntur. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. §. 1. 2. *h. t.*

4. Præter extraordinariam accuſationem, contra hujus criminis reos datur & actio popularis ex lege Agraria Caji Cæſaris, in quinquaginta aureos, nomine ſingulorum terminorum, ſive lapidum, loco motorum, fiſco inferendos. *d. l.* 3. *pr.*

5. Si

5. Si quis *ignorantia*, *aut fortuito*, id eſt, culpa dolo proxima, lapides alienos moverit, *verberibus decidere ſufficit*, inquit Calliſtratus in *l.* 2. *h. t.*

TIT. XXII.

De Collegiis & Corporibus.

1. Collegium eſt *plurium perſonarum*, *ejusdem poteſtatis & muneris*, *ac rerum*, *ad id pertinentium ſocietas*, *Principis auctoritate conſtituta*.

2. Dicitur, *plurium perſonarum*. Ad minimum trium. *l.* 85. *de V. S.* licet collegium, ſemel conſtitutum, rectè conſervetur etiam in uno. *l.* 7. §. 2. *Quod cuj. univerſ.*

3. Dixi, *Principis auctoritate*. Omnia enim collegia ſunt illicita, niſi nominatim auctoritate Principis permittantur. *l.* 1. *pr.* & *l.* 3. *pr.* §. 1. *h. t. Sueton. in Cæſ. c.* 42. Ratio prohibitionis in promptu eſt. v. *Sueton. in Aug. c.* 32.

4. Licita autem fuere collegia Pontificum. *l.* 2. §. 6. *de O. J. Sueton. in Aug. c.* 100. Argentariorum. *l.* 9. *pr. de Edendo.* Fabricenſium. *tit. C. de Fabric.* Publicanorum. *l.* 1. *Quod cuj. univerſ.* Item omnia, quæ vel religionis cujuscunque non interdictæ, *l.* 1. §. 1. *h. l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *l.* 11. *l.* 13. *l.* 14. *l. ult. C. de Judæis.* vel ſtudiorum cauſa, contrahuntur. *l.* 6. *C. de Profeſſ. & Med.* v. *Ovid. Lib.* 5. *Triſt. Eleg.* 3. v. 37. & *ſeq. Val. Max. lib.* 3. *c.* 7.

5. Collegia illicita ſunt omnia a Senatu vel Principe non probata. *l.* 3. §. 1. *h.*

6. Pœna in prohibitis collegiis coëuntium eſt arbitraria. *l.* 2. *de Extr. crim. l.* 1. §. *ult. de*

Off.

Off. Præf. urbi. vel domus publicatio, *l.* 15. *C. de Epiſc. & Cler.* vel pœna legis Juliæ de vi publicâ, *l.* 2. *h.* vel legis Juliæ Majeſtatis. *l.* 1. *l.* 4. *D. ad L. Jul. Maj.* vel collegii illiciti diſſolutio. *l.* 3. *h.* Plura v. apud *Briſſon. Select. Antiq. I. c.* 14.

7. Plures Extraordinariorum criminum ſpecies & pœnas vide apud *Ant. Matth. de Criminib. lib.* 47. *tit. ult. & ſeqq.*

TIT. XXIII.

De Popularibus Actionibus.

1. Actio Popularis eſt, *quæ ſuum Jus populo tuetur. l.* 1. *h.* ſeu, *quæ, Publici Juris tuendi gratiâ, cuivis è populo datur. d. L.* 1. *l.* 43. *§.* 2. *de Procur. l. un. §.* 2. *Ne quid in flum. publ.* Unde dicitur *Publica. l.* 30. *§.* 3. *de Jurej.* licet hæ actiones non deſcendant ex legibus Publicorum Judiciorum.

2. Si plures agere velint, admittitur is, cujus magis intereſt, vel quem Prætor exiſtimaverit magis idoneum. *l.* 2. *l.* 3. *§.* 1. *h. l.* 5. *§.* 5. *de His, qui dejec.*

3. Pœna in his actionibus regulariter cedit lucro actoris, *arg. l.* 12. *de V. S.* v. *l.* 7. *de Juriſd. l.* 5. *§.* 5. *& ult. D. de His, qui dej. vel. eff.* junct. *l. ult. de Litig. l.* 10. *de Jur. Fiſc.*

4. Aliquando tamen inter fiſcum & actorem dividitur. *l.* 25. *§. ult. ad SC. Syl.*

5. Aliquando tota fiſco cedit. *l.* 3. *de Term. mot.*

6. Actiones populares nec procuratorem admittunt, *l.* 5. *h l.* 42. *l.* 43. *§.* 2. *de Procur.* nec fidejuſſorem, *l.* 56. *§. ult. de Fidej.* nec arbitrum. *l.* 32. *§.* 7. *de Rec. arb.*

D I-

DIGESTORUM

LIB. XLVIII.

TIT. I.

De Publicis Judiciis.

1. PUblicum Judicium eſt, *in quo vertitur crimen, quod legibus Publicorum Judiciorum vindicatur, datâ cuivis e populo accuſandi poteſtate. l.* 1. *D.* §. 1. *I. b. t. l.* 43. §. 10. *de R. N.*

2. Quæ tamen accuſandi poteſtas cuilibet e populo negatur in publicis Judiciis Adulterii, & Suppoſiti partus. *l.* 30. *pr. C. ad L. Jul. de Adult. l.* 30. §. 1. *D. de Lege Corn. de Falſ.*

3. Publica crimina ſunt vel *capitalia*, vel *non capitalia.* Capitalia, *quibus damnato vel vita, vel libertas, vel civitas adimitur. l.* 133. *de V. S. l.* 4. *Si quis caut. l.* 13. *de Bon. poſſ.* §. 2. *I. b. t. l.* 63. §. *ult. pro Soc. l.* 209. *de R. J. l.* 59. *de Cond. & Dem.*

4. Non capitalia, *quibus reo, citra vitæ, libertatis, aut civitatis diſpendium, levior aliqua coërcitio imponitur. l.* 2. *b. t. l.* 6. §. *ult. & ll. ſeqq. D. de Pœn. d.* §. 2.

5. Communia publicorum judiciorum plurima ſunt, ex gr. (1. Morte rei perimuntur. *l.* 3. *l.* 6. *b. tit. Si reus vel accuſ. mort. fuer.* (Hæc Regula fallit (1. Si reus ſibi mortem conſciverit, nam *d. l.* 3. eſt accipienda de eo, qui ſuo fato functus eſt, non autem de eo, qui vi ſibi

 il-

illata deceſſerit. *tit. C. Si reus vel accuſ. mort. fuer. tit. D. de Bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſc.* (2. In crimine læſæ Majeſtatis, peculatus, &c. *l. 20. de Accuſ. l. ult. ad L. Jul. Pec. l. ult. ad L. Jul. Maj.* (3. Si heres ex delicto defuncti factus ſit locupletior. *l. 6. h. t. l. 5. de Calumn.* Ceterum in *d. l. 3.* verbum *permittitur* idem ſignificat, quod *remittitur*, vel *extinguitur.* Similia exempla vid. in *l. 37. de Pact. l. 6. §. ult. de Jur. Patron.* Haloander, inſerta particula *non*, legendum putat: *non permittitur:* ſed male; igitur, ſi quid emendandum eſt, melius legeretur *perimitur.*) (2. Infamiam irrogant damnatis. *l. 7. h.* (3. Non admittunt procuratorem, aut defenſorem. *l. pen. §. 1. h. l. ult. C. de Accuſ.* v. ſupra *tit. de Procurat. theſ. 7. & 8.* (4. Ordo exercendorum publicorum judiciorum (de quo v. *Briſſon. Select. Antiquit. 2. 1.*) exolevit, durante tamen legum pœna. *l. 8. h.* Sic tamen, ut omnes ferè pœnæ Conſtitutionibus Principum factæ ſint extraordinariæ. *l. 13. D. de Pœn. l. 7. §. ult. ad L. Jul. rep. l. ult. D. ad L. Fab. de Plagiar.*

TIT. II.

De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

Cod. 9. 1. 2.

1. Accuſatio eſt *criminis ad judicem delatio atque executio, publicæ vindictæ cauſa facta. §. 1. Inſt. de Publ. jud.*

2. Inſcriptio eſt *libellus accuſatoris, quo profitetur, ſe aliquem deferre ex lege alicujus publici criminis, eumque reum à ſe peractum iri.* Quod

ſit

ſit vel libello judici porrecto, vel querelâ in codice publico depoſita. *l.* 3. *D. l.* 8. & *l.* 16. *C. h. t. l.* 3. *C. de His, qui accuſ. non poſſ. l.* 2. §. *pen. D. ad L. Jul. de Adult.*

3. Subſcriptio eſt, *qua is, qui libellum accuſationis porrexit, teſtari debet, ſe profeſſum eſſe, quaque ſe obligat ad talionis pœnam, ſi victus fuerit, cavetque ſe perſeveraturum in crimine,* id eſt, *accuſatione, usque ad ſententiam. pr. Inſt. de Suſp. tut. l.* 3. §. 2. *l.* 7. *pr.* & §. 1. *D. l. ult. C. h. t. l.* 2. *C. de Exhib. & transm. reis. l.* 1. *l.* 2. *C. ad SC. Turp. l. ult. C. de Calumn. Suet. in Aug. c.* 32. *in Domit. c.* 9. *l.* 109. *de R. J.*

4. Inſcriptionis libello accuſatorem inſerere oportet annum & menſem, non item diem & horam commiſſi criminis. *l.* 3. *h.*

5. Inſcriptionis neceſſitas remittitur (1. Marito in crimine adulterii. *l.* 30. *C. ad L. Jul. de Adult.* (2. Mulieri ſuam ſuorumve injuriam perſequenti. *l.* 12. *C. qui acc. non poſſ.* (3. Parentibus liberorum, & liberis parentum mortem perſequentibus, arg. *l.* 2. *l.* 4. *C. de Calumn.* (4. Inquiſitori, & Nunciatori criminis, & Irenarchæ. *l.* 7. *C. h. l.* 6. *D. l. ult.* §. 2. *C. de Cuſtod. reor. d. l.* 2. *C. de Calumn.* v. *tit.* 75. *lib.* 10. *Cod.*

6. Accuſare poſſunt omnes, qui non prohibentur. *l.* 8. *h. t.* Prohibentur autem

7. (1. Mulieres, ſic ut ne maritos ſuos quidem criminaliter accuſare poſſint. *l.* 1. *C. ad L. Jul. de Adult.* exceptis quibusdam caſibus. v. *d. l.* 8. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 11. *l.* 13. *D. h. t. l.* 4. *l.* 9. *C. eod. l. ult.* §. *ult. ad L. Jul. de Ann. l.* 8. *ad L. Jul. Maj.* ubi pro *Julia* leg. *Fulvia*: pro *Judicium* autem leg. *indicium.* vid. *l.* 39. *ad L. Falcid. l.* 15. *de Præſcr. verb.*

8. (2. Impuberes. *d. l.* 8. *&* *l.* 2. §. 1. *b.* v. *l.* 4. *C. de Auct. præſt.*

9. (3. Filiifamilias, niſi conſentiente patre. *l.* 6. §. *pen. l.* 37. *ad L. Jul. de Adult.*

10. (4. Milites. *d. l.* 8. *b. t.* niſi in caſibus exceptis. *l.* 11. *D. b. l.* 8. *C. Qui acc. non poſſ. l.* 7. §. 1. *ad L. Jul. Maj.*

11. (5. Magiſtratus. *d. l.* 8. *b.* Scilicet quatenus non poſſunt durante officio ſuſtinere perſonam privati accuſatoris; Magiſtratus autem, merum habentes imperium, poſſe & debere ex nobili officio in reos animadvertere, certi juris eſt.

12. (6. Infames. *l.* 4. *d. l.* 8. *b. t.*

13. (7. Qui ipſi ſunt in reatu. *l.* 1. *l.* 19. *C. Qui acc. non poſſ. l.* 5. *de Publ. jud. Juven. Sat.* 2. *vſ.* 24.

14. (8. Pauperes. *l.* 10. *b. t.* Quales hic ſunt, qui non habent 50. aureos in bonis, quod hic eſt ſingulare, nec in aliis locum habet.

15. (9. Qui duas accuſationes diverſorum criminum contra duos reos inſtituerunt, prohibentur tertium accuſare. *d. l.* 8. *l.* 16. *C. de His, qui acc. non poſſ.*

16. (10. Servi. *l. pen. Cod. de His, qui accuſ.* exceptis paucis caſibus. v. *l.* 53. *de Judic. l.* 13. *b. t.*

17. (11. Liberi, liberti, alumni, familiares prohibentur accuſare parentes, patronos, patresfamilias *d. l.* 8. *in f. l.* 11. §. 1. *b. l. pen. & l. ult. C. Qui acc. non poſſ.*

18. Si plures proſiliant ad accuſationem, atque inter eos conveniat, omnes admittuntur. (v. *Tacit. Annal.* 2. *c.* 30. *&* 3. *c.* 66.) Sin minus, à Magiſtratu, qui cognitioni præeſt, unus è pluribus, qui maximè videbitur idoneus, per

di-

divinationem conſtituendus eſt. *l.* 16. *D. l.* 4. *C. h. l.* 2. §. *pen.* & *ult. l.* 29. §. *pen. D. ad L. Jul. de Adult.* v. *Cic.* & *Aſcon. Pedian. de Divinat.* Gell. 2. 4.

19. Accuſari nequeunt (1. Magiſtratus Majores, Legati, aliique, qui Reipubl. cauſâ abſunt. *l.* 12. *l.* 8. *h. l.* 48. *de Jud. Val. Max. lib.* 3. *c.* 7. *Sueton. in Jul. Cæſ. c.* 23. *in Aug. c.* 10. Ita tamen, ut durante officio accuſari poſſint criminis, in officio contra officium commiſſi. *l.* 4. *C. ad L. Jul. Repet.*

20. (2. Qui ab alio jam delati ſunt, ab alio ejusdem criminis deferri, vel accuſari prohibentur. *l.* 11. §. *ult. l.* 9. *C. h.*

21. (3. Si unum crimen pluribus legibus vindicatur, reus non niſi ex unâ poſtulari poteſt. *d. l.* 14. *D. h. t.*

22. (4. Servi in illis Judiciis publicis, in quibus pœna eſt vel libertatis, vel civitatis, vel bonorum amiſſio. *l.* 12. §. *ult. h. t.* In quibus tamen caſibus ſervi non effugiunt pœnam, ſed durior illis extra ordinem infligitur. *l.* 1. §. *ult. de Pœn. l.* 35. *de Injur.*

23. Accuſatio & pœna exſtinguitur (1. Morte rei ante ſententiam *l.* 6. *de Publ. Jud.* v. tamen *l.* 20. *h. t.* (2. Spatio 20. annorum à tempore commiſſi criminis. *l.* 12. *C. ad L. Corn. de Falſ.* Quod tempus non currit a tempore ſcientiæ, ſed a tempore delicti perpetrati, hoc enim tempus eſt continuum. Hæc autem præſcriptio etiam obſtat Judici, qui ratione officii in reum vult inquirere, arg. *d. l.* 12. *l.* 1. §. 3. & *ſeq. de Jur. Fiſc. l.* 2. *l.* 3. *de Requir. reis. l.* 13. *de Diverſ. temp. præſcr.* nec intereſt, an Judex ſciverit, crimen commiſſum fuiſſe, an vero

non. arg. *l. ult. C. de Præſcr. long. temp.* vid. *A. Matthæus de Crim. lib.* 48. *tit.* 19. *cap.* 4. *Playdoiez de Monſr. Le Maitre* 28. qui teſtatur, hanc 20. annorum præſcriptionem in Gallia locum habere. Excepto crimine adulterii. v. *l.* 11. §. 4. *& ſeqq. l.* 29. §. 5. *D. l.* 6. *C. ad L. Jul. de Adult.* Peculatus. *l.* 7. *D. ad L. Jul. Pecul.* & SCti Sylaniani. *l.* 13. *de SC. Sylan.* Horum enim trium criminum accuſatio inſtituenda eſt ad ſummum intra quinquennium continuum; non excipiuntur autem ab hoc crimine crimina læſæ Majeſtatis, nec Parricidii, nec Falſi, nec Apoſtaſiæ; quæ extinguuntur 20. annis. Non obſtant *l.* 13. *de SC. Sylan. l. ult. de L. Pomp. de Parric. l.* 19. *in fin. de L. Corn. de Fal. l.* 2. *C. de Apoſtat.* Nam ſenſus eſt, quod illa crimina poſſint accuſari *ſemper*, & quod nunquam extinguantur Civiliter & Juridice loquendo, quatenus eorum accuſatio non extinguitur quinquennio, ſed vicennio; pariter ut actiones Civiles dicuntur *perpetuæ*, quæ extinguuntur 20. vel 40. annis.

24. Morte accuſatoris non crimen, ſed accuſatio tollitur. *l.* 3. §. *ult. h. t.*

25. Inſtantia extinguitur biennio. *l.* 13. *C. de Jud. l. ult. C. Ut intr. cert. temp.* id eſt, accuſatio inſtituta intra biennium debet ad finem perduci. *l.* 5. *C. de Cuſt. reor.*

TIT.

TIT. III.

De Cuſtodiâ & Exhibitione reorum.

Cod. 9. 3, 4.

1. Judex poteſt reum præſentem, ubicunque latitantem, per apparitores apprehendere atque exhibendum curare. *l.* 2. *l.* 3. *C. de Exhib. reis. l.* 3. §. *ult. C. de His, qui ad Eccl. confug. l. un. C. de His, qui ad Stat. Princ. confug.*

2. Si reus abſit, poteſt Præſes à Judice Provinciæ, ubi is degit, deſiderare, ut cum proſecutoribus ad ſe remittatur. *l.* 7. *l.* 11. *h. t. Nov.* 134. *c.* 5. *l.* 7. §. *ult. tit. Præc.* Quo caſu reo triginta dierum dilatio concedenda eſt. *l.* 2. *C. de Exhib. reis.*

3. Reos apprehenſos Judex, pro criminum & perſonarum qualitate, honeſtate, dignitateque & facultatibus, vel carceri mancipat, vel militibus cuſtodiendos tradit, vel fidejuſſoribus, vel nudæ promiſſioni relinquit. *l.* 1. *pr. l.* 3. *l. ult. D. l.* 1. *l.* 3. *& Auth. Hodie. l. ult. C. h. t. l.* 16. *l.* 17. *C. de Dignit. Nov.* 134. *c.* 9. *Act. Apoſt. c. ult. vſ.* 16. *& c.* 12. *vſ.* 4. *& ſeq.*

4. Sic ut reus non temerè carceri ſit tradendus, niſi vel confeſſus convictusve ſit, vel criminis atrocitas arctiorem flagitet cuſtodiam. *l.* 2. *C. de Exhib. reis. l.* 5. *l.* 3. *D. h. t.*

5. Quin & interdum accuſator quoque cuſtodiæ mandatur, ut, ſi calumniæ convictus fuerit, ſimilitudinem ſupplicii patiatur. *d. l.* 2. *inf. C. de Exhib. reis. l. ult. C. de Accuſat.*

6. Qui fidejuſſores dare juſſus, reperire eos non poteſt, non eſt ad juratoriam cautionem

admittendus, ſed in carcere retinendus. *l. 6. §. 2. i. f. C. h. l. 6. §. 3. l. 12. C. de Appellat.* Non obſtat *Nov. 112. cap. 2.* Nam ibi agitur de cauſis civilibus, & pecuniariis, in quibus etiam is, qui fidejuſſorem invenire nequit, admittitur ad cautionem Juratoriam. *d. Nov. & Auth. Generaliter. C. de Epiſc. & Cler.* & ſupr. *tit. de Jurej. th.* 30. v. tamen *d. Auth. Hodie. C. h. t.* ubi hæc regula limitatur & exceptionem patitur in fœminis.

7. Rei in carcere humanè & commodè, pro qualitate delicti & perſonarum, ſunt accipiendi. *l. 1. & ult. C. h. l. 9. C. de Ep. aud. l. 8. §. 9. D. l. 6. C. de Pœn.*

8. Si reus, effracto carcere, in fugam ſe conjecerit, capite plectitur. *l. 38. §. ult. de Pœn. l. 13. §. 1. de Re Milit. l. 13. h. l. 1. de Effract.* Sin dolo vel culpâ latâ commentarienſis evaſerit, is arbitrariâ, & quandoque capitali pœnâ coercetur. *l. 8. l. 10. l. 12. l. ult. D. l. 4. C. h. t. l. 1. C. de Falsâ mon.* Commentarienſis autem vocatur cuſtos carceris, quia nomina captivorum, validitatem delictorum, aliaque, in commentarium ſive catalogum referre debet. *l. 45. §. 7. de Jur. Fiſc. l. 5. C. h. t.*

TIT. IV.

Ad Legem Juliam Majeſtatis. Cod. 9. 8.

1. Majeſtas in genere nihil aliud eſt, quam cujusque rei, vel perſonæ dignitas atque amplitudo; Quo ſenſu tribuitur etiam Senatui, & Magiſtratui, veluti Prætori. *l. pen. de J. & J. l. 9. de Juriſd. Gell. 13. 13. Vellej. Paterc.* 1. 10.

2. Hoc

2. Hoc loco eſt, *ſumma in cives, ac ſubditos, legibusque ſoluta, poteſtas. l. 1. b.*

3. Crimen læſæ Majeſtatis eſt *fraudulenta machinatio ſubditi contra majeſtatem, quâ quid adverſus ejus dignitatem, ſecuritatem, aut ſummam poteſtatem ſive directè, ſive indirectè, admittitur.*

4. Eſt vel crimen læſæ Majeſtatis in ſpecie dictum, *quod, ſine animo hoſtili, contra dignitatem atque exiſtimationem Principis, vel Reip. fit. l. ult. b. l. ult. C. de Abolit.* vel Crimen Perduellionis, *quod directo contra Principem, vel Rempubl. ejusque ſecuritatem, ac poteſtatem, ſumptis armis, initâve factione, vel aliter hoſtili animo admittitur. l. 1. §. 1. l. ult. b. t. v. l. 234. de V. S.*

5. Hæc crimina à ſolis ſubditis, non niſi contra eos, penes quos eſt Majeſtas, committuntur. *l. 1. & paſſim. b.*

6. Species criminis læſæ Majeſtatis, propriè dictæ ſunt, monetam falſam cudere, *l. 2. C. de Falſ. mon.* Ratio eſt, quia ſic quodammodò violatur imago & effigies Principis, quæ nummi formari ſolent. Statuas Principum violare, *l. 6. l. 7. §. ult. b. Tacit. 1. Ann. c. 72. & ſeq.* debitorem per vim æde ſacrâ extrahere, *l. 2. C. de His, qui ad Eccl. v. Nov. 17. c. 7.* privatos carceres habere, *l. 1. C. de Privat. carcer.* Principi maledicere. *l. 7. §. 3. b. l. un. C. Si quis Imp. maled. Tacit. Ann. 1. c. 72. & 3. c. 50.*

7. Species Perduellionis ſunt, dolo malo conſilium inire, quo obſides, injuſſu Principis, intercidant, homines, telis lapidibusve armatos, congregare, cœtus, conventusque agere, injuſſu Principis delectum habere, exercitum comparare, bellum gerere, imperium exercitumve Populi Romani deſerere, &c. *l. 1. l. 2.*

 l. 3.

l. 3. *l.* 4. *h. t.* Item confeſſum in judicio (ſcil. perduellionis) reum, & propter hoc in vincula conjectum, emittere. *l.* 4. *in f. h. t.*

8. Differentiæ inter crimen læſæ Majeſtatis & Perduellionis tum ex dictis, tum aliunde conſtant.

9. Pœna legis Juliæ, in utroque tam perduellionis, quam læſæ Majeſtatis crimine, olim fuit exilium, ſeu aquæ & ignis interdictio, poſteà verò humiliores beſtiis objici, vel vivi exuri, honeſtiores capite puniri cœperunt. *Paul.* 5. *tit.* 22. *Tac.* 3. *c.* 50. 51. *Nov.* 134. *c. ult.*

10. In crimine tamen Perduellionis memoria reorum etiam poſt mortem damnatur, pœna ad liberos extenditur, ſcilicet pœna infamiæ, amiſſionis, ſive publicationis bonorum & excluſionis a dignitatibus. *l.* 5. *& ſeqq. C. h. t. l.* 20. *C. de Accuſ. l.* 31. §. *ult. de Donat.* Filiæ tamen perduellium ex hereditate materna accipiunt Falcidiam, id eſt, legitimam, *d. l.* 5. §. 5. *C.* voluntas ſola punitur, bona fiſco cedunt, etiam conſcii tenentur, ſcilicet ſi crimen non detulerint; *l.* 2. *l.* 6. *de L. Pomp. de Parric.* qui tamen mitius extra ordinem puniuntur; ſola enim reticentia neminem facit reum perduellionis, qui vero fuit par & ſocius conjurationis tenetur pœna ordinaria; quo ſenſu intelligenda eſt *d. l.* 5. §. 6. 7. *C. h. t.* Sola ergo ſcientia & reticentia non ſufficit ad pœnam ordinariam. Non obſtant *l.* 1. §. 27. 28. *& ſeqq. & l.* 14. *de SC. Sylan.* nam quod ibi dicitur ſingulare eſt in ſervis, ut conſulatur ſecuritati dominorum, & ſi quæ ſunt ejusdem ſeveritatis alia. *l.* 5. *C. h. t.* cujus Legis interpretationem pete ex Ant. Matthæi *Comment. de Criminibus. lib.* 48. *tit.*

2. *cap.*

2. *cap.* 3. *n.* 3. Quid ſit memoriam reorum damnare, vid. apud *Suet. in Domit.* 23. *& Interpr. ad* §. 3. *Inſt. de Publ. Jud.* §. 5. *Inſt. de Hered. ab Inteſt. l. ult. D. l. ult. C. h. t. l.* 76. §. *ult. de Legat.* 2.

11. Singularia porrò in hoc judicio ſunt, quod ad ejus delationem & accuſationem etiam admittantur perſonæ alias accuſandi incapaces, *l.* 7. *l.* 8. *h.* Quod nulla dignitas tormentis eximatur, *l.* 3. *l.* 4. *C. h. l.* 10. §. 1. *de Quæſt.* & ſi quæ ſunt ſimilia certis legibus comprehenſa; nam, citrà expreſſam legis auctoritatem, nihil hic contra communes Juris regulas temerè cum Interpretum vulgò eſſe ſtatuendum, ratio æquitatis docet. v. *l.* 7. § 3. *h. t. l.* 11. *de Pœnis.*

12. Unde, ut alia crimina, ita & crimen læſæ Majeſtatis, viginti annorum præſcriptione tolli, verius eſt. *l.* 12. *C. ad L. Corn. de Falſ.*

TIT. V.

Ad Legem Juliam de Adulteriis coërcendis, Cod. 9. 9.

1. Adulterium, populariter & latius acceptum, comprehendit & ſtuprum, *l.* 6. §. 1. *h. t. l.* 3. *de Concub. l.* 101. *de V. S.* Unde Lex Julia promiſcuè utroque verbo utitur. *dd. ll.* Hæc Lex ab Auguſto fuit lata. *l.* 1. *h. t. Suet. in Aug.* 34. eam deſuetudine inumbratam in uſum revocavit Domitianus. vid. *Juven. Sat.* 2. 29. *& Mart.* 6. *Epigr.* 2. Legis autem Juliæ plura fuerunt capita, veluti de maritandis Ordinibus, de Fundo dotali, &c. adeo, ut 35 caput legis Juliæ numeretur in *l.* 19. *de R. N.*

vid.

vid. *Briſſon. in libr. Sing. de Adulteriis.*

2. Propriè eſt, *concubitus cum alterius uxore*, ſeu, *violatio ejus, quæ alteri nupta eſt. l.* 13. §. 2. *d. l.* 6. §. 1. *l.* 34. §. 1. *h. t.*

3. In concubinâ alterius, nec ſtuprum nec adulterium committitur. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *de Concub. l.* 16. §. 1. *de His, quib. ut ind.* Exceptâ eâ, quæ eſt in concubinatu patroni; quæ adulterii accuſari poteſt, ſed jure extranei: id eſt, cum ſubſcriptione in crimen, non jure viri. *l.* 13. *pr. h. l.* 41. §. 1. *de R. N.*

4. In ſponsâ verò alterius adulterium committi, conſtat ex *l.* 13. §. 3. *D. l.* 7. *C. h. t.* Ratio eſt, quia licet proprie non ſit uxor, propter ſpem tamen matrimonii in hac lege pro uxore habetur. *d. l.* 13. §. 1. *h. t.* junct. *l.* 6. *de Sponſal.* & *l.* 7. *C. h. t.* vid. *Hoſ. cap.* 4. *vſ.* 13. *Deuter. cap.* 22. *vſ.* 23. & 24.

5. Coitus mariti cum innuptâ, ut ex definitione, & paſſim ex textibus liquet, non eſt adulterium, ſed ſtuprum. *l.* 6. §. 1. *l.* 34. §. 1. *D. l.* 18. *C. h. t.* Diſſentiunt alii, & inter eos *Carpzov. part.* 2. *Pract. Crim.* 52. ad cujus argumenta reſpondet *Huber. ad tit. Inſt. de Publ. Judic. n.* 5. & *ad h. t. D. n.* 1. & 2.

6. Undè & illud conſequitur, maritum, qui duas ſimul uxores duxit, ſtupri, non adulterii reum eſſe. *d. l.* 18. *C. h. t. l.* 2. *C. de Inc. & Inutil. Nupt.* Licet mulier, ſciens duobus ſimul nupta, adulterium committat. *l.* 11. §. *pen. D. h. t. l.* 7. & *Auth. Hodie. C. de Repud. Nov.* 117. *c.* 11.

7. Accuſatio adulterii datur non omnibus, ſed marito, (etiam ex ſuſpicionibus) patri, fratri, patruo, & avunculo, juſtâ ex cauſâ. *l.* 2. §. *pen. D. l.* 30. *C. h. t.*

8. Sic

8. Sic tamen, ut maritus nec uxorem, nec adulterum, conſtante matrimonio, accuſare poſſit, ſed uxorem ante dimittere neceſſe habeat, quàm vel hanc, vel illum accuſet. *l.* 11. *C. h.* Quod tamen abrogatum eſt per *Nov.* 117. *c.* 8. *Auth. Sed novo C. h. t.*

9. Dimiſsâ uxore, adulterum vel adulteram pro arbitrio prius accuſare poteſt. *l.* 5. *h.* Niſi dimiſſa alteri nupſerit: tum enim adulter prius eſt accuſandus. *l.* 2. *pr. d. l.* 11. §. 11. *h.*

10. Extraneus adulterum, etiam conſtante matrimonio, accuſare poteſt. *l.* 39. §. 1. *h.* non adulteram, niſi maritum prius lenocinii convicerit. *l.* 26. *h.* Per extraneum intelliguntur reliqui extra maritum, quibus conceſſa eſt hujus accuſationis facultas, ut pater, frater, avunculus, patruus.

11. Sed nec mulier maritum hujus criminis poſtulare poteſt. *l.* 1. *C. h. Gell.* 10. 23. *Plaut. in Merc.* 4. *Sc.* 6. Nec minor 25. annis ad accuſandum admittitur, niſi ſui injuriam matrimonii perſequatur. *l.* 15. §. 6. *h. l.* 37. §. 1. *D. de Minor.*

12. Nemo poteſt adulterum ſimul & adulteram accuſare. *l.* 15. §. *ult. D. l.* 8. *C. h.*

13. Pœna adulterii ex Lege Juliâ non fuit capitalis, ſed relegatio. *v. l.* 11. *h. l.* 5. *D. de Quæſtion. l.* 29. §. 1. *h. l.* 14. *l.* 18. *de Teſtib. l.* 20. §. 6. *Qui teſt. fac. l.* 13. *de His, quæ ut indign. l.* 1. §. 2. *de Concub. l.* 4. §. 7. *de Re milit. Tacit.* 2. *Annal. c.* 50. *& lib.* 3. *c.* 24. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 19. *& DD.* ibi allegatos, & *Matth. de Crim. ad h. t.* Nec contrarium colligi poteſt ex *l.* 1. §. *ult. D. de Extr. crim. l.* 9. *C. h. t. l.* 18. *C. de Tranſ.* §. 4. *Inſt. de Publ. jud.* Nec ex *Virgil.* 6. *Æn.* v. 612. *& ſeq. Juven. Sat.* 2. v. 29. *& ſeq.*

14. Le-

14. Legi Juliæ derogatum eſt per Conſtitutionem Imperatoris Conſtantini, qui in adulteros, & adulteras gladio animadverti juſſit. *l.* 16. *C. de Pœn. l.* 30. *C. h.* Quod conſentit cum jure Moſaico. *Deut.* 22: 22. Quanquam Juſtinianus, exemplo peſſimo, pœnam gladii adulteræ remiſerit, quam verberatam in monaſterium detrudi juſſit. *Nov.* 134. *c.* 10. Leo Imperator pœnam, in adulterâ & adultero, iterum exæquavit, quatenus utrique naſum abſcindi juſſit in *Nov.* 32. v. *l. ult. C. h.* v. *Martial.* 2. *Epig.* 83. & 3. *Epigr.* 85.

15. Perſonæ vilis & abjectæ conditionis, ut famulæ contubernio junctæ, immunes ſunt à pœnâ legis Juliæ. *l.* 6. *D. l.* 23. *l.* 29. *C. h. tit.* cui reſpondet lex Moſaica, v. *Levit.* 19: 20. v. infra *theſ.* 22.

16. Præter pœnam capitis ex Lege Conſtantini mulier adultera, ut veteri, ita novo jure, amittit dotem, marito ceſſuram, ſimul cum donatione propter nuptias, & tantâ paraphernorum parte, quanta eſt tertia dotis. *l.* 11. §. 3. *h. l.* 47. *Sol. mat. Nov.* 17. *c.* 8. §. 2. Reliqua cedunt monaſterio, niſi quod deſcendentibus, ſi qui forte exſtent, bes, adſcendentibus autem triens deferatur. *Nov.* 134. c. 10. Quid Juris ſit, ſi matrimonium ſit ſine dote & donatione propter nuptias, vid. in *l. pen. C. de Repud.*

17. Verſâ vice, mulier, ſi maritus commiſerit adulterium, lucratur donationem propter nuptias, & ex reliquis bonis partem, tertiæ parti propter nuptias donationis reſpondentem; In reliqua Fiſcus admittitur, niſi adſint Deſcendentes, vel Adſcendentes ad tertium usque gradum, qui Fiſcum excludunt. *Nov.* 117. *c.* 2.

d. Nov.

d. Nov. 134. *c.* 10. *& ult.* vid. *infr. tit.* 20. *tb.* 22.

18. Licet autem Legis Juliæ ſanctio non fuerit capitalis, tamen patri permiſſum eſt, adulterum, cujuscunque conditionis, domi ſuæ deprehenſum, ſimul cum filiâ, in poteſtate conſtitutâ, occidere. *l.* 20. *& ſeqq. l.* 32. *h. t.*

19. Marito adulterum vilem domi ſuæ in ipſo adulterio deprehenſum, non autem uxorem occidere licet, quam, occiſo adultero, ſine morâ dimittere tenetur. *l.* 24. *h.* Differentiæ ratio, inter patrem & maritum, eſt in *l.* 22. *§. ult. h. t.* vide *Juven. Satyr.* 10. v. 311. *& ſeqq. Virgil. lib.* 6. *Æneid.* v. 612. *Gell.* 10. 23.

20. Accuſatio hujus criminis, ſoluto matrimonio, intra 60. dies, intra 5. annos vero, ſi id duret, inſtituenda eſt. *l.* 11. *§.* 4. *& ſeq. l.* 29. *§.* 5. *l.* 31. *D. l.* 5. *l.* 6. *l.* 28. *C. h. t.* v. *Ant. Matth. de Criminib. lib.* 48. *Tit.* 3. *cap.* 4. Ut pœnæ adulterii locus ſit, res ipſa loquitur, requiri dolum malum. *l.* 12. *l.* 13. *§.* 7. *l. pen. h. t.* præterea ut adulterium commiſſum eſſe liquido probetur. *l. ult. C. de Probat. l.* 16. *C. de Pœn. l.* 7. *D. de Pœn.* Ita tamen, ut ad hanc probationem aliquando poſſint ſufficere conjecturæ, *l.* 27. *l.* 34. *C. h. t.* vid. & *Nov.* 117. *cap.* 15. denique requiritur conſummatio delicti. *l.* 225. *de V. S.* junct. *l.* 23. *& l.* 25. *h. t.* quanquam aliquando conatus eodem jure cenſeatur, quam conſummatio. vid. *lib.* 1. *Feud. tit.* 5. *& lib.* 2. *Feud. tit.* 57.

21. Stuprum, propriè dictum, eſt *coitus cum puero, vel virgine, aut viduâ honeſtâ. l.* 6. *§.* 1. *h. §.* 4. *I. de Publ. Jud. l.* 101 *de V. S.*

22. Coitus cum ancillâ non eſt ſtuprum, nec lege Juliâ, aliove publico judicio vindicatur, ſed an-

ancillæ vitiatæ nomine privatis judiciis experiundum. vide *l. 6. pr. D. l. 23. l. 24. l. 25. l. 29. C. h. t. l. 25. de Injur. l. 39. l. 82. §. 2. de Furt. l. 9. §. 1. de Serv. corr.* v. ſupra *theſ. 15.*

23. Coitus cum meretricibus, utpote quæ licentiam ſtupri apud Ædiles profitebantur, extra Legis Juliæ pœnam eſt. *l. 13. §. 2. D. l. 22. C. h. t. pen. & ult. C. de Spect. & Scen. l. 39. de Furt. l. 4. §. 3. de Cond. ob turp. cauſ. Tac. 2. Annal. 85. Suet. in Tiber. c. 35.*

24. Pœna ſtupri, in ſtupratore honeſto, eſt publicatio dimidiæ partis bonorum, in humili coërcitio corporis, cum relegatione conjuncta. *§. 4. I. de Publ. Jud.* Hodie pœna ſtupri non violenti eſt, quod ſtuprator ſuo arbitrio cogatur, ſtupratam vel ducere, vel dotare, juxta Jus Canonicum. vid. *Cap. 1. & 2. X. de Adulter.* Jure autem Moſaico ſive Divino, ſtuprator tenetur ſtupratam dotare & ducere. vid. *Exod. 32: 16. Deut. 22: 29.*

25. Niſi quis, majore improbitate admodum honeſtas & pudicas pravis perſuaſionibus & illecebris, vel prece, vel pretio, vel vi corruperit, aut circumvenerit: tum enim, perfecto flagitio, extra ordinem capitalis pœna irrogatur. *l. 1. §. ult. D. de Extr. Crim.* Quid Juris ſit, ſi quis virginem immaturam ſtupravit, vid. *l. 38. §. 3. de Pœn. l. 25. de Injur.* De pœna tutoris, qui corrupit pupillam ſuam, vid. *l. un. C. Si quis eam cuj. tut. fuer.* (IX. 10.) De pœna ſtupri violenti, *l. 29. §. ult. h. t.* Scilicet tanquam vis publica punitur deportatione, imo & quandoque ultimo ſupplicio, exemplo raptoris, arg. *l. 5. §. ult. h. t.* De pœna mulierum, quæ ſe propriis ſervis junxerunt, vid. *l. un. C. de Mulier.*

quæ

quæ ſe propr. ſerv. junxerunt. & de pœna ſervorum. *d. l.* de pœna mulierum liberarum, quæ ſe ſervis alienis junxerunt §. 5. *Inſt. de Succ. ſubl. l. un. C. de S. C. Claudiano tollendo.* præter pœnam legitimam ſtupri violenti etiam ſtuprator violentus a fœmina vel patre ejus impune occidi poteſt. vid. *l.* 1. §. 4. *ad L. Corn de Sicar.*

26. Inceſtus eſt *fœda & nefaria maris ac fœminæ conjunctio & commixtio, contra reverentiam ſanguini debitam.* v. ſupra *tit. de R. N. th.* 24. *& ſeq.*

27. Dividitur (1. In inceſtum cum adulterio ſtuprove, vel eum illicito matrimonio conjunctum. (2. In inceſtum contra jus Gentium, vel contra jus Civile commiſſum. §. 1. *Inſt. de Nupt. l. ult. de R. N. l.* 38 *D. h. t.*

28. Pœna inceſtus jure Romano eſt deportatio. *l.* 5. *de Quæſtion. Nov.* 12. *c.* 1.; licet aliquando locus ſit pœnæ leviori, Jure divino ultimum ſupplicium. *Levit.* 18: 26. *& ſeq. Deuter.* 27. v. 20. *& ſeq.* Si mulier commiſerit inceſtum contra jus Gentium, æque tenetur pœna ordinaria ac vir, ſi autem contra jus Civile per adulterium aut ſtuprum inceſtum commiſerit, tantum tenetur pœna adulterii vel ſtupri. *l.* 38. *pr. &* §. 2. *h. t.* Si autem per matrimonium errore juris contractum commiſerit inceſtum, excuſatur a pœna. *l.* 57. *de R. N.*

29. De raptu virginum vide *tit. ſeq.* Infaudæ vel monſtroſæ Veneris, ſeu Sodomitici ſceleris, variæ ſunt ſpecies. Quod cum ſit contra naturæ legem, tam Civili, quam Divino jure, ultimo ſupplicio punitur. v. §. 4. *I. de Publ. Jud. l.* 31. *C. h. t. l.* 1. §. *ult. de Extr. Crim. Nov.* 77. *Nov.* 141. *Vide Levit.* 20: 13. 15. 16. *& c.* 18: 22. 23. *Exod.* 22: 19. *Deut.* 27: 21. *Geneſ.* 19. *Jud.* 19. *&* 20.

TIT. VI.

Ad Legem Juliam de Vi Publicâ.
Cod. 9. 12.

1. Vis eſt *majoris rei impetus, qui repelli non poteſt, l. 1. l. 2. D. Quod met.* Eſt vel divina, vel humana. Divina eſt fatum, tempeſtas, terræ motus, & ſimilia. *l. 15. §. 2. l. 25. §. 6. Loc. Cond. l. 24. §. 4. de Damn. inf.* Humana eſt vel hoſtium, vel civium. Civium eſt vel juſta, vel injuſta. Juſta, quæ jure fit. v. *l. 3. de J. & J.* Injuſta, quæ fit contra jus & fas, quam ſolam coërcet Lex Julia, ab Auguſto, ut videtur, lata.

2. Eſt vel publica, vel privata. Publica olim propriè erat, quam perſona publica, quæ cum imperio & poteſtate erat, inferebat. Privata, quam privatus. *Paul. 5. Sentent. 26. pr.* Jure novo vis publica definitur, quæ fit armis. *§. 8. I. de Publ. jud. l. 1. b. t. D. de Vi & Vi arm.*

3. Armorum appellatione continentur non modò ſcuta, gladii, & galeæ, ſed & fuſtes, lapides, aliaque, quibus vis fieri poteſt. *§. 5. I. de Publ. jud. l. 9. l. pen. §. 1. b. §. 6. I. de Interd. l. 233. §. 2. de V. S. Cic. pro Cæc. c. 21.*

4. Ratio definitionis vis publicæ & privatæ, & diverſæ pœnæ eſt: Quia privatis hominibus interdictum erat armorum uſu. *l. 1. & t. t. C. de Fabricenſ. l. un. C. Ut arm. uſ. inſc. Princ. interd. ſit.* (XI: 46.) *Nov. 85. c. 1. 2.* Olim in Urbe tantum arma habere prohibitum fuit; *Cic. pro Mil. Plin. Hiſt. Nat. 34. 14.* Poſteà Lex Julia etiam in agro, aut villâ arma habere prohibuit, niſi hereditate delatâ, vel ſalutis tuendæ, itineris, venationis,

aut

aut promercii cauſa *l. 1. l. 2. l. pen. §. ult. h. t.* & *l. 2. C. Quæ res export.* Donec tandem, Principum Conſtitutionibus, arma privatis penitus ademta ſunt. *dd. ll. d. Nov. 85. c. 1.* & *ſeq.*

5. Lege Juliâ de vi publicâ tenentur, qui arma, extra uſum permiſſum, domi ſuæ, rurive in villâ coëgerint; turbæ, vel ſeditionis cauſâ homines in armis habuerint; qui cum armis hominibuſque armatis incendium fecerint, villas expugnaverint, bona rapuerint, poſſeſſorem de domo agrove, aut nave dejecerint; qui, cum telo, dolo malo, in concione, aut judicio fuerint. *l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 10. l. 11. D. h.* Ut & qui vim atrociorem aut improbiorem, licet ſine armis, fecerint. *v. l. 3. l. 5. l. 6. l. 7. l. 8. l. 10. l. ult. h. l. 8. de Sep. Viol.*

6. Pœna Legis Juliæ de vi publicâ eſt aquæ & ignis interdictio, ſeu, quæ in locum ejus ſucceſſit, deportatio. *l. 10. §. ult. h. Paul. 5. Sent. 26. §. 8. I. de Publ. jud.* Quamquam ſæpe pro ratione perſonarum, aliarumque circumſtantiarum, exacerbetur. *v. l. pen. D. l. 6. l. 8. C. h. l. 28. §. 10. de Pœn. l. un. C. de Rapt. Virg.*

7. Ad ſpecies vis publicæ, graviorem que animadverſionem, pertinet etiam Raptus Virginis, vel Viduæ, vel Sanctimonialis, vel Nuptæ *§. 8 I. de Publ. jud. l. 5. §. ult. h. t. l. un. C. de Rapt. Virg.* Cujus pœna eſt ultimum ſupplicium, etſi ſtuprum, vel adulterium, non fuerit ſubſecutum; idque non modò in ipſo raptore, ſed & miniſtris atque adjutoribus; non modò in maribus feminas, ſed & in feminis mares rapientibus, etſi raptus in ſponſo, ſponſave rapientis ſit commiſſus. *d. l. un.* ſive mulier invita, ſive volens, ſed invitis, vel ignorantibus, parentibus,

bus, malis artibus ſeducta, rapta ſit. *d. l. un.* §. 2. v. *Nov.* 143. 150. *Nov. Leon.* 35.

8. Præter ultimum ſupplicium, bona raptoris, & eorum, qui eum in ipſâ rapinâ comitati ſunt, pleno jure addicuntur raptæ, ſi ingenua ſit. *d. l. un.* §. 1. Si Sanctimonialis ſit, vel Diaconiſſa, ipſi uſusfructus, proprietas monaſterio cedit. *l.* 54. *C. de Epiſc. & Cler.*

9. Hoc amplius, raptæ interdictum eſt nuptiis raptoris; adeo ut, ſi parentes in eas conſentiant, deportandi ſint; raptæ autem, ſi raptori nubat, bona parentibus non conſentientibus applicentur, aut fiſco, ſi hi deficiant, aut conſentiant. *d. l. un.* §. 2. *in f. Nov.* 143. 150.

10. Raptor denique in ipſâ flagranti rapinâ deprehenſus, a conſanguineis, tutoribusque, & curatoribus raptæ, impunè occidi poteſt. *d. l. un.* nec ullo fori privilegio, aut præſcriptione uti, nec condemnatus â ſententiâ appellare poteſt. *d. l. un. med. princ.*

11. Cum autem dicta Conſtitutio loquatur de *Virginibus*, verius videtur, ejus ſanctionem ad meretrices non pertinere. Quod confirmatur per *l.* 22. *l.* 29. *C. ad L. Jul. de adult. l.* 39. *D. de Furt.*

TIT. VII.

Ad Legem Juliam de Vi Privatâ. Cod. 9. 12.

1. Vis privatæ Rei ſunt, qui ex naufragio quid dolo malo rapuerint; qui, convocatis hominibus, vim fecerint, ut quis verberaretur, pulſaretur, neque homo occiſus ſit; aut fecerint, quo minus quis in Jus produceretur; ut quis

quis ex agro ſuo ſine armis dejiceretur; quive ipſi dejecerint aut ſpoliaverint; qui quæſtionem de alieno ſervo habuerint; qui improbè coiverint in alienam litem; qui debitori ſuo debitum per vim extorquere conati fuerint, & quæ ſunt id genus aliæ hujus criminis ſpecies & exempla, vide *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *& paſſim. D. l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *& ſeqq. C. h. t.* Ex quibus apparet, delicta nonnulla cadere tam in privatam, quam in publicam vim & utroque Juliæ legis capite vindicari.

2. Pœna vis privatæ eſt publicatio tertiæ partis bonorum cum infamiâ. *l.* 1. *l. ult. D. l.* 2. *h. l.* 12. §. 4. *D. de Accuſat.* §. 8. *I. de Publ. Jud.*

3. Qui debitori vim, extorquendi debiti causâ, fecerit, etiam jus crediti amittit. *l.* 7. *h. l.* 12. §. *ult. l.* 13. *Quod met.*

4. Qui poſſeſſori rem ſuam vi abſtulit, dominium amittit: ſin alienam, ſeu poſſeſſoris propriam, eam cum æſtimatione reſtituere tenetur. *pr. Inſt. de Vi bon. rapt. l.* 7. *C. unde Vi.* v. *& l.* 10. *C. eod. l.* 4. *C. Fin. reg. Nov.* 63. *c.* 1. *pr. Nov.* 52. *c.* 1. *Nov.* 134. *c.* 7.

TIT. VIII.

Ad Legem Corneliam de Sicariis & Veneficis. Cod. 9. 16.

1. Legis Corneliæ, quam de Sicariis & Veneficis tulit Lucius Cornelius Sylla, tria maximè nota fuere capita, de Sicariis, de Veneficis & Incendiariis.

2. Sunt autem Sicarii proprie homicidæ, qui ſicas, hoc eſt, parvos & incurvos gladios, ſeu, ut Lipſius interpretatur, enſes falcatos ſub ve-

ſte tectos habent, iisque homines, non modò nocte & in ſolitudine, ſed ſæpe medio die in turbâ per inſidias, non opinantes dolo malo occidunt.

3. Quanquam, hoc titulo, Sicarii latius appellantur, non modò qui ſicas geſtant, ſed etiam qui quovis alio telo utuntur, ad homines dolo malo occidendos. *§. 5 I. de Publ Jud. l. 1. h.* v. *l. 233. §. 2. de V. S. l. pen. §. 1. ad L. Jul. de vi Publ. l. 1. §. 17. ad SC. Sylan. l. 7. §. 1. ad L. Aquil. Quintil. 10. Inſtit. Orat. c. 1. & Declam.* 350.

4. Ut & qui, etiam ſine telo, conſulto & deliberato animo, hominem occiderunt, ſive falſum teſtimonium, in capitali judicio, dicendo, ſive innocentem damnando, ſive aliis modis. v. *l. 1. D. h. l. 3. §. ult. de Inc. ruin. l. 4. de Agn. & al. lib. l. 2. C. de infant. expoſ. l. 15. §. 1. h.*

5. Sed &, legis interpretatione, pro ſicariis habentur, & hoc judicio tenentur, qui hominis occidendi, furtive faciendi causâ, cum telo ambulant, ſeditiones concitant, homines caſtrant, quive caſtrari ſe patiuntur, qui Chriſtianos, aliosque non Judæos, circumcidunt. *l. 1. l. 3. §. 4. l. 4. §. ult. l. 5. l. 6. l. 11. h. t. l. 16. §. 8. de Pœn. l. 1. l. 2. C. de Eunuch. Nov.* 142.

6. Nec refert, cujus conditionis hominem quis occiderit, liberum an ſervum, vilem an melioris conditionis. *l. 12. §. ult. de Accuſat. l. 1. §. 2. l. 11. §. 1. 2. h. t. Macrob. 1. Saturn. 11. Quintil. Declam.* 291. nec intereſt, jure novo, alienum quis an proprium ſervum occiderit. *d. l. 1. §. 2. h. l. 5. D. de Accuſ. l. un. C. de Emend. ſerv. l. 2. D. §. 2. I. de His qui ſunt ſui, vel al. juris.*

7. De his, qui ſibi infeſtas manus inferunt, vide infra *tit. de Bon. eor. qui ante ſent.*

8. Poe-

8. Pœna Legis Corneliæ fuit deportatio & omnium bonorum publicatio. *Suet. in Jul. c.* 42. Poſteà in honeſtioribus deportatio, in humilioribus pœna capitis. *l.* 3. *§. pen. & l. pen. D. h. t.* Denique in omnes indiſtinctè capitis pœna ſancita eſt. *§.* 5. *I de Publ. jud. l.* 3. *C. de Epiſc. aud. l. un. C. de Raptu Virg. Exod.* 21: 12. *Levit.* 24: 17. Sic tamen, ut gravius animadvertatur in ſicarios propriè dictos, & famoſos latrones. *l.* 28. *§. pen. de Pœn.*

9. A pœnâ Legis Corneliæ immunes ſunt, qui perduelles, transfugas, deſertores militiæ, furem nocturnum, & diurnum, ſi is telo ſe defendat, latronem, nocturnum agrorum populatorem, ſimileſque, quos leges impunè occidere permittunt, peremerunt, *l.* 8. *§.* 2. *de Pœn.* (ubi cum Cujacio leg. ad *hoſtes autem transfugæ* deleta vocula *item*) *l.* 35. *D. de Relig. l.* 3. *§. ult. h. l.* 1. *l.* 2. *C. Quand. lic. unic. vend. ſe, vel publ. devot. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *C. h. l.* 4 *l.* 45. *§.* 4. *ad L. Aquil. l.* 9. *D. h. l.* 54. *§.* 2. *de Furt.* Quo pertinent & Virginis raptor, violentus ſtuprator, & quandoque adulter, in flagranti delicto deprehenſi. *l.* 20. *& ſeqq. ad L. Jul. de adult. l. un. C. de Rapt. virg. l.* 1. *§. pen. h.*

10. Sed & ab omni pœnâ excuſatur, qui hominem peremit non dolo, ſed caſu. *l* 1. *C. h. l.* 5. *§. ult. l.* 11. *§.* 2. *de Pœn.* Ei, qui culpa, etiam latâ, occidit, non gladii, ſed mitior pœna extra ordinem infligitur. *l.* 1. *§.* 3. *h. t.* (ubi pro *cauſa* leg. *caſu*, & recte opponitur voluntati, non autem *cauſa*. Vid. *Noodt.* 4. *Probab* 7. *&* 8. quæ emendatio confirmatur per *l.* 32. *in fin. pr. ad L. Jul. de adult. & l.* 5. *C. h. t.*) *l.* 3. *§.* 2. *l.* 4. *§.* 1. *l.* 14. *D. l.* 5. *C. h. l.* 16. *§* 8. *de Pœn.* quia lata culpa hic dolo

non comparatur. *l.* 7. *h. l.* 23. §. 9. *ad L. Aq. l.* 23. §. 2. *de Æd. Ed.* vid. tamen infr. *ib.* 24. Latæ culpæ & juſti doloris exempla vid. in *l.* 1. §. *ult. h. t. l.* 38. §. 8. *ad L. Jul. de adulter. l.* 4. *C. eod. l.* 3. §. 3. *de SC. Sylan.*

11. Qui, moderamen inculpatæ tutelæ non excedentes, occiderunt adverſarium, ob defenſionem vitæ, vel pudicitiæ, nullo modo puniuntur. *l.* 3. *de J. & J. l.* 1. *C. Unde vi. l.* 4. *l.* 45. §. 4. *ad L. Aq. l.* 1. §. 4. *h. l.* 8 §. *pen. Quod met.* Aliud juris eſt, ſi ob ſolam bonorum defenſionem; niſi ſit cum periculo vitæ conjuncta. *d. l.* 1. *l.* 3. §. 9. *de Vi & vi arm.* arg. *l.* 52. §. 1. *ad L. Aquil. l.* 9. *h.*

12. Non excuſat error in perſonâ, ut ſi quis Titium volens occidere, Sempronium occiderit. arg. *l.* 18. § 3. *de Injur. l.* 5. §. 1. *de Serv. corr.*

13. In dubio cædes præſumitur facta dolo malo. *l.* 1. *l.* 5. *C. h. l.* 5. *C. de Injur.* Ratio eſt, quia is, qui cædem committit, verſatur in re illicita, & ſic non obſtat regula, *quod quisque in dubio præſumatur bonus*, in *l.* 51. *in fin. Pro. Soc.* nam ibi agitur de ſociis, qui verſantur in re licita. Niſi genus teli, aliæve circumſtantiæ, hanc ſuſpicionem ac præſumptionem evertant. *l.* 1. §. 3. *D. l.* 5. *C. h. l. un. C. de Emend. ſerv. l.* 6. §. 6. *de Re mil. Numer. c.* 35. *vs.* 15. *& ſeqq.*

14. Non refert, an cæſus ſtatim animam efflaverit, an poſteà, ex lethali vulnere, moriatur. *l.* 15. §. 1. *l.* 51. *ad L. Aquil. l. un. C. de Emend. ſerv. Exod. cap.* 21. *vs.* 18. *& ſeqq.*

15. Si quis hominem, lethaliter ab alio vulneratum, occiderit, uterque pœna gladii tenetur, quia in Lege Corneliâ dolus pro facto accipitur. *l.* 7. *h. v. l.* 51. *ad L. Aquil.* cui non eſt contraria *l.* 11. §. 3 *eod.* v. & *l.* 15. §. 1 *eod.* De conciliatione

hisharum legum vid. *A. Matth. de Crimin. lib.* 48. *tit.* 5. *cap.* 3. *n.* 19. Ceterum hæc quæſtio eſt ſupervacua quatenus pertinet ad jus Romanum & Legem Corneliam de Sicariis, ubi dolus habetur pro facto, non autem in damno injuria dato.

16. Si in rixâ & turbâ homo percuſſus perierit, ictus uniuscujusque in hoc collectorum contemplari oportet. *l. ult. D. h.* Collecti hic ſunt convocati, ſive congregati, *l.* 1. §. 3. *de Pact. l.* 21. §. *pen. Qui teſt. fac. l.* 21. § 2. *C. de Teſtam.* Ceterum de hac quæſtione plura vid. apud *A. Matth. de Crimin. lib.* 48. *tit.* 5. *cap.* 3. *n.* 20. & *Wiſſenb. ad L. Aquil. th.* 13.

17. Tantum de Sicariis. Venefici ſunt, qui vel veneno hominem occidunt, vel, hominis necandi causâ, venena mala faciunt, vendunt, habent.

18. Mala venena dicuntur, quæ non ſanandi, ſed tantum occidendi causâ, conficiuntur. v. *l.* 236. *de V. S. l.* 3. §. 2. 3. *h. l.* 4. §. 1. *Fam. erc. l.* 35. §. 2. *de Contr. emt. l.* 23. §. 3. *de Ædil. Edict.* ubi pro *medicamentum pro veneno ſumit*, leg. *venenum pro medicamento ſumit.*

19. Sed & ex SCto tenentur, qui mala ſacrificia, ſacraque impura nocturnave incantandi, interficiendive causâ, peragunt. *l.* 13. *h. Paul.* 5. *Sent.* 23. §. 9. 10. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 7. *l. ult. C. de Pag.* & *ſacrif. Exod.* 22; 20.

20. Denique magi, mathematici, augures: aruſpices, vates, arioli, ſomniorum conjectores, ſortilegi, omneſque alii divinatores, Lege Corneliâ tenentur. *Paul.* 5. *Sent.* 21. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *C. de Malef.* & *Mathem.*

21. Pœna veneficii, non ſecus ac cædis, eſt gladius. §. 5. *I. de Publ. jud. l.* 28. § 9. *de Pœn. l.* 1.

C. de Malef. Ut & eorum, qui ſacrificia impia fecerunt, item magorum ac divinatorum, qui tamen quandoque & igne puniuntur. *l.* 3. *l.* 6. *C. de Malef.* Sed & libri eorum, ut & quilibet improbatæ lectionis, flammis conſumuntur. *l.* 4. §. 1. *D. Fam. erc. Paul. Sent.* 5. *tit.* 23. §. *pen. l.* 3. *C. de Summ. Trinit. l.* 6. §. 1. *l.* 8. §. 5. *l.* 16. *in f. C. de Hæret. l.* 10. *C. de Epiſc. aud. Nov.* 42. *c.* 1. §. 2.

22. Eadem pœna manet eos, qui divinatores conſulunt. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 8. *C. de Malef. & Math. Paul.* 5. *Sent.* 21. §. 3. *Exod.* 20: 6. *Deut.* 18: 10.

23. Quod autem Conſtantinus in *l.* 4. *C. de Malef.* maleficia & incantationes, in bonum finem adhibitas, probat, & omnis pœnæ metu liberat, nullo colore excuſari poteſt in Imperatore Chriſtiano. v. *Nov. Leon.* 65. nequidem eo prætextu, quaſi hæc lex promulgata ſit eo tempore, quo Conſtantinus nondum fuerit baptizatus & initiatus religioni Chriſtianæ; nam *d. l.* 4. eſt lata A. C. 321, cum Conſtantinus jam Chriſto nomen dederit anno 312. vid. *Sand.* 5. *Decis.* 9. 13. Ulpianus in *l.* 1. §. 4. *de Extr. cogn.*, licet ethnicus, improbat & ridet hanc ſuperſtitionem. Qua pœna Friſiorum Curia affecit incantatorem, qui ſolebat curare morbos per chartas, quibus inſcripta erant verba quædam Euangelii Joannis, vid. ap. *Sand.* 5. *Decis.* 9. 13.

24. Qui, ſi non malo animo, at malo certè exemplo, venenum potionemve ad concitandum amorem, aut conceptionem dederint, mitius extra ordinem, veluti relegatione, puniuntur. *l.* 3. §. 2. *h.* Niſi inde mulier, aut partus perierit; tunc enim ultimo ſupplicio plectuntur *l.* 38. §. 5. *de Pœn.* Scilicet ex quo mulier erat gravi-

vida. Sic enim intelligenda ſunt verba *mulier aut homo*: ſic etiam *Juven. Sat. 6. vſ. 595.* quanquam impropria & figurata locutione; homo enim nondum natus nondum eſt homo, ſed ſpes hominis. *l.* 9. §. 1. *ad L. Falcid. l.* 1. §. 1. *de inſp. ventr. l.* 161. *de V. S.* Qui, vel quæ abortionis poculum ſcientes dant, vel ſumunt, vix eſt, ut dolo carere poſſint, quicquid diſſentiat Paulus in *d. l.* 38. §. 5. v. *l.* 39. *eod.* & *l.* 8. *h. t. l.* 4. *de Extr. crim.*

25. Incendiarii ſunt, qui dolo malo incendium fecerunt. *l.* 1. *l.* 10. *h. l.* 5. *ad L. Jul. de Vi publ.*

26. Pœna, pro ratione circumſtantiarum, nunc levior eſt, nunc gravior; ſic tamen, ut plerumque hujus criminis convicti, vincti, verberatique vivi comburantur. *d. l.* 10. *h. l.* 9. *de Incend. ruin. l.* 16. §. *pen. l.* 28. §. 12. *de Pœn. l.* 11. *C. de His qui accuſ. non poſſ.*

27. Si culpa, non dolus, incendio cauſam dederit, civiliter agendum ex Lege Aquilia, & Actione incenſarum ædium. *d. l.* 9. *l. pen. de Inc. ruin. d. l.* 28. §. 12. *l.* 7. §. 13. *de Pact. l.* 2. *C. de L. Aquil. Paul.* 5. *Sent.* 3. §. *ult.* vel, ſi reus non ſit ſolvendo, quandoque corporali animadverſione plectitur. *d. l. pen. l.* 3. §. 1 *de Off. Pr. Vig.*

TIT. IX.

De Lege Pompejâ de Parricidiis. Cod. 9. 17.

1. Parricidii vox, latius accepta, quamcunque atrociorem cædem deſignat; *Feſt. in Parricidium. Sueton. in Cæſ. c.* 42. *l.* 2. §. 23. *de O. J.* ſtrictiore ſenſu, eſt Patris cædes.

2. Quan-

2. Quanquam Lege Pompejâ, à Pompejo Magno latâ, puniuntur non modò qui patrem, matremve, avum vel aviam, ſed & qui liberos, fratres, ſorores, patrueles, matrueles, patruos, avunculos, amitas, conſobrinos, maritum, uxorem, ſocerum, generum, vitricum, novercam, privignum, patronum, ſponſum, ſponſamve, parentesve eorum occidunt. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *h.* §. 6. *l. de Publ. jud. l. un. C. de His, qui parent. vel. liber. occid.* Per *patrueles* hic intelligendi ſunt fratres conſanguinei, id eſt, eodem patre nati, per *matrueles* autem fratres uterini, ſive eadem matre nati, quæ indoles & ſignificatio horum verborum auctoritate ſolius Martiani nititur; certe hic intelligi non poſſunt duorum fratrum vel ſororum, aut fratris & ſororis liberi, ſic enim appellatione *conſobrinorum* in ſequentibus comprehenduntur, qui generaliter comprehendunt conſanguineos atque uterinos. *l.* 1. §. 6. *l. ult.* §. 15. *de Grad. & affin.* nec recte præpoſiti fuiſſent patruo, avunculo, amitæ, materteræ, qui tertio gradu ſunt, cum fratris & ſororis liberi ſint quarto gradu. vid. *Matth. de Crimin. ad h. t. cap.* 1. §. 4.

3. Parentum appellatione continentur non modò legitimi, ſed & naturales. *l.* 220. *de V. S. l.* 4. §. *ult. l.* 6. *de in jus voc.*

4. In *l.* 3. *D. h. t.* expunctâ particulâ *non*, pro *propriove*, haud dubie legendum eſt, *propiorve.* Hæc emendatio confirmatur arg. *l.* 1. §. 1. *ad L. Jul. repet. l.* 4. *de Teſtib. l.* 5 *de injur.*

5. Pœna Parricidii, Moribus Populi Romani olim inſtituta, Lege Pompejâ confirmata, eſt, ut parricida, virgis ſanguineis cæſus, culeo ſive ſacco, qui plerumque fiebat ex corio bovis, & ali-

aliquando etiam ex alia materia, inſutus cum cane, gallo gallinaceo, viperâ & ſimiâ, in vicinum mare, aut, pro regionis qualitate, in flumen projiciatur. *l. 9. h. §. 6. I. de Publ. jud. l. un. C. de His, qui parent. vel lib. occider. Cic. pro Sext. Roſc. c. 11. 25. 16. Ovid. Metam. lib. 8. v. 96. & ſeq. Sen. 1. de Clem. c. 15. & 23. Juven. Sat. 8. v. 213. Sat. 13. v. 154. & ſeqq. Sueton. in Aug. c. 33.*

6. Conſcii, & miniſtri hujus criminis ultimo ſupplicio plectuntur, vel relegantur. *d. §. 6. l. 7. l. 2. h. t.*

7. Ceſſat pœna parricidii, ſi filius patrem, vel pater filium patriæ proditorem, occiderit. *l. 35. D. de Relig. Cic. de Offic. 1. c. 17. & 3. Offic. c. 4. 23. Val. Max. lib. 5. c. 6.* ut & in caſu *legis 5.* (ubi *jure latronis* idem eſt, quod *more latronis*) *& legis 9. §. 2. h. t.* junct. *l. 13. & 14. D. de Offic. Præſ.*

8. Si liberi, citra cædem, parentibus vim faciant, Jure Divino, capite, *Exod. 21: 15.* Jure Civili, pro ratione admiſſi plectuntur. *l. 1. §. 2. de Obſeq. par. & patr. l. 3. l. 4. C. de Patr. pot. v. Meurſii Them. Attic. lib. 1. cap. 2.*

9. Pater, qui filium contra pietatem durius & atrocius, quam fas eſt, tractat, invitus eum emancipare cogitur. *l. ult. Si quis à par. man. fuer. arg. §. 2. I. de His, qui ſunt ſui vel al. jur.*

10. Unde conſtat, quantum receſſum ſi ab illo rigido patriæ poteſtatis jure, quo patribus olim liberos impune occidere licuit. v. *l. 11. de Lib. & poſt. l. ult. C. de Patr. pot. l. 2. ad L. Corn. de ſicar.* Cujus antiqui juris veſtigium exſtat in *l. 1. in f. D. h. t.* ubi mater (non pater) quæ filium, filiamve occiderit, dicitur hujus legis pœna adfici.

TIT.

TIT. X.

Ad Legem Corneliam de Falſis & de SCto Liboniano. Cod. 9. 22, 23, 24.

1. Falſum eſt *veritatis immutatio, ſuppreſſio, vel imitatio, in alterius damnum & præjudicium dolo malo facta. l. 15. l. 23. l. 31. D. l. 20. l. 22. C. h.*

2. Falſi ſpecies, licet tantum non infinitæ ſint, ad hæc tamen tria ſumma capita referri poſſe videntur. 1. Ad Falſum Teſtamentarium, aliorumque inſtrumentorum, litterarum, nominis, accuſationis, ponderum, menſurarum. 2. Ad falſum Nummarium. 3. Ad falſum Perſonarum, ſeu circa perſonas, ut in ſuppoſitione partus, commiſſum.

3. Primam ſpeciem quod attinet, qui teſtamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, reſignaverit, vivo teſtatore, aperuerit, aut quid aliud dolo malo circa id commiſerit, falſi ex Lege Cornelia reus fit. §. 7. *I. de Publ. Jud. l. 1. §. 5. l. 2. l. 7. l. 16. pr. l. 30. D. l. 8. l. 14. C. h.* vide *Sueton. in Aug. c. 17. ubi v. Caſaub.*

4. Ut & is, qui teſtamentum falſum dolo malo ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit. *l. 2. D. l. 8. C. h. t. §. 7. I. de Publ. jud. l. 38. §. 7. de Pœn. l. 6. §. pen. de Extraord. crim. l. 4. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuer.* abrogato hac in parte Papiniani Reſponſo in *l. 13. §. 1. h.*

5. Ex SCto autem Liboniano, & Claudiano reus eſt, qui vel ſibi, vel iis, quos habet in poteſtate, quid adſcripſerit in teſtamento, volente ac jubente teſtatore; ſin eo invito, etiam Lege Cor-

Corneliâ tenetur. *l.* 1. §. 7 *l.* 6. *l.* 10. *l.* 14. *l.* 15. *l.* 17. *l.* 18. *l.* 22. *D. h. t.* 1. *C. de His qui ſib. in teſt. adſcrib. Suet. in Ner. c.* 17. Ab his ſpeciebus Falſi, circa teſtamenta commiſſa, lex Cornelia de Falſis vocatur *Lex Cornelia teſtamentaria*, vel ſimpliciter *Lex Teſtamentaria. l.* 30. *h. t. l.* 3. §. 6. *de Tab. exhib. l.* 6. §. *pen. de Extr. crim.* §. 7. *I. de Publ. jud.*

6. Sed & Legis Corneliæ pœnâ tenetur, qui in aliis inſtrumentis dolo malo falſum fecerit; Inſtrumenta fidei ſuæ credita prodiderit; *l.* 1. §. 4. *l.* 6. *l.* 9. §. *pen. l.* 16. §. 1 *& ult. l.* 23. *l.* 25. *l.* 28. *l.* 29. *l.* 32. *C. l.* 13. *l.* 14. *l.* 15. *C. h. l.* 38. §. 9. *de Pœn.* Inſtrumenta publica ſurripuerit, amoverit, ſuppreſſerit. *l.* 1. §. 4. *l.* 2. *l.* 16. §. *ult. h.*

7. Qui privata ſurripuit inſtrumenta, non hoc publico judicio, ſed furti, vel extra ordinem, aut Lege Aquiliâ tenetur. *l.* 17. *pr. h. l.* 27. *& ſeq. de Furt. l.* 41. *ad L. Aquil.* ut & qui epiſtolas alienas, aut alia privata inſtrumenta interceperit, vel aperuerit. *l.* 1. §. 4. *d. l.* 16. *l.* 14. §. 17. *de Furt. l.* 8. *de Extr. crim. Cic. Philipp.* 2. *c.* 4. *Val. Max.* 6. *c.* 5. *num.* 5. 6.

8. Falſi ſpecies, ad judicia & teſtimonia perhibenda pertinentes, vide in *l.* 1. §. 1. 2. *l.* 9. §. *pen. & ult. l.* 20. *l.* 21. *l.* 29. *l.* 31. *l. ult. D. l.* 4. *l.* 20. *C. h. l.* 18. *C. de Trans.*

9. Species Falſi, ad contractus & obligationes pertinentes, paſſim hoc in titulo occurrunt; ut ſi quis duobus rem eandem diverſis contractibus in ſolidum vendat. *l.* 21. *h.* vel menſuras & pondera falſa fecerit, iisve uſus fuerit. *l.* 6. §. *ult. de Extraord. crim. l.* 32. §. 1. *h.* ſi creditor colludens cum debitore ſuo, diem obligationis prætulerit, anticipaverit, ſive anteverterit, & rem pignoratam

tam vendiderit. *l.* 15. *C.* junct. *l.* 28. *D. h.* & *l.* 3. *D. de Fide inſtrum.*

10. Falſi, ad perſonarum conditionem pertinentis, ſpecies ſunt ſuppoſitio partus. *l.* 19. §. 1. *l.* 30. §. 1. *D. l.* 1. *l.* 10. *C. h. l.* 1. §. 13. *de Inſp. Ventr.* Si quis falſum nomen adſumpſerit, alterius decipiendi gratiâ. *l.* 13. *D. h. l. un. C. de Mutat. nom. Paul. Rec. Sent. lib.* 5. *tit.* 25. §. 10. *Suet. in Claud. c.* 25. *Val. Max. l. ult. c. ult.*

11. Si quis illicitis inſignibus, vel falſo diplomate uſus fuerit. *l.* 27. §. *ult. h.* vel falſam qualitatem præ ſe tulerit, veluti ſi libertus pro ingenuo, vel ſervus pro liberto ſe geſſerit. v. *l. un. C. ad Leg. Viſelliam. l.* 1. & *l.* 2. *C. Si ſerv. aut libert. ad ingenuit. adſpirav.* (X. 32.) Exempla extant in *l.* 3. *D. de Offic. Prætor.* & *l.* 3. §. 10. *D. de Acq. poſſ.* vide & *Tit. C. de Mendicantib. val.* (XI. 25.)

12. Pœna Falſi, prout variæ ſunt hujus delicti ſpecies, diverſa eſt, licet plerisque in caſibus in liberis ſit deportatio, & omnium bonorum publicatio, in ſervis ultimum ſupplicium. *l.* 1. §. *ult. h.* §. 7. *I. de Publ. jud.*

13. Aliquando etiam hominibus liberis gravius deportatione, ſeu ultimum ſupplicium irrogatur. v. *l.* 1. *h. l.* 1. *D. ad L. Corn. de ſicar. l.* 1. *C. de Immun. nem. conc.* (X. 25.) *l.* 27. §. *ult. h. l.* 1. *l.* 22. *C. h.* aliquando levius v. *l.* 13. §. 1. *l.* 21. *l.* 22. §. 1. *h. l. un. C. ad L. Viſell.*

14. Si culpa peccatum ſit, non dolo, pœna mitigatur, vel remittitur. *l.* 31. *h.* niſi quis ſibi in teſtamento quid adſcripſerit, quo caſu ex SCto Liboniano nulla culpæ venia datur, aut ignorantiæ. *l.* 15. *h.* v. & *l.* 1. *C. de Falſ. mon.*

15. Cum hac accuſatione concurrere poſſunt civi-

civilia judicia, ut doli, furti, de tabulis exhibendis, utilis Legis Aquiliæ, in factum pœnalis, depoſiti, emti actio, aliæque. v. *l.* 9. §. 1. *l.* 18. §. 3. *l.* 35. *de Dol. l.* 21. *l.* 25. *l. pen.* §. 1. *D. h. l.* 41. *ad L. Aq. l.* 1. §. 38. *Depoſ. l.* 3. §. 6. *de Tab. Exhib.* Generaliter enim traditum eſt, poſſe de Falſo agi vel civiliter, vel criminaliter. *l.* 5. *l.* 9. *l.* 11. *l.* 16. *l.* 17. *l.* 23. *C. h.*

16. Graviſſima hujus criminis ſpecies eſt, Falſum Nummarium, quo tenentur, qui monetam adulterinam flant, feriunt, qui nummos radunt, tingunt, fingunt, exſcindunt, lavant. *l.* 8. *h. t. Paul. Rec. Sent.* 5. *Tit.* 25. *princ.* qui nummos ſtanneos, plumbeos emunt, vendunt dolo malo. *d. l.* 9. §. 2. aut Principum vultu ſignatos reprobant. *Paul.* 5. *Rec. Sent. Tit.* 25. *princ. l.* 1. *C. de Vet. num. poteſt.* (XI. 10.) qui probos quidem cudunt, ſed privatim, non in officinâ, vel auctoritate publicâ. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *de Falſ. mon.*

17. Pœna olim in honeſtioribus erat deportatio; in humilioribus pœna metalli, aut damnationis ad beſtias. *Paul. dict. loco.* Ex *lege* autem 2. *C. de Falſ. mon.* in omnibus vivicomburium. v. *Ant. Matt. de Crimin. ad h. tit.*

TIT. XI.

De Lege Juliâ Repetundarum. C. 9. 27.

1. Inter varias leges, de Pecuniis repetundis latas, eminet lex Julia, à Julio Cæſare lata. Quâ animadvertitur in eos, qui in Magiſtratu, Poteſtate, Curatione, Legatione, alio-ve officio, munere, miniſteriove publico quid acceperint, quo magis, aut quo minus officium

 ſt-

facerent. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 6. *l.* 7. *l. ult. D, l.* 3. *C. h. t.* Item qui in acceptum tulerint opus publicum faciendum, frumentumve publicè præbendum, ſarta tecta tuenda, antequam quid eorum præſtitum ſit. *l.* 7. §. *pen. h.* Ut & in Senatores, Præſides, & Procuratores Principis, qui navem maritimam habent. *l.* 3. *de Vac. & excuſ. l.* 46. §. 2. *de Jur. Fiſc.* v. *Gotbofred.* ad *d. l.* 3. *Liv. Hiſtoriar. lib.* 25. *c. ult.*

2. Pœna hujus delicti arbitraria eſt, ac, pro menſura delicti, infligi ſolet. *l.* 7. §. *ult. h.* Olim duplex fere erat, altera litis æſtimatio in quadruplum, altera exilium, relegatio, ordinis amotio, bonorum publicatio, aliquando mors. *l.* 1. *l. ult. C. h. l.* 38. §. 10. *D. de Pœn. Nov.* 8. *c.* 8. §. 1. *l.* 3. *C. de Aſſeſſor.*

3. Præterea hac lege damnati nec teſtimonium publicè dicere, nec Judices eſſe, nec poſtulare poſſunt. *l.* 6. §. 1. *h. t.*

4. Ex hac Lege ad pœnam pecuniariam tenentur & heredes intra annum à morte rei. *l.* 2. *D. l.* 2. *C. h. l. ult. D. ad L. Jul. pecul. l.* 15. §. 3. *ad Sc. Turp. l.* 20. *D. de Accuſat.*

TIT. XII.

Ad Legem Juliam de Annonâ.

1. Annonæ appellatione hic continentur omnia genera alimentorum, ut frumentum, oleum, vinum, caro, butyrum, & quæ ſunt id genus alia eſculenta, & poculenta. v. *Tit. Cod. de Erogat. milit. ann.* (XII. 38.)

2. In crimen fraudatæ annonæ incidunt Dardanarii, Pantapolæ, qui adtemperant, flagellant,

ſtant, incendunt, premunt annonam, eamque arctiorem faciunt, quique ſocietatem contrahunt, vel annonam coëmunt, coëmtam ſupprimunt, vel aliâ ratione id agunt, quo annona carior fiat. *l.* 2. *D. h. l.* 6. *de Extr. crim. l.* 1. *§.* 11. *de Offic. Præfecti Urbi.*

3. Pœna fraudatæ annonæ eſt, non modo aureorum viginti, *l.* 2. *h.* ſed & extraordinaria, pro qualitate delicti, ſcilicet relegatio, vel opus publicum. *l.* 6. *de Extr. crim.*

4. Singulare in hoc crimine eſt, quod ad ejus accuſationem admittantur & mulieres, & milites, & famoſi, & ſervi. *l.* 1. *l.* 3. *§. ult. h. l.* 13. *de Accuſat. l.* 53. *de Judic.*

5. Concurrit cum hoc judicio publico extraordinaria accuſatio, *d. l.* 6. *de Extr. crim. l.* 37. *de Pœn.* & accuſatio ex Lege Cornelia de Falſis. *l. pen. §.* 1. *ad L. Corn. de Falſ.*

6. De pœnâ eorum, qui in frumento, aliisque mercibus monopolium exercent, v. *l. un. C. de Monopol.*

TIT. XIII.

Ad Legem Juliam Peculatus, & de Sacrilegiis, & de Reſiduis. Cod. 9. 28. 29.

1. Peculatus eſt *furtum pecuniæ, vel rei publicæ, ſacræ, aut religioſæ, non ab eo factum, cujus periculo fuit. l.* 9. *§.* 2. *D. h. §.* 9. *I. de Publ. Jud.*

2. Eſt vel *peculatus* in ſpecie dictus, vel *ſacrilegium.*

3. Peculatus in ſpecie dictus eſt *furtum pecuniæ publicæ.* Quod quibus modis committatur,

tur, v. in *l.* 1. *D. l. un. C. h. l.* 6. §. 1. 2. *l.* 8. §. 2. *l.* 10. *l. pen. eod.*

4. Interdum pecunia privata facit peculatum. *l.* 9. §. 3. *h.* &, verſâ vice, pecunia publica interverſa non facit peculatum; ſi quidem illi eam interverterint, ad quorum periculum pertinet. *l.* 9. §. 2. 4. *h.*

5. Qui pecuniam civitatis ſubtraxit, actione furti, non crimine peculatus tenetur. *l.* 81. *de Furt.* v. *l.* 15. *l.* 16. *de V. S.* Quamquam, ex Conſtitutionibus Trajani & Hadriani, in eâ etiam crimen peculatus committatur. *l.* 4. §. *ult. h. t.*

6. Pœna hujus criminis ex Lege Juliâ fuit aquæ & ignis interdictio. *l.* 3. *h.* Jure novo ultimum ſupplicium, ſi Magiſtratus peculatum commiſerint. *l. un. C. h.* §. 9. *I. de Publ. Jud.* Reliqui vel in inſulam deportantur, vel in metallum damnantur. *l.* 2. *l.* 6. §. *ult. h. d.* §. 9. *l.* 2. *C. de His qui ex publ. ration.* (X. 6.)

7. Accuſatio hujus criminis finitur quinquennio. *l.* 7. *h.* cum eâque concurrit actio rerum ablatarum in quadruplum, etiam contra heredes, intra annum à morte defuncti. *l.* 6. *in f. l. pen.* & *ult. h.*

8. Sacrilegium eſt *furtum rei ſacræ, aut religioſæ, ex loco ſacro, vel religioſo.* v. *l.* 4. *pr.* & §. 1. *l.* 11. §. 1. *h. t.*

9. Si quis res profanas aut privatorum, in æde ſacrâ depoſitas, abſtulerit, non ſacrilegii, ſed furti tenetur. *l.* 5. *h.* Nec obſtat. *l.* 16. §. 3. *de Pœn. Cic.* 2. *de Leg. c.* 16.

10. Hoc crimine tenentur & illi, qui divinæ legis ſanctitatem, aut neſciendo omittunt, aut negligendo violant & offendunt. *l.* 1. *C. de Crimin. Sacril.* blaſphemi. *Nov.* 77. *Lev.* 24. improbio-

biores hæretici. *l.* 4. §. *ult. l.* 8. §. 2. *C. de Hæret. l.* 1. *l.* 4. *C. de Apoſt.*

11. Pœna Sacrilegii fuit olim aquæ & ignis interdictio. Jure novo pœna eſt extraordinaria, & plerumque capitalis. *l.* 3. §. 2. *l.* 6. *l.* 9. *l.* 11. §. 1. *h.*

12. Crimen Reſiduorum eſt *pecuniæ publicæ, in uſum publicum adminiſtrandæ conceſſæ, retentio.* v. *l.* 2. *l.* 4. §. 3. *l.* 9 §. *ult. h.*

13. Pœna eſt pecuniaria, quâ damnatus amplius tertia parte, quam debet, fiſco inferre tenetur. *l.* 4. §. 5. *h. t.* Quæ pœna non exſtinguitur morte, ſed ad heredes tranſit. *l. ult. h. t.*

TIT. XIV.

De Lege Juliâ Ambitus. Cod. 9. 26.

1. Ambitus eſt *illicita, veluti per gratiam & ſordes, bonorum & dignitatum comparatio.*

2. De hoc crimine, præter alias multas, à Julio Cæſare, vel ab Auguſto, lata eſt Lex Julia, in eos, qui clam, corruptis ſuffragiis, aut conductâ turbâ, honores ambiiſſent.

3. Quæ, poſtquam Comitia à Campo Martio in Capitolium, à Populo in Principem ſunt tranſlata, in Urbe ceſſavit. *l. un. h.* v. *l. un. C. de Suffrag.*

4. Sic tamen, ut nonnullæ hujus criminis ſpecies ſub ipſis Cæſaribus ſuperfuerint. *l. un. D. l. un. C. h.*

5. Quo pertinet etiam crimen Simoniæ, de quo vide elegantiſſimam Leonis & Anthemii Conſtitutionem in *l.* 31. *C. de Epiſc. & Cler.*

6. Juſtinianus in *Nov.* 8. *c.* 1. 7. 8. §. 1. Ambitus

bitus legem & pœnam revocaſſe videtur.

7. Pœna Legis Juliæ fuit deportatio, *l. un. C. h. t.* in municipiis pœna centum aureorum cum infamiâ. *l. un.* §. 1. *D. h.* Jure novo pœna Ambitus eſt confiſcatio, exilium, verbera, infamia. *Nov.* 8. *Nov.* 123. *c.* 2. §. 1. & *Nov.* 161. *d. l.* 31. *C. de Epiſc. & Cler.*

TIT. XV.

De Lege Fabiâ de Plagiariis. Cod. 9. 20.

1. Plagium eſt *fraudulenta ſuppreſſio liberi hominis, vel ſervi alieni.*

2. Veluti cum liber homo invitus dolo malo abducitur, emitur, venditur, celatur, vinctus habetur, vel cum ſervus alienus abducitur, eive fuga perſuadetur, aut fugitivus celatur. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. §. *ult. D. l.* 1. *l.* 2. *l.* 5. *l.* 9. *l. pen. C. h.*

3. Atque hoc modo in hominibus liberis committitur plagium indiſtinctè, id eſt, ſive adſit animus lucrandi, ſive non, nam liberi hominis non fit furtum, quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem. *l.* 1. §. *ult. l. ult. de His qui dejec.* ita tamen, ut pater ob ſurreptos liberos in poteſtate conſtitutos agere poſſit ad duplum vel quadruplum ejus, quod ſua intereſt. *l.* 14. §. 13. *l.* 37. *l.* 38. *de Furt.* §. 9. *Inſt. de Obl. ex delict.* In ſervis autem alienis, ſi non adſit animus lucri faciendi; qui ſi adſit, potius furtum eſt, quam plagium: Nam & furtum poteſt eſſe ſine plagio, & plagium ſine furto propriè dicto. *v. l.* 6. *pr. h. t.*

4. Pœna plagii primò fuit pecuniaria, deinde metalli, vel alia arbitraria. *l. ult. D. h.* denique

que aliquando capitalis. vide *l. 7. & ult. C. h.* (ubi pro *teneantur* leg. *tenebantur*, ſicut legitur in Codice Theodoſiano, unde *d. l.* eſt deſcripta; alioquin Conſtantinus ſibi ipſi contradixiſſet, quæ eſt conjectura Duareni; vid. *Wiſſenb. ad h. t.*) quod convenit cum Jure divino. *Deuter.* 24: 7. *Exod.* 21: 16.

TIT. XVI.

Ad SCtum Turpilianum, & de Abolitionibus Criminum. Cod. 9. 42. 43. 45.

1. Accuſatio tollitur vel Morte, v. ſupra *tit. de Accuſat. theſ.* 23. 24. vel Abolitione, vel Lapſu Biennii, vel Transactione.

2. Accuſator, qui in univerſum ab accuſatione deſiſtit, non impetrata abolitione, incidit in SCtum Turpilianum, & extra ordinem cum infamiâ punitur. *l.* 1. §. 10. *l.* 13. *D. h. t. l.* 2. *C. de Abol. l.* 3. §. *ult. D. de Prævaric.* Hoc SC. ſive, Lex Petronia, Nerone Imperatore latum eſt à Petronio Turpiliano. *l.* 16. *C. ad L. Jul. de Adult. l.* 11. §. *ult. D. ad L. Corn. de Sicar.* Ceterum in *d. l.* 2. *C. de Abol.* pro *deceptionem* leg. *depexionem*, ut in *l.* 1. *C. eod.* ubi vid. *Jac. Goth.* & *Cujac.* 2. *Obſerv.* 15. eſt autem *depexio* nihil aliud, quam turpis pactio. *l.* 3. §. 2. *de Calumn.*

3. Eſt autem Abolitio *poteſtas*, ſeu *venia deſiſtendi ab accuſatione cœptâ*, vel, *exemtio reorum à crimine*, id eſt, accuſatione, *pr. Inſt. de Suſp. tut.*

4. Eſt vel publica, vel privata, vel legitima. *l.* 11. §. *ult. de Accuſat l.* 8. & *ſeqq. h. t.*

5. Publica, *quà, ſtatis temporibus feriarum ſolennium* (veluti ob feſtum Paſchatis. *l.* 3. *C. de Epiſc.*

Aud. Matth. c. 27. vſ. 15.) vel ob res lætas & proſpere geſtas, extra ordinem, nomina reorum Edictis propoſitis abolentur. l. 3. C de Epiſc. Aud. d. l. 8. & ſeqq. l. 12. b. l. 1. l. 2. l. 3 C. de Generi Abol.

6. Privata, ſive ſpecialis abolitio eſt, *qua accuſator, ob juſtam & probabilem cauſam, a judice impetrat omittendæ accuſationis facultatem. l. 1. §. 7. & ſeq. l. 10. b. l. 2. l. 3. C. de Abol. l. 16. l. 30. C. ad L. Jul. de adult.* veluti ob errorem, ſexum, ætatem, militiam, cognationem, & ſimiles, *l. 15. de Jur. Fiſc.*

7. Legitima Abolitio eſt, *quæ ſine petitione accuſatoris, & ſine decreto, fit ipſo Jure, veluti morte Accuſatoris, aut Rei, vel præſcriptione temporis. l. 10. b. t. l 3. de Publ. Jud.*

8. Effectus cujuſcunque Abolitionis eſt, quod tollat accuſationem, non crimen. v. *l. 7. l. 12. b. l. 2. C. de Gener. Abolit. l. 3. C. b. l. 11. §. ult. de Accuſ. l. pen. de Publ. Jud.*

9. Tollitur etiam Accuſatio lapſu biennii. *l. ult. C. Ut intra cert. temp. crim. quæſt.* ut & quandoque Tranſactione. v. ſupra *tit. de Tranſact. theſ.* 14. Moribus hodiernis cum privati non ſoleant accuſare, nec illi, qui cogente neceſſitate officii per inquiſitionem accuſant, in crimen ſubſcribere, abolitio neceſſaria non eſt, vid. *DD.* citatos a *Wiſſenb. ad b. t. th.* 3. mortuo autem accuſatore in officio, ſuſceptor perſeverat in accuſatione.

TIT.

TIT. XVII.

De Requirendis reis vel Abſentibus damnandis. Cod. 9. 40.

1. Ne quis inauditus, & indictâ causâ, temere damnetur, placuit, abſentes, ſi pœna gravior ſit irroganda, damnari non poſſe. *l.* 1. *& ſeqq. h. l.* 5. *D. de Pœn. l.* 6. *de Accuſat. l.* 1. *D. An per al. cauſ. app.*

2. Quapropter rei vel apprehendendi ſunt, *v. tit. de Cuſtod. & Exhib.* vel citandi legitimis Edictis per trinundinum. *v. l.* 10. *D. de Public. Judic. & ibi Gothofr. & Cujac. lib.* 20. *Obſerv. c.* 11. ut ſui copiam faciant, & lege interrogentur. *Suet. in Aug. c.* 33. *ubi Caſaub. l.* 6. §. 1. *de Cuſt. & exhib. reor.* Trinundinum non eſt ſpatium trium dierum continuum, neque novem dierum, ſed trium nundinarum, id eſt, 27. dierum, quare in *d. l.* 10. *de Publ. jud.* pro *trium dierum* leg. *trinundinum.* arg. *l.* 27. *de judic.* Si poſt tria Edicta non compareant, bona eorum annotantur & obſignantur, ſic tamen ut, ſi intra annum reverſi ſe purgaverint, recipere ea poſſint, poſt annum fiſco cedant. *l.* 2. *C. l.* 1. §. 3. 4. *l.* 2. *l.* 4. *l. ult.* §. 1. *h. t.* Abſentes hodie ad ultimum ſupplicium etiam condemnari poſſunt, & bona eorum publicari, poſt annum vero copiam ſui facientes & innocentiam probantes, impetrata reſtitutione contra contumaciam, bona recipere poſſunt, vid. *Voet. & Wiſſenb. ad h. t. th.* 5.

3. Caſus, in quibus abſentes damnari poſſunt, vide ſupra *in tit. de Procurator. theſ.* 8.

TIT. XVIII.

De Quæſtionibus. Cod. 9. 41.

1. Quæſtio eſt *violenta veritatis, per tormenta facta, inquiſitio.* v. *l.* 15. §. 41. *D. de Injur.*

2. Quam non eſſe legitimum & Juri divino, ac naturali æquitati conſentaneum exprimendæ probandæque veritatis modum, tam certum eſt, quam evidenter conſtat, hanc periculoſam & fallacem probandi rationem in Jure noſtro aliquando permitti. v. *l.* 1. §. 23. *h. t.* (ubi pro *comminentur* leg. *criminentur*) & *A. Matth. de Criminibus. lib.* 48. *tit.* 16. *cap.* 5. *A. Matth. Patrem. in Coll. fund. jur. diſp.* 7. *th.* 17. *Wiſſenb. ad h. t. th.* 13. & *Jonktyds van de Pynbank.* Ipſi veteres JC. etiam fatentur, quæſtionem eſſe rem fragilem, & quæ veritatem fallit, adeoque periculoſam. *l.* 8. §. 3. *de Pœn.*

3. Perſonas, quæ quæſtioni, ſeu torturæ ſubjici poſſunt, quod attinet, ſervi tam in civilibus, quam criminalibus cauſis torqueri poſſunt; non tamen in caput dominorum, ſive contra dominos, niſi reos adulterii, majeſtatis, fraudatæ annonæ, monetæ adulteratæ, teſtamenti, in quo libertas ſervo relicta erat, ſuppreſſi. *l.* 1. *l.* 7. *l.* 15. *C. l.* 1. §. 20. *l.* 8. *l.* 17. *pr.* & §. 1. *D. h. t.* junct. *l.* 1. *ad L. Jul. de Ann. l.* 7. *ad L. Corn. de falſ. l.* 53. *de Jud. Paul. Rec. Sent.* 1. *tit.* 12. §. 4. In *d. l.* 7. *C. h. t.* notanda eſt locutio *vocem rumpere*, qua uſus eſt *Virg.* 2. *Æneid.* 124. & *lib.* 4. *vſ.* 553. & *lib.* 10. *vſ.* 63. & *ſeqq.* in inſcriptione autem *d. l.* 7. pro *Urbanæ* leg. *Urbano.* Vel in ipſo textu pro *invito* leg. *invita.*

4. Ho-

4. Homines liberi, ſi ſint humiliores & infames, torqueri poſſunt, tam teſtes, quam rei *l.* 25. §. 2. *de Teſtib.*

5. Sin integræ frontis ſint & probæ exiſtimationis, torquentur, ſi rei, vel participes ſint criminis, non ſi ſint teſtes, niſi eorum vacillet teſtimonium. *l.* 15 *l.* 18. §. 3. *D. h. t.*

6. Porrò, qui inviti teſtimonium contra reum non dicunt, nec in caput ejus torqueri poſſunt. *l.* 1. §. 9. 10. *h. t.*

7. Sed nec in univerſum torqueri poſſunt viri illuſtres & perſonæ digniores, earumque liberi, ad tertium uſque gradum; nec Decuriones, milites, veterani, eorumque liberi, niſi vel Majeſtatis, vel alterius atrociſſimi criminis ſint rei. *l.* 13. *C. de Dignit. l.* 10. §. 1. *D. l.* 8. §. 1. *l.* 11. *l.* 16. *C. h. t. l.* 4. *C. ad L. Jul. Majeſt. l.* 21. *C. ad L. Corn. de falſ. l.* 7. *C. de Malef. & Mathem.* Qui laborant infirmitate ſexus, valetudinis, mulier prægnans. *l.* 3. *de Pœn. l.* 18. *D. de Stat. hom. Paul.* 1. *Recept. ſent. tit.* 12. §. 5. *Ælian. Var. Hiſtor. lib.* 5. *c.* 18. impuberes. *l.* 10. *l.* 15. §. 1. *h.* Senes quoque, infirmi & valetudinarii, vel excuſandi, vel non temerè torquendi ſunt.

8. Qui de ſe confeſſi ſunt, contra ſocios torqueri nequeunt. *l.* 16. §. 1. *h l. ult. C. de Accuſ. Paul. Rec. ſent.* 1. *tit.* 12. §. *ult.* qui convicti, non confeſſi ſunt, poſſunt. *l.* 29. *de Pœn. l.* 1. §. 26. *D. h. t. l.* 17. *de SC. Sylan. l. ult. C. de Malef. & Mathem. l.* 6. §. 1. *D. de Cuſt. reor. l. pen. C. de Fer. l. ult. ad Exhib.*

9. Juſtæ torquendi cauſæ ſunt in ſervis tam pecuniariæ, quam criminales cauſæ, in liberis hominibus graviora delicta. *l.* 1. *l.* 8. *l.* 9. §. *ult. h. t.* Sic tamen, ut ſemper præcedere debeant indicia

dicia veroſimillima. *l.* 1. *pr.* & § 1. *d. l.* 8. *l.* 20. *D. l.* 8. §. 1. *C. h. t.* nec à tormentis initium fiat. *l.* 1. *pr. l.* 8. *l.* 18. §. 1. 2. *l. ult. D. l.* 3. *l.* 1 *C. h. t.* Sed & crimen, cujus quis accuſatur, ſeu corpus delicti, quod vocant, in medio eſſe oportet, & exſtare, antequam torturæ locus ſit. *l* 1. §. 24. *l.* 5. §. 2. *D. de SC. Sylan. l.* 1. §. *ult. h. t.*

10. Modum Quæſtionis eum habere oportet, ut reus vel innocentiæ, vel pœnæ ſalvus ſit. *l.* 7. *l.* 10. §. 3. *h. l.* 2. *in f. C. de Cuſtod. reor.*

11. Quæſtio, ſeu tortura, repeti poteſt, *l.* 16. *h.* ſi reus evidentioribus argumentis, ſeu novis indiciis opprimatur. *l.* 18. §. 1. *eod.*

12. Si reus ſæpius tortus in negatione perſiſtat, aut confeſſionem in eculeo expreſſam revocet, non modò ab inſtantiâ, ſed &, ex veriore ſementiâ, ab ipſo crimine abſolvendus eſt, arg. *l.* 4. *C. de Edend. l. ult. D. de Calumn. l.* 7. §. 2. *de Accuſat. l.* 11. *C. eod. l.* 3 §. 1. *de Prævaric. l.* 4 §. *ult. ad L. Jul. de Adult. l.* 5. *de Pœn.* v. *Ant. Matth. de Criminib. lib.* 48. *tit.* 16. *cap.* 4. *num.* 16. Diſſ. alii.

13. Judex, qui reum dolo malo ita torſit, ut ſub manu carnificis decedat, in legem Corneliam de Sicariis incidit; ſi non occiderit, punitur deportatione; ſi torquendi causâ pecuniam acceperit, etiam lege Juliâ repetundarum tenetur. *l.* 1. *ad L. Corn. de Sicar. l.* 7. §. *ult. ad L. Jul. repet.*

14. Si per imperitiam, abſque dolo, contra leges aliquem torſerit, extraordinariâ pœnâ plectitur, arg. *l.* 1. §. 3. *l.* 3. §. 2. *l.* 2. §. 1 *ad L. Corn. de Sicar. l.* 5. §. *ult. de Pœn.*

TIT.

TIT. XIX.

De Pœnis. Cod. 9. 47.

1. Pœna eſt *delicti ſeu criminis coërcitio. l.* 131. *l.* 244. *de V. S.*

2. Eſt vel capitalis, vel nec capitalis. Capitalis eſt, *quæ vel vitam, vel libertatem, vel civitatem adimit. l.* 103. *de V. S. l.* 4. *Si quis caution.*

3. Nec capitalis eſt; *quâ quis, vitâ, libertate, & civitate ſalvâ, lenius coërcetur. l.* 6. *§. ult. l.* 28. *D. h. l.* 2. *de Publ. Jud. l.* 103. *de V. S.*

4. Species pœnæ capitalis ſunt culleus, ignis, beſtiæ, furca, gladius. *l.* 9. *de L. Pomp. de Parric. l.* 11. *§. ult. d. l.* 28. *l.* 29. *l.* 31. *l.* 38. *§.* 2. *h. t.*

5. Prohibita pœnarum genera ſunt Crux, (cujus ſupplicium, haud dubiè crucis ſalutiferæ reverentiâ, ſuſtulit Conſtantinus) Si quis ſecuri vel telo perimatur. *l.* 8. *§.* 1. *h.* Si quis fuſtibus aut virgis ad necem cædatur. *l.* 8. *§.* 3. *h.* Si quis pœnæ causâ torqueatur. *d. l.* 8. *§.* 3. *l.* 7. *l. pen. de Quæſt.* licet tortura pœna vocetur in *l.* 16. *C. eod.* Si quis veneno, inediâ, aut præcipitatione de ſaxo perimatur. *d. l.* 8. *§.* 1. *l.* 25. *§.* 1. *h. l.* 10. *de Interd. & rel.* v. *Gell.* 11. *c.* 18.

6. Illud in univerſum notari meretur, quod Livius *lib.* 1. *Hiſt. c.* 28. ait, *nulli gentium mitiores placuiſſe pœnas, quam Romanis.*

7. De damnatione in metallum, & in opus metalli, quæ proximam morti pœnam continet, vide *l.* 8. *§.* 4. 6. *l.* 28. *§.* 6. *h. l.* 5. *§. ult. de Extr. cognit. §.* 3. *I. Quib. mod. patr. pot.* De damnatione in opus publicum, in perpetuum; vel

vel ad tempus, v. *l.* 17. §. 1. *h. l.* 6. *C. Ex quib. cauſ. infam.*

8. De damnatione ad ludum venatorium, gladiatorium, ad beſtias, & ad gladium, v. *l.* 8. *de L. Corn. de falſ. l.* 8. §. 11. *l.* 29. *l.* 31. *h. l.* 1. *pr. de Abig. A. Matth. ad h. t. n.* 5.

9. Tertium pœnarum capitalium gradum continet Deportatio in inſulam, quæ ſucceſſit in locum aquæ & ignis interdictionis. *l.* 2. §. 1. *de Pœn. l.* 5. §. *ult. de Extr. cogn.* §. 2. *I. de Cap. minut. l.* 3. *ad L. Jul. pecul.* v. *Briſſon. Select. Antiquit.* 3. 5. *A. Matt. ad h. t. n.* 6. 7. Tollit hæc pœna omnia, quæ ſunt Juris Civilis, ipſamque civitatem; ſalvis tamen iis, quæ ſunt Juris Naturæ & Gentium, adeoque & libertate. *l.* 17. §. 1. *h. l.* 10. §. 6. *de in jus. voc. l.* 3. *l.* 6. *l.* 14. §. 1. *l.* 15. *de Interd. & releg. l.* 2. *de Publ. jud. Plin.* 4. *Epiſt.* 11.

10. Huc etiam pertinere videtur damnatio perpetua in aliud opus publicum præter metallum. *d. l.* 17. *l.* 28. §. 6. *l.* 34. *h. l.* 8. §. 8. *eod. l.* 6. *de Capt. & Poſtl.*

11. Pœnarum non capitalium, quæ fere ad exiſtimationem magis, quam capitis periculum pertinent, ſpecies ſunt damnatio in opus temporarium. *l.* 28. §. 6. *h. l.* 8. §. 8. *eod. l.* 5. *de Extr. cogn.* damnum pecuniarium cum infamiâ conjunctum; dignitatis ademptio; officii, veluti advocationis, aut alterius actus, prohibitio. *d. l.* 8. *pr. l.* 9. *h. l.* 2. *in f. de Publ. jud.* §. 2. *I. eod.* admonitio fuſtium, flagellorum aut virgarum caſtigatio. *l.* 7. *h.* Relegatio, de qua ad *tit.* 22.

12. Huc etiam pertinet ſtigmatis inuſtio, olim calumniatoribus, ſervis fugitivis, in metallum damnatis, aliiſque irrogari ſolita. v. *l.* 13. *de Teſtib.*

Teſtib. l. 1. §. 2. *ad SC. Turpil.* Item membri amputatio. *l.* 2. *de Publ. Jud. Nov.* 134. *c. ult. l.* 3. *Auth. Sed novo. C. de Serv. Fugit. Suet. in Calig. c.* 31.

13. Carcer non pœna, ſed manſio reorum eſt, non ad puniendos, ſed ad continendos homines comparata. *l.* 8. §. 9. *l.* 35. *D. l.* 6. *l.* 23. *C. b. t. l.* 2. *C. de Exact. tribut.* Ita tamen, ut quis ad tempus vinculis coërceri poſſit; quo ſenſu intelligendæ videntur *l.* 7. *b. l.* 1. §. *ult. de Aleat. l.* 3. §. 16. *de Suſp. tut. l.* 28. §. 7. *b. t.* Sed & ſervos ad vincula perpetua damnari potuiſſe, indicio eſt *l.* 8. §. *ult. b.* v. & *l.* 10. *l.* 34. *D. l.* 6. *C. b. t.*

14. Officium judicis, in pœnis infligendis, eſt, *nihil aut durius aut remiſſius conſtituere, quam cauſa depoſcit, adeoque nec ſeveritatis, nec clementiæ gloriam affectare, ſed perpenſo judicio, prout quæque res poſtulat, ſtatuere. l.* 11. *b. t.* Unde, quoties lex certam pœnam definivit, non oportet judicem clementiæ gloriam captare, vel ab auctoritate aut ſeveritate legis recedere. *l.* 1. §. 4. *ad SC. Turp.* arg. *l.* 244. *de V. S.* junct. *l.* 4. *C. ad L. Fab.* Secus ſi lex pœnam arbitrio judicis permittat: tum enim oportet, eum eſſe procliviorem ad clementiam, ita tamen, ne modum excedat *l.* 13. *l.* 32. *l. pen. b. t. l.* 155. §. *ult. de R. J.* nec ignota ſuppliciorum aut inuſitata genera conſtituat. *l.* 8. §. 1. *l.* 25. §. 1. *b. t.*

15. Pœna, per ſententiam definita, ſine dilatione executioni mandanda eſt, *ut aut convictos velox pœna ſubducat, aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret. l.* 18. *C. b. t. l.* 1. *l.* 5. *C. de Cuſtod. reor.* v. tamen *l.* 29. *b. t. Sueton. In Tiber. c.* 75.

16. Quod ſi Princeps quid ſeverius conſtitue-

tuerit, executio differtur ad triginta dies, ut ſecum deliberet, an ſatius ſit, iram ſeveritatemque mollire ac temperare. *l. 20. C. h. t. l. 13. C. Th. eod. tit.*

17. Quandoque remittitur aut mitigatur pœna, vel ob inſignia rei merita, & utilitatem Reip. allatam; *l. 31. h. l. 5. §. ult. de Re mil.* vel ob ætatem, aliamve juſtam cauſam. vide *l. 108. de R. J. l. 37. de Minor. l. 12. ad L. Corn. de Sicar. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. l. 16. §. 3. l. 28. §. ult. h. t.*

18. Sed & pœna ejus, qui per longinquum temporis ſpatium in reatu fuit, & cum carceris ſquallore conflictatus eſt, mitiganda eſt; qui verus ſenſus eſt *l. 25. pr. h. t. & l. 13. C. eod. v. Suet. in Aug. c. 32.*

19. Nam quod inde Interpretes nonnulli colligunt, mitius puniendos eſſe, quorum non recens, ſed vetus maleficium eſt, ante complures annos admiſſum, & à ratione & ab auctoritate juris alieniſſimum eſt. Nec contrarium probatur ex *Plin. lib. 10. Ep. 40.*

20. Primus ac præcipuus pœnarum ſcopus & finis eſt emendatio, & exemplum ut noxiorum ſupplicio deterreantur alii, ſimilia auſuri. *l. 20. l. 28. §. pen. h. t. l. 31. in f. princ. D. Depoſ. l 1. C. ad L. Jul. repet. l. 7. C. ad L. Fab. de Plagiar. Gell. 6. 14. Senec. 1. de Clem. c. 22. & 3. Controv. 8. in f.*

TIT. XX.

De Bonis Damnatorum. Cod. 9. 49.

1. Olim bona damnatorum in fiſcum redigebantur, quoties per ſententiam, aut vita,

ta; aut libertas, aut civitas adimebatur, etſi nulla publicationis mentio eſſet facta. *l.* 1. *l.* 2. *D. l.* 2. *l.* 4. *C. b.* dimidiâ tantum liberis, ſi qui eſſent, relictâ. *l.* 7. *D. l.* 10. *C. b. t.*

2. Verum cum id Juſtiniano iniquum videretur, conſtituit, ut quocunque crimine damnatorum bona non cederent indiſtinctè fiſco, ſed ut liberi vel parentes damnatorum, ad tertium uſque gradum, fiſco præferrentur, & publicationem ſeu confiſcationem excluderent. *Nov.* 134. *c. ult.* unde vitiosè *Auth. Bona damnatorum. C. b. t.* deſcripta eſt, inſertis verbis, *& ex latere.*

3. Sed & uxori dos & donatio propter nuptias ſalva conſervatur; ſin indotata fuerit, portio legitima ei relinquitur. *l.* 9. *C. b. t. Auth. Præterea. C. Unde Vir & Ux. Nov.* 117. *c.* 5.

4. In crimine læſæ Majeſtatis omnia omninò damnatorum bona, ſolâ uxoris dote exceptâ, publicantur. *d. Nov.* 134. *c. ult. Nov.* 17. *c.* 12. *l.* 5. *C. ad L. Jul. Maj.* Eadem ratione, quâ etiam ante Juſtinianum, muliere damnatâ, dos marito ſalva relinquebatur, exceptis quinque criminibus, enumeratis in *l.* 3. *D. b. t.*

5. De pannicularia causâ, ſeu veſtimentis damnatorum, vide *l.* 6. *b. t. Menag. Amœnit. Jur. Civ. p.* 339.

TIT. XXI.

De Bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciverunt. Cod. 9. 50.

1. Uti damnatorum, ita & eorum, qui, conſcientiâ ſceleris, ſibi infeſtas manus inferunt,

runt, bona publicantur: ſi quidem crimen tale ſit, cujus pœna mors aut deportatio eſt, & ex quâ bona condemnati fiſco cederent. *l.* 3. *D. l.* 1. *l.* 2. *C. h. t.*

2. Sic tamen, ut defuncti innocentia per heredes probari, atque ita bona iis, fiſco excluſo, ſervari poſſint. *l. ult.* §. *ult. h.*

3. Si quis vel vitæ tædio, vel doloris impatientiâ, vel inſaniâ mortem ſibi conſciviſſet, id nec vitio vertebatur, nec ulli pœnæ obnoxium erat. v. *l.* 3. §. 4. *& ſeqq. h. t.* v. *l.* 11. §. 3. *de His qui not. inf. l.* 6. §. 7. *de Inj. rupt. irr. l.* 6. §. 7. *de Re milit. l.* 45. §. 2. *de Jure Fiſci. l.* 2. *C. Qui teſt. fac. poſſ. Sen. de Clem. c* 24. *Plin.* 1. *Epiſt.* 12. *&* 22. *& lib.* 3. *Ep.* 7. *&* 16. *Val. Max.* 3. *c.* 2. *&* 9. *c.* 12. *Martial.* 1. 14. *&* 43.

TIT. XXII.

De Interdictis, & Relegatis, & Deportatis.

1. Interdicti ſunt, *quibus, ob improbitatem & delictum, pœnæ causâ, vel certo loco, aut provinciâ, vel honore, ordine, negotiatione, aut advocationibus interdictum eſt. l.* 7. §. 6. *& ſeqq.* §. 20. *& ſeqq. h. t. l.* 1. §. *pen. de Off. Præf. Urb. l.* 9. *de Pœn. l.* 6. §. 1. *l.* 8. *de Poſtul.*

2. Relegati ſunt, *quibus interdicitur provinciis, vel certa inſula aſſignatur, vel ad tempus, vel in perpetuum, ſalvo jure civitatis, teſtamenti, ſucceſſionis ab inteſtato, patriæ poteſtatis, &c. ſalvis denique bonis*, quorum tamen pars, ſi relegatio ſit perpetua, publicari poteſt. v. *l.* 1. *l.* 4. *l.* 7. *l.* 14. *h. t. l.* 8. *C. de Pœn. l.* 5. *& ſeqq. D. de Reb. dub.* §. 1. *I. Quib. mod. patr. pot. Ovid. lib.* 2. *Triſt. & paſſim.*

3. Un-

3. Unde facile colligitur differentia inter Relegationem, & Exilium; ſeu Deportationem; licet latiore exilii voce relegatio quoque comprehendatur. *l.* 5. *h. t.*

4. Deportati enim ſunt, qui, amiſſis juribus civitatis, & bonis, in perpetuum ad certam inſulam deferuntur. *l.* 7. §. 2. *l.* 15. *b. l.* 17. §. 1. *de Pœn.*

5. Quæ pœna ſucceſſit in locum interdictionis aquæ & ignis. *l.* 1. §. 2. *de Pœn. l.* 5. §. *ult. de Extr. cogn. l.* 3. *ad L. Jul. pecul. l.* 1. §. 2. 3. *de Leg.* 3. v. *Briſſon. Select. Antiquit.* 3. 5. *Lipſ. ad Tacit. Annal.* 3 *c.* 24. Hæ tres ſpecies videntur contineri in *l.* 5. *h. t.*

TIT. XXIII.

De Sententiam paſſis & reſtitutis. Cod. 9. 51.

1. Reſtitutio, hoc loco, eſt *indulgentia Principis, quâ is ſententiam paſſos, veluti deportatos, in integrum reſtituit.* v. *l.* 1. *D. de Conſt. Princ. l.* 27. *D. de Pœn. l.* 1. §. *ult. de Quæſtion. l. pen. h. de Calumn. l. pen. C. de Prec. Imp. offer.* §. 6. *I. de J. Nat. G. & C.*

2. Eſt vel minus plena, & ad certos effectus reſtricta, veluti reſtitutio dignitatis, ſive officii, quâ tamen bona non continentur, nec patria poteſtas. *l.* 2. *D. l.* 6. *l.* 9. *C. h. t.* vel plena, & ſimpliciter conceſſa, quâ reditus in patriam & pœnæ remiſſio conceditur. *l.* 2. *l.* 7. *C. h. t. l. ult. C. de Gener. abol.* vel pleniſſima, quâ omnia, per ſententiam amiſſa, adeoque & bona, jam in fiſcum redacta, recuperantur. §. 1. *I. Quib. mod. patr. pot. ſolv. l.* 1. *C. h.* quanquam fructus medio

tempore percepti non ſint reſtituendi. *l. ult. §. ult. C. h. t.*

TIT. XXIV.

De Cadaveribus punitorum.

1. Cadavera punitorum regulariter non ſepeliuntur, ſed publicè, ut exemplo ſint aliis, ſpectanda proponuntur, niſi à cognatis, aliiſve quibuslibet, ad ſepulturam petantur; quibus negari non ſolent, niſi in crimine læſæ majeſtatis, vel latrocinii. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h. l.* 28. *§. pen. de Pœn. Euang. Matth. c.* 27 *comm.* 58.

2. Sed &, utilitate publicâ id exigente, Medicis ſecanda dari poſſunt, idque citra injuriam cognatorum. *l.* 33. *de Injur.* v. *Corn. Celſ. de Medicinâ, in præfat.*

3. Jus concedendi cadavera ad ſepulturam, vel ad ſectionem, competit non modò Principi, ſed & Magiſtratibus. *d. loc. Euang. Matth. l.* 11. *C. de Relig. & ſumt. fun.*

DE

DIGESTORUM

LIBER XLIX.

TIT. I.

De Appellationibus & Relationibus.
Cod. 7. 61. 62. 70.

1. Sententia lata non ſolum per reſtitutionem in integrum & ſupplicationem, ſed & per appellationem reſcinditur. *l.* 17. *l.* 42. *D. de Minor. tit. C. ſi advers. rem judic.* Eſt autem Appellatio *provocatio ab iniquâ ſententiâ definitivâ judicis inferioris, ad judicem competentem ſuperiorem.* Dixi, *ab iniquâ ſententiâ.* Nam ſi ſententia ſit ipſo jure nulla, nulla provocatione aut reſciſſione opus eſt. *l.* 1. §. 1. & 2. *Quæ Sent. ſine app. l.* 1. *l.* 2. *l.* 6. *l.* 7. & *paſſim. C. Quando prov. non eſt nec.* Si ſententia ipſo jure nulla ſit lata contra actorem, is poteſt agere veteri actione, cui ſi reus opponat exceptionem rei judicatæ, actor poteſt uti replicatione doli, ſi autem lata ſit contra reum, is poteſt actionem rei judicatæ elidere exceptione doli, vide omnino. *l.* 25. *de Dol. Mal. l.* 29. §. *ult. de Re judic.*

2. Locum habet appellatio in omnibus cauſis, etiam in minimis. *pr. Inſt. de Vi bon. rapt. l.* 20. *C. h. t.* 11. *X. h. Nov.* 23. *c.* 3. *Nov.* 69. *c.* 1. ubi quis ſe vel Magiſtratus decreto, vel ſententia judicis læſum eſſe exiſtimat; nec refert ipſe condemnatus ſit, an alius, modò ejus interſit, condemnationem hunc in modum non eſſe factam.

l. 4. §. 2. l. 5. h. t. l. 2. D. An per al. cauſ. app. l. 17. C. de Procur. l. 1. de Appell. recip. In hoc autem differt remedium Civile & ordinarium appellationis a remedio Prætorio & extraordinario reſtitutionis in integrum, ubi minima non curat Prætor. *l. 3. de in integr. reſtit. l. 9. & ſeq. de Dol. Mal.*

3. Sed & uno, in cauſa communi, appellante, vel uno ex pluribus reis & conſortibus condemnato, reliquis vel prodeſt, vel nocet victoria, aut condemnatio ejus. *l. 3 §. 1. l. 10 §. ult. h. l. 1. l. 2. C. Si unus ex plurib. app. l. 39. de Neg. geſt. l. 1. de Serv. export. l. 13. ad L. Aquil.*

4. Reo capitis damnato, quivis ex populo, pro eo, etiam invito, appellare poteſt. *l. 6. D. l. 29. C. h. t.*

5. Dixi, *definitivâ*: Quia ab interlocutoria non appellatur, niſi vim habeat definitivæ, aut irreparabile damnum inferat. Sic appellari poteſt ab interlocutione, qua quis damnatur ad torturam. *l. 2. de Appell. recip. l. 36. C. h. t. l. 39. pr. de Minor. l. 9. Qui ſat. cog.*

6. Sed & ceſſat appellandi facultas (1. In ſententiæ executione. *l. 4. D. l. 21. C. h. l. ult. D. de Appell. recip. l. 5. C. Quor. appell. non recip.* (2. Si res tribus conſentientibus ſententiis ſit finita. *l. un. C. Ne lic. in unâ & ead. causâ terti app.* (3. Si quis ante ſententiam ſe non appellaturum profeſſus ſit. Scilicet in cauſis civilibus & pecuniariis; nam hoc locum non habet in cauſis criminalibus; *l. 1. §. 3. D. A quib. appell. non lic.* (4. In cauſis nullam dilationem ferentibus, ut in decreto alimentorum. *l. ult. de Appell. recip. l. 6. C. Quor. appell. non recip.* arg. *l. 2. de Fer. l. 2. D. de Re jud.* (5. In cauſis debitorum fiſcalium aut tributorum. *l. 4. C. Quor. appell. non recip.* non obſt.

l. 22.

l. 22. l. 18. C. de App. l. pen. D. de App. recip. nam ſenſus illarum legum eſt, quod debitoribus Fiſci hactenus appellare liceat, ſi probatum ſit, ſe non aperte eſſe convictos, & tamen condemnatos. (6. In pœnis legalibus. *l. 244. de V. S. l. 42. de Cond. ind. l. un. §. 2. de Lege Jul. ambit. l. 46. de R. J. l. 1. §. 4. ad SC. Turp.* Ratio eſt, quia appellatio continet querelam de iniqua ſententia judicis, *l. 1. h. t. l. 14. de Minor.* pœna autem non conſtituitur auctoritate judicis, ſed legis. *l. 1. §. 4. ad SC. Turp. l. 15. ad Munic.* adeoque a pœna appellare non aliud eſt, quam appellare a diſpoſitione legis. (7. Contra pignoris venditionem. *l. ult. §. ult. de App. rec.* Ratio eſt, quia eſt ſpecies executionis. (8. In confeſſione delicti. Scilicet in confeſſione ſpontanea & voluntaria, *l. 2. C. Quor. appell. non recip. l. 1. D. de Confeſſ.* (9. In quæſtione de aperiendo teſtamento, mittendiſve in poſſeſſionem heredibus. *l. 6. C. Quor. appell. non recip. l. ult. de Appell. recip. vel non.* (10. In condemnatione ob contumaciam. *l. 73. §. ult. de Jud. l. 23. §. ult. D. h. t. l. 1. C. Quor. appell. non recip.* (11. Si judex, ſecundum Reſcriptum Principis, ad relationem ſuam datum, ſententiam tulerit. *l. ult. Quando app. l. 34. C. h.* (ubi vocula *contra* male poſita eſt ante vocem *provocationem*; cum debeat poni poſt eam; adeoque leg. *Nulli danda licentia provocationem contra eorum &c.* vid. editio Corporis juris Charondæ, Contii, Fabri,) Secus ſi Princeps non ad relationem, ſed ad conſultationem judicis reſcripſerit. *l. 1. § 1. h.* (12. In judiciis poſſeſſoriis. *l. un. C. Si de moment. poſſ. app. fit.* (13. In ſententiâ inter alios dictâ; niſi ex juſtâ causâ. *l. 5. pr. h. l. 4. §. 2. eod.* (14. In raptu virginum. *l.*

un. in f. pr. C. de Rapt. Virg. latrocinio inſigni, & manifeſta ſeditione. *l. 16. h. t. l. 6. §. 9. de Inj. rupt.* perduellione, ſi pœna ſine periculo differri nequeat. *d. l. 6. §. 9.* crimine falſæ monetæ. *l. 1. pr. C. de Falſ. mon.* (15. In cauſâ Officialium, à ſuo judice condemnatorum, ob delictum in officio commiſſum, *l. 3. C. Quor. app. non recip.*

7. Dixi: *Judicis inferioris ad ſuperiorem.* Ita ut provocatio, ad inferiorem facta, nulla ſit, ad æqualem autem, vel ſuperiorem, qui appellari non debebat, per errorem facta, non noceat. *l. 1. §. 3. h. t. v. tit. Quis à quo app.*

8. Appellatio facienda vel in continenti, viva voce, apud Acta, *l. 2. D. l. 14. C. h.* vel ex intervallo per libellum, continentem nomen appellantis, ejus, contra quem, & ſententiæ, à quâ appellatur, *l. 1. §. ult. l. 5. §. ult. D. l. 6. §. pen. l. 14. C. h. t.*

9. Reviſio eſt *ſpecies ſupplicationis, per quam petitur, ut iidem Judices, qui ſententiam tulerunt,* (adjunctis, ex conſuetudine, aliis) *de ejus errore & iniquitate cognoſcant, eamque in melius reforment.*

10. Reviſionis non eſſe admittendam reviſionem verius eſt, arg. *l. 5. C. de Precib. Imp. off.*

11. Supplicatio eſt, *quâ quis per libellum ſupplicem, ob errorem, ſententiam retractari petit*, idque à Principe vel Præfecto Prætorio, à quibus appellari non poteſt. *l. 1. §. 1. A quib. app. non lic. l. un. §. 1. D. de Off. Præf. Præt. l. 17. de Minor. l. un. C. de Sent. Præf. Præt. Auth. Quæ ſupplicatio. C. de Precib. Imp. off.*

12. Supplicatio petenda intra biennium. *d. l. un. C. d. Auth. Quæ ſupplicatio.*

13. Relatio eſt, quâ judex, appellatione interpoſitâ, ad Principem, vel alium ſuperiorem mittit Acta cum opinione ſuâ. v. *l.* 79. *§.* 1. *de Jud. l.* 3. *D. de His quæ in teſt. del. Nov.* 125.

TIT. II.

A quibus appellare non licet. Cod. 7. 42.

1. Appellari non poteſt (1. A Principe. *l.* 1. *§.* 1. *h.* vel ejus conſiliariis. *l.* 34. *in f. & l. ſeq. C. de App.* (2. A Senatu. *l.* 1. *§.* 1. 2. *h.* (3. A ſententiâ Judicis, per Principem dati cum prohibitione de non appellando. *l.* 1. *§.* 4. *h.* licet ipſe Judex appellandi facultatem propriâ auctoritate denegare nequeat. *l.* 31. *C. de App.* (4. A ſententia Præfecti Prætorio. *l.* 17. *D. de Minor. l. un. C. de Sentent. Præf. Præt. Nov.* 119. *c.* 5 licet per ſupplicationem ſententia ejus reſcindi poſſit. *d. l. un. C. Nov.* 82. *c.* 12. *Auth. Quæ Supplicatio C. de Precib. Imp. offer.* Idque vel intra decem dies, à tempore latæ ſententiæ, vel etiam poſt, intra biennium, ſed diverſo effectu. vide *d. Auth. Nov.* 119. *c.* 5.

TIT. III.

Quis à quo appelletur.

1. Appellationem per gradus, à Judice inferiore ad proximè ſuperiorem, fieri oportet. *l.* 1. *§.* 3. *l.* 21. *D. de App. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *D. h. l.* 17. *l.* 26. *l.* 29. *C. de App. l.* 38. *de Minor. l.* 4. *C. de Juriſd.*

2. A judice dato, ſive pedaneo, appellatur Ma-

giſtratus, qui eum dedit, vel ſucceſſor ejus. *l.* 1. *pr. h.* De mandatario juriſdictionis vide *d.* l. 1. §. 1. *l.* 2. *h. t.*

TIT. IV.

Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora. Cod. 7. 63.

1. Appellatio à ſententiâ olim intra biduum in propriâ, intra triduum autem in alienâ cauſâ, interponenda erat. *l.* 1. §. 5. §. 11. *h. t. l.* 5. *in f. l.* 20. §. 1. *D. de Appell. l.* 3. *de App. recip. l.* 6. §. *pen C. de App.*

2. Jure novo ex Conſtitutione Juſtiniani intra 10. dies, tam in alienâ, quam in propria cauſâ. *Nov.* 23. *c.* 1. *Auth. Hodie C. de App.* Quod quidem tempus numerandum eſt, ex quo quis novit ſententiam eſſe pronunciatam. *l.* 1. §. *ult. h. d. Nov.* 23.

3. Atque hoc quantum ad interponendam appellationem. Nam appellationi, à Judice inferiore ad ſuperiorem transferendæ & introducendæ, pro locorum intervallis, longiora tempora conſtituta ſunt. vide *l.* 2. *l. ult. & t. t. C. de Temp. app. Nov.* 82. *c.* 6.

4. Peragendæ ſeu proſequendæ appellationi plerumque anni, aliquando & biennii, ſpatium eſt præfinitum. *l. ult.* §. 4. *C. de Temp. app.* Scilicet, ſi appellans non fuerit in mora; biennio autem vel anno elapſo, perinde eſt, ac ſi appellatum non fuiſſet, vid. *Voet. ad h. t.*

5. Appellatio à munere publico ſtatim à nominatione eſt interponenda, exceptâ tutelâ, & curâ. v. *l.* 1. §. 1. 2. *h.* §. 16. *l. de Excuſ. tut.* 6.

6. Atque hæc dicuntur tria fatalia tempora appellationis, vel interponendæ, vel introducendæ, vel proſequendæ; quæ vel a Judice, vel conſenſu partium, prorogari poſſe, verius eſt. *l. ult.* §. *ult. C. h. t. Nov.* 93. *cap.* 1. arg. *l.* 2. *l.* 4. §. 5. *l.* 31. *D. de Re jud.* Ratio loquendi eſt, quia appellatio, inter illa tempora non interpoſita, introducta, vel ad finem perducta, quaſi fato aut morte extinguitur; ſic in *l.* 3. *C. de Temp. appell.* dicitur *fatalis rei terminus*. Sic lis dicitur *mortua*, quæ amiſſa reſtitui nequit. *l.* 2. *Judic. ſolv. l.* 2. *de Div. temp. præſcr. l.* 3. §. 1. *Quæ in fraud. cred. Cujac.* 2. *Obſerv.* 30.

TIT. V.

De Appellationibus recipiendis, vel non. Cod. 7. 65.

1. Appellatio ab eo, cui eſt appellandi poteſtas, intra decem dies interpoſita, a Judice, à cujus ſententiâ appellatum eſt, recipienda eſt, vel Principi, aut Judici, ad quem appellatum eſt, per relationem exponendæ cauſæ, cur appellationi non detulerit. *l.* 5. *l.* 6. *h.*

2. Si quis appellationem rectè interpoſitam ſine causâ ſuſcipere recuſaverit, Jure Codicis, mulctâ triginta auri pondo afficitur, *l.* 21. *C. de App.* Jure noviſſimo, damno litis, & decem libris auri mulctatur. *Nov.* 126. *c.* 1.

TIT.

TIT. VI.

De Libellis Dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur.

1. Apoſtoli ſunt *litteræ dimiſſoriæ, quibus cauſa ad eum, qui appellatus eſt, deferuntur. l. 106. de V. S. Paul. 5. Sentent. 34. l. 9. de Jur. Fiſci l. 5. C. de App.*

2. Apoſtolos intra 30. dies, a tempore ſententiæ latæ, peti oportet à Judice inferiore, quibus is cauſam ad Judicem ſuperiorem, vi appellationis, transfert. *l. un. b. l. 24. C. de Appellat.* Quos, etiam non petitos ab appellatore, Judicem dare oportet. *l. 6. §. ult. C. de App. Wiſſenb. ad h. t. th. 23.*

3. Intra idem tempus 30. dierum acta cauſæ parti adverſæ tradenda ſunt. *Nov. 126. c. 3.* quibus judex addere poteſt relationem appellationis, ſeu refutatorias preces. *l. 6. §. 3. l. 19. C. de App.*

4. Denegatio apoſtolorum non obeſt appellanti, ſi quidem eos ſæpius petierit. *d. l. 24. C. de Appell. l. un. §. 2. b. t.*

5. Poſt apoſtolos impetratos, Jure Civili non videtur in Judicio appellationis opus eſſe nova litis conteſtatione. *l. 13. C. de Procur.*

6. Sed nec novæ probationes in hoc Judicio produci poſſunt, niſi pertineant ad poſitiones apud priorem Judicem propoſitas. *l. 6. §. 1. 2. l. 7. l. 36. l. ult. §. 1. C. de App. l. 4. C. de Temp. Appellat.* Libelli dimiſſorii hodie non ſunt in uſu, ſed judex, a quo, ſive inferior, cogitur litigantibus exhibere omnia acta, aliquando etiam interpoſito mandato judicis ſuperioris, ſive ad quem appellatur.

TIT.

TIT. VII.

Nihil innovari appellatione interpoſitâ.

1. Effectus appellationis ritè interpoſitæ eſt, quod omnia ſuſpendat & integra conſervet appellanti, in diem, quo pronunciatum fuerit. *l. un. h. l. 3. l. 12. l 13. C. de App. l. 6. D. de App. rec. l. 1. §. ult. ad SC. Turpil. tit. C. in integr. reſtit. petitâ, ne quid novi fiat.* Appellatio enim ſententiam extinguit, ſive effectu ſuo privat, ſi quidem prior ſententia retractatur; inſpecto autem eventu rei judicatæ, qua prior ſententia confirmatur, appellatio non exſtinguit, ſed tantum ſuſpendit ſententiam.

2. Excipiuntur quædam cauſæ, quæ, pendente appellatione, executioni mandari poſſunt. *v. l. un. §. ult. h.* arg. *l. 8. de Alim. leg. l. 2. §. 3. D. de Adminiſt. rer. ad Civit. pertin. Nov. 119. c. 5. Auth. Quæ ſupplicatio. C. de Precib. Imp. Wiſſenb. ad h. t. th. 29.*

TIT. VIII.

Quæ ſententiâ ſine appellatione reſcindantur. Cod. 7. 64.

1. Non indigent appellatione ſententiæ ipſo Jure nullæ. *l. 1. §. 2. h.*

2. Quales ſunt (1. Quæ contra Leges vel Conſtitutiones Principum expreſsè ſunt latæ. *d. l. 1. l. 2. §. 2. h. t. l. 6. l. 7. C. Quando Prov. non eſt nec.* (2. Vel contra mortuum. *l. 2. h. l. 59. §. ult. de Re Jud.* (3. Contra non vocatum, atque ita abſen-

ſentem. *l.* 1. §. 3. *h. l. l.* 1. *l.* 7. *C. Quom. & quando jud. ſent.* (4. Vel contra rem ſemel judicatam, id eſt, contra priorem ſententiam, quæ per lapſum decem dierum eſt confirmata, & tranſivit in rem judicatam. *l.* 1. *C. Quando Prov. nec. non eſt.* (5. Si contineant errorem calculi. *l.* 1. §. 1. *h.* (6. Vel turpe quid aut impoſſibile, *l. ult. h.* (7. Si ſententia ſit lata à judice incompetente, aut qui exceſſit modum vel tempus ſuæ poteſtatis. *l.* 5. *l.* 6. *C. h. t. l. ult. de Juriſd. d. l.* 3. *D. de Offic. Præſid.* Niſi in eum tacite vel expreſſe facta ſit prorogatio Juriſdictionis, ſive ſubmiſſio: vid. *tit. de Juriſdict. th.* 6. *& ſeqq.*

TIT. IX.

An per alium cauſæ appellationis reddi poſſint.

1. Cauſæ, quæ, in prima inſtantia, operâ procuratoris expediri poſſunt, eædem & in cauſa appellationis procuratorem admittunt, & contra. *l.* 1. *h.* v. ſupra *tit. de Procurat. th.* 7. *& ſeqq.*

TIT. X.

Si Tutor vel Curator, vel Magiſtratus creatus appellaverit.

1. Qui à tutelà curave, vel aliis publicis muneribus, ſine juſtâ excuſationis causâ, appellaverunt, tenentur reſarcire omne damnum, quod, pendente appellatione, vel pupillus, vel minor, vel Reſpublica acceperint. *l.* 1. *l.* 2. *h.*

TIT.

TIT. XI.

Eum, qui appellavit, in provinciâ defendi.

1. Qui Reipublicæ cauſâ abſunt, non tenentur ſe domi defendere, *l. ult. h.* 2. Illi autem, qui appellationis cauſâ proficiſcuntur ad Judicem majorem, domi ſe interim in aliis cauſis defendere tenentur. *l.* 1. *h.*

TIT. XII.

Apud eum, à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.

1. Qui à Judice appellavit, non poteſt ejus, tanquam offenſi & ſuſpecti, jurisdictionem in aliis cauſis defugere. *l. un. h.* Ratio eſt, quia appellator, ſi in alia cauſa ſe læſum putet, poteſt iterum appellare. Qui judici, à quo appellavit, convicium fecit, infamia notatur, & extra ordinem punitur. *l.* 42. *de Injur. l.* 8. *de Appell. Paul.* 5. *Rec. Sentent.* 4. 18. verſa vice, Judex inferior æquo animo debet ferre, ut appelletur a ſententia ſua. *l.* 20. *C. de Appellat.*

TIT. XIII.

Si, pendente appellatione, mors intervenerit. Coll. 7. 66.

1. Appellatio evaneſcit, ſi, pendente ea, appellator deceſſerit ſine herede; ſin heredem reliquerit, poteſt is, ſi velit, appellationem

nem proſequi; invitus non tenetur, niſi alterius intersit. *tit. Cod. Ut nemo invit. agere cog. l. un. h.*

2. Si in cauſâ criminali, pendente appellatione, moriatur condemnatus, cujus bona expreſſe per ſententiam publicata ſunt, bona ejus fiſco cedunt, niſi heres juſtas appellationis cauſas probaverit. *l. 3. C. h. t. d. l. un. D. h.*

3. Heredes litigatoris, pendente appellatione defuncti, non reſiduum tantum tempus habent, ſed & alios quatuor menſes. *l. ult. C. h.*

4. Pœna temerè & injuſtè provocantium olim fuit arbitraria. *Tacit. 14. Ann. c. 28. Paul. Sent. 5. tit. 35. l. 6. §. 4. l. 19. C. de App.* Deinde quinquaginta librarum argenti. *l. 5. in f. l. 6. C. Quor. app. non recip. l. 10. l. 25. C. Theod. de App. v. & l. 21. l. 24. D. l. 36. C. de App.*

TIT. XIV.

De Jure Fiſci. Cod. 10. 1. & 7. 73.

1. Fiſcus eſt pecunia Imperatoris propria & privata, quò pertinebant bona damnatorum, caduca, vacantia. *&c. v. l. 2. §. 4. Ne quid in loc. publ. tit. C. de Off. Comit. rer. privat. l. 2. C. de Privil. fiſc. l. pen. C. de Edend. l. 2. l. 3. C. de Quadr. præſcr.*

2. Differebat, etiam poſt Remp. occupatam, ab *Ærario*, (Plinio teſte, *in Panegyr. Traj. c. 36. & 42.*) quod, in æde Saturni à Valerio Publicolâ conſtitutum, erat locus, ubi pecunia publica, ſive Imperii, reponebatur. *v. Briſſ. Sel. Antiq. 3. 19.* Quanquam proceſſu temporis illa diſtinctio obſoleverit, & utraque *Fiſci* & *Ærarii* vox pro miſcuè

miſcuè uſurpata ſit. §. 4. & *ult. Inſt. de Uſuc. l. ult C. de Quadr. Præſcr. l. un. C. de Quæſtor. & Magiſt. Officior.* (XII. 6.) A quo tempore ſola Fiſci & bonorum Principis patrimonialium diſtinctio recepta fuit. *dd. ll. t. C. de Fund. patrim. t. C. Ne Rei dominicæ vel templ. vind.* (VII. 38.)

3. Fiſci privilegia & prærogativas longè maximo numero fuiſſe, conſtat; hinc, *ex gr.*

4. (1. Bona vacantia eorum, qui ſine herede deceſſiſſent, ex Lege Julià caducarià ad fiſcum pertinent. *l. 1. & t. t. C. de Bon. vacant.* (X. 10.) *l. 96. §. 1. l. 114. §. 2. de Leg. 1. l. 1. D. b. l. 1. C. de Quadr. præſcr.* Ut &, certis ex cauſis, bona caduca, (quod tamen ſuſtulit Juſtinianus in *l. un. C. de Cad. toll.*) Modò bona vacantia fiſco intra quadriennium nuncientur. *l. 1. §. 2. b. l. 10. de Diverſ. temp. præſcr.* Quanquam in commiſſis ei non, niſi quinquennio præſcribatur. *l. 2. C. de Vectigal.*

5. (2. Vectigalium conductores aliquando invitos in conductione retinere poteſt. *l. 11. §. ult. de Public. & vect. l. 3. §. 6. b. t.*

6. (3. Non modò debitorem ſuum, ſed & debitoris ſui debitorem ex causâ Primipili ante tempus convenire poteſt. *l. 3. §. 8. b. l. 1. C. de Cond. ex Leg.*

7. (4. Res ſibi cum aliis communes recte in ſolidum vendit. *l. 2. C. de Comm. rer. alien. tit. C. de Vendit. rer. cum fiſco commun.* (X. 4.)

8. (5. Immunis eſt à præſtatione dupli, evictionis nomine. *l. 5. b. t.* ut & à ſatisdationibus. *l. 1. §. 18. l. 6. §. 1. D. Ut legat. nom. cav.*

9. (6. Percipit uſuras ex omni contractu. *v. ſupra. tit. de Uſur.*

10. (7. Tacitam & legalem ſæpe habet hy-

pothecam. *l.* 46. §. 3. *b.* v. ſupra *tit. In Quib. cauſ. pign.*

11. (8. Poteſt petere, ut ſibi à reo edantur inſtrumenta. v. ſupra *tit. de Edend. tb.* 7. Contra fiſcum autem aliis inſtrumenta edere non licet. *l.* 45. §. 5. *b.*

12. Alias id genus Fiſci prærogativas paſſim animadvertere & colligere licet.

TIT. XV.

De Captivis, & Poſtliminio reverſis, & redemptis ab hoſtibus. Cod. 8. 51.

1. Bello juſto capta cedunt hoſtibus capientibus. §. 4. *I. de Jur. Perſ.* §. 17. *I. de R. D. l.* 20. §. 1. *b. l.* 31. *de Jur. Fiſc.*

2. Homines verò capti ſervi fiunt hoſtium. *d.* §. 4. *d.* §. 17. *l.* 4. §. 2. *de Stat. hom. l.* 12. *l.* 24. *b.*

3. Sic tamen, ut non modò res immobiles omnes, & inter mobiles, naves onerariæ, muli clitellarii, equi & equæ frænum patientes, jure poſtliminii ad priſtinos dominos redeant; *l.* 2. *b. Cic. in Topic. Gall. Æl. apud Feſt.* ſed & homines ab hoſtibus reverſi, eodem poſtliminii jure non modò libertatem, ſed & omnia jura, captivitate interrupta, recuperent. §. 5. *I. Quib. mod. patr. pot. ſolv. l.* 19. *Ex quibus cauſ. maj. l.* 5. §. 1. *l.* 12. §. 2. 6. *b. t.*

4. Niſi, armis poſitis, ſe turpiter hoſtibus dederint. *l.* 2. §. 1. 2. *l.* 17. *b.*

5. Reverſi autem quinam dicantur, v. in *l.* 5. §. 1. 3. *l.* 19. §. 3. *b.*

6. Dixi: *Juſto bello.* Nam qui in bello civili,

li, vel à piratis, aut prædonibus capiuntur, liberi manent. *l.* 19. §. 2. *l.* 21. §. 1. *h.*

7. Sive autem in juſto bello res homineſve manu capiantur, ſive fato caſuve, dum bellum exardet, apud hoſtes inveniantur, nihil refert. *l.* 12. *h.* ubi leg. *ſuo fato* pro *facto*. *l.* 51. *de A.R.D.*

TIT. XVI.

De Re Militari. Cod. 12. 36.

1. **M**iles eſt, *qui, præſtito ſacramento militari, in numeros relatus eſt.* v. *l.* 1. *l.* 42. *de Teſt. mil.* Prærogativæ militum longe plurimæ fuerunt. v. *Juven. Sat.* 16. *tit. l. D.* & *C. de Teſtam. mil. l.* 18. *de Re jud. l.* 3. §. 1. 10. *h. l.* 9. *de Jur. & Fact. ign. l.* 1. *C. de Offic. Mag. mil. l.* 1. *C. de Exhib. & tranſm. reis.*

2. Delicta militum aut Militaria ſunt, aut Communia, v. *l.* 2. *l.* 6. *h.*

3. Gravius autem in militum, quam paganorum delicta fuiſſe animadverſum, tralatitium eſt. v. *l.* 7. §. *ult. ad L. Jul. Maj. l.* 11. *D. ad L. Jul. de Adult.* Ita tamen, ut per vinum, aut per laſciviam lapſis aliquando capitalis pœna remittatur. *l.* 6. §. 7. *h.* & tirocinii ratio habeatur. *l.* 4. §. *ult. h.*

4. Stationis deſertio non fuit capitalis. *l.* 3. §. 5. *h. t.* v. tamen *l.* 10. *h.* Vallum autem tranſcendere, in bello militiam deſerere, ad hoſtem transfugere, capitale eſt. *l.* 3. §. 17. *l.* 5. *h.* Qui in acie prior fugam fecerit, capite puniendus eſt. *l.* 6. §. 3. *h.*

5. Qui ſe, liberoſve ſuos, pollice truncato, aut aliter militiæ armiſve portandis inutiles red-

 dunt,

dunt, deportantur, aut gravius plectuntur. *l.* 4. §. 12. *h.* *Suet. in Aug.* c. 24. *l.* 1. *l.* 7. *C. Theod. de Filiis militar. apparit.* *l.* 4. *l.* 10. *C. Theod. de Tyron.*

TIT. XVII.

De Caſtrenſi Peculio. Cod. 12. 31. & 37.

1. De Peculio ejusque ſpeciebus dictum ſuprà *tit.* 1. *lib.* 15. Illud ex *l.* 2. *b. t.* notari poteſt, filiosfamilias jure Digeſtorum ne quidem in peculio caſtrenſi habuiſſe heredem ab inteſtato, ſed patrem jure patriæ poteſtatis filii inteſtati bona occupaſſe. *d. l.* 2. *l.* 9. *h. t.* *l.* 18. *ad L. Falcid.* Quo ſenſu filio ſuccedere dicitur. *l.* 6. *de in integr. reſt.* Quod mutatum eſt per *Nov.* 118. *c.* 2.

TIT. XVIII.

De Veteranis. Cod. 12. 47.

1. Veterani ſunt, *qui militiâ honeſte miſſi & ſacramento ſoluti ſunt.*

2. Hi, poſt Auguſtum, fuere vel Exauctorati, vel Dimiſſi. Exauctorati, licet ſacramento ſoluti, & immunes à vigiliis & excubiis, omnique labore ac munere caſtrenſi, ſub uno vexillo agebant, ut, cogente neceſſitate, juſſi unanus cum hoſtibus conſererent. Dimiſſi, qui ſtatim à caſtris & exercitu mittebantur domum, vel in colonias, datis præmiis, aut agris aſſignatis. *l.* 15. §. 2. *de R. V.* *l.* 11. *de Evict.* *l.* 33. *Loc. cond.* *l.* 239. §. 5. *de V. S.*

3. Privilegia Veteranorum tum aliis in rebus, tum

tum in eo conſiſtunt, ut immunes ſint à muneribus perſonalibus. *l.* 1. *l.* 2. *D. l.* 1. *C. h. l.* 7. *de Vacat. & Excuſ. mun.* v. tamen *l.* 8. *D. de Excuſat. tutor.* non à patrimonialibus. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 4. *h.* De triplici miſſione v. *l.* 12. §. 3. *de Re mil. l.* 26. *de Teſt. Milit.*

DIGESTORUM

LIBER L.

TIT. I.

Ad Municipalem, & de Incolis. Cod. 1. 56. & 10. 38. 39.

1. Agitur hoc titulo de JCtorum commentariis ad *Municipalem*, ſcilicet *Legem*, v. *l.* 25. *h. l.* 1. *de Albo ſcrib. l.* 29. §. 2. *ad L. Aquil.*

2. Municipia ſunt *civitates, a Populo Romano in ſocietatem munerum & honorum ſuorum receptæ, ſed ſuo jure utentes.*

3. Municipes ſunt, *cives Romani ex Municipiis, legibus ſuis, & ſuo jure utentes, muneris tantum honorarii cum Populo Romano participes, nullis aliis neceſſitatibus, neque ullis populi Romani legibus adſtricti*, verba ſunt Gellii *lib.* 16. *c.* 13. *l.* 1. §. 1. *h. l.* 18. *d. V. S.* A quo munere capeſſendo appellati videntur. *d. l.* 18. & *Gell. dict. loc.*

4. A Municipiis differebant Coloniæ. *l.* 27. §. 1. *D. h. t.* Quæ ſunt *univerſitates, ex civitate, per colonorum deductiones, quaſi propagatæ & jura*

inſtitutaque omnia Populi Romani, non ſui arbitrii, habentes. Gell. dict. loco. vide *l.* 239. §. 5. *d. V. S. Plin. lib.* 10. *Epiſt.* 56. 58. 59. 109. 110.

5. Lex municipalis eſt *Jus cujuſque Municipii proprium. l.* 25. *h. l.* 37. *de Reb. auct. l.* 1. *de Alb. ſcrib.*

6. Hoc titulo abuſive Municipes dicuntur *ſuæ cujuſque civitatis cives*, ut puta Campani, Puteolani. *l.* 1. §. 1. *h.*

7. Fiunt autem Municipes vel nativitate, *l.* 1. *h. l.* 228. *de V. S.* (in qua patris, non matris conditionem ſequuntur, niſi materna origo aliquo privilegio cenſeatur. *d. l.* 1. §. 2. *l.* 22. *l.* 29. *C. de Decur. l.* 3. *C. de Municip.* Spurii quoque matris, non patris conditionem ſequuntur. *l.* 1. *in f. l.* 9. *h. t.*) vel adoptione, ſive allectione. *l.* 1. *D. h. t. l.* 7. *C. de Incol.* vel manumiſſione. *l.* 7. *C. de Incol. l.* 22. §. 2. *h. t.* vel incolatu. *l.* 29. *h. d. l.* 7.

8. Qui ex vico ortus eſt, vel ibidem domicilium conſtituit, eam patriam intelligitur habere, cui vicus ille reſpondet. *l.* 30. *h. l.* 239. §. 2. *d. V. S.* licet munerum in eâ civitate, ac honorum particeps non fiat. *l.* 35. *h. l.* 3. *C. de Incol.*

9. Qui domicilium in alium locum tranſtulit, utriuſque regionis Juriſdictioni ſubjicitur. *l.* 29. *h. l.* 7. *C. de Incol.*

10. Mutatio enim domicilii jus incolatus, ſed non jus originis mutat. *l.* 4. *l.* 5. *C. de Incol. l.* 4. *C. h.* Exceptio eſt in muliere nuptâ viro, in alio territorio habitanti. *l. alt.* §. 3. *h.* junct. *l.* 1. *C. de Mulier. & in quo loc. mun. ſex. congr. agn.* (X. 62.)

11. Qui ſtudiorum causâ in aliquo loco commorantur, domicilium ibidem habere non intel-

telliguntur. v. *l.* 2. *C. de Incol.*

12. Plura de domicilio vide ad *tit. de Judic. theſ.* 47. *&* 48.

TIT. II.

De Decurionibus & liberis eorum. Cod. 10. 31.

1. Decuriones ſunt *Municipales, & ſuæ quaſi Curiæ Senatores. l.* 33. *C. h.* unde & *Curiales* dicuntur. *l.* 25. *l.* 34. *C. eod.* v. *l.* 239. §. 5. *de V. S.*

2. Ex his creabantur *Duumviri*, qui propriè erant Magiſtratus Municipales. *l.* 25. *& ſeq. tit. præced.* 1. *C. de Magiſtr. municip. l. un. D. Si quis jus dic. non obt.* Nam ipſi Decuriones, quâ tales, non magis erant Magiſtratus, quam Senatores Romani in Urbe. *l.* 6. *pr. de Muner. l.* 7. §. *pen. de Iiterd. & rel. l.* 2. *C. de Magiſtr. Munic.*

3. Licet autem Decurionatus ſit honor & dignitas, *l.* 6. *l.* 7. §. 2. 3. *l.* 12. §. *ult. h. t. l.* 3. *C. eod. l.* 5. *de Vacat. & Excuſ. mun.* Decuriones tamen longè plurimis oneribus erant obſtricti, quæ colegit *Briſſon. lib* 4. *Select. Antiquit. cap.* 13. Sic ut Curiam omnes veluti ſcopulum defugerent, ad ejuſque onera alii præmiis eſſent alliciendi, v. §. *ult. I. de Nupt. l.* 3. *l.* 4. *C. de Natur. lib.* alii per modum pœnæ cogendi. v. *l.* 38. *C. h.*

TIT. III.

De Albo ſcribendo.

1. Album hìc eſt *tabula, in quâ Decurionum nomina, ſecundum cujuſque ordinem,*

 ſcri-

ſcribuntur. *l.* 1. *h. l.* 10. *de Decur.* Unde dicitur Album Curiæ, vel Decurionum. *l.* 46. *C. de Decurion.* Eodem modo, quo Album Senatorum, Judicum, Citharædorum, apud *Tacit. lib.* 4. *c.* 42. *Sueton. in Claud. c.* 16. *in Domit. c.* 8. *Senec. de Benef.* 3. 7.

2. Ordinem quod attinet, in Albo primi ſcribuntur, qui maximis dignitatibus ſunt functi; inter pares dignitate præferuntur antiquiores. *l.* 1. *l.* 2. *h.* Idem ordo in ſententiis dicendis obſervatur. *d. l.* 2. §. *ult. h.* v. *Menagii Amœnit. Jur. Civ. cap.* 28.

TIT. IV.

De Muneribus & Honoribus. Cod. 10. 40. 41.

1. Munus eſt *neceſſaria Reipublicæ adminiſtratio, ſine dignitate*. *l.* 214. *de V. S.*

2. Eſt vel perſonale, vel patrimoniale, vel mixtum. *l.* 1. *pr.* junct. *l. ult. h. t.*

3. Perſonale, *quod, abſque patrimonii ſumptu, ſolam perſonæ induſtriam deſiderat*. *l.* 1. §. 3. *& ſeq. h.*

4. Patrimoniale, *quod impenſam patrimonii, non perſonæ induſtriam, flagitat*. *d. l.* 1. §. 3. *l.* 3. §. 14 *l.* 18. §. 18. *eod. l.* 4. *C. de Muner. patrim.*

5. Mixtum, *quod induſtriam ſimul & patrimonii impenſam requirit*. *d. l. ult.* §. 18. 26. *h.*

6. Honor eſt *adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate conjuncta*. *l.* 14. *pr.* & §. 1. *h. t.*

7. Muneribus & Honoribus fungi poſſunt omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem tum alii, tum mulieres, *l.* 2. *de R. J.* & minores 25. annis, ſic tamen, ut annum vigeſimum quintum inchoatum eſſe ſufficiat. *l.* 8. *h.*

TIT.

TIT. V.

De Vacatione & Excuſatione munerum.

Cod. 10. 44. & ſeqq.

1. Munera publica cives, etiam inviti, administrare coguntur. *l. 9. de Mun. & Hon. l. 1. D. de Adm. tut. l. 3. C. de Suſp. tutor. princ. l. de Excuſ. tut.*

2. Exceptis his, quibus vacatio, vel excuſatio conceſſa eſt. Quales ſunt minores 25. annis, *l. 8. tit. præc. l. 2. b.* Negotiatores frumentarii, *l. 9. §. 1. b.* Qui, appellationis causâ, peregrinantur. *l. 1. l. 8. §. ult. b.* Septuaginta annis majores. *l. 8. b. princ. I. l. 2. D. de Excuſ. tutor. l. 3. tit. ſeq.* Imo majores quinquaginta quinque annis excuſantur à dignitatibus & honoribus Reipublicæ. v. *l. 11. D. de Decurionib. l. ult. C. Qui ætate vel profeſſ. ſe excuſ.* (X. 49.) Qui gaudent numero quinque liberorum. *d. l. 8.*

3. Atque hæc ita in muneribus perſonalibus. Nam à patrimonialibus, quæ poſſeſſionibus vel patrimonio indicuntur, nulla privilegia vacationem aut excuſationem præſtant. *l. 6. §. pen. de Mun. & Hon. l. 5. pr. tit. ſeq. l. 2. §. 4. l. 8. §. 4. b. l. 6. b. l. 5. l. 6. C. de Mun. patrim. l. 5. §. 7. D. de Excuſ. tut.*

4. Numerus tamen ſedecim liberorum, & munus Profeſſorum ab omni functione, omnibuſque muneribus publicis, etiam patrimonialibus, excuſant. *l. 5. §. 2. tit. ſeq. l. 6. & l. ult. C. de Profeſſorib. & Medic. l. ult. §. ult. tit. præc.*

TIT. VI.

De Jure Immunitatis. Cod. 10. 25.

1. Immunitas vel rei conceditur, vel perſonæ. Rei conceſſa ad heredes tranſit, perſonæ data, cum eâ exſtinguitur. *l.* 1. §. 1. *l.* 4. *D. h. t. l.* 3. §. 1. *de Cenſib. l.* 13. *C. de Excuſ. mun. l.* 68. *l.* 196. *d. R. J.*

TIT. VII.

De Legationibus. Cod. 10. 63.

1. Legati ſunt, *qui. cum mandatis, ad Principem vel Rempublicam, negotii publici cauſâ, auctoritate publicâ mittuntur.*

2. Hoc titulo propriè ſunt, qui à Municipiis ad Principem ſuum cum mandatis mittuntur.

3. Dixi: *Negotii Publici.* Nam qui liberâ legatione, ſui commodi causâ, abſunt, nec Reipublicæ causâ, abeſſe videntur, nec pleno legatorum jure gaudent. *l.* 14. *h. l.* 42. *Ex quib. cauſ. maj. Sueton. in Tiber. c.* 31. *Cic. de Legib.* 3. *c.* 3. 8.

4. Jura & privilegia Legatorum longè plurima ſunt. Nam, ut Legati exterorum Principum, & Populorum, jure gentium habentur ſacroſancti & inviolabiles. *l. ult. h. l.* 8. *d. R. D. l.* 7. *ad L. Jul. de Vi publ.* ita hi legati municipales, tempore legationis in Jus vocati, privilegium revocandi domum habent. *l.* 3. *h. l.* 2. §. 3. *de Jud.* v. ſupra *tit. de Judic. theſ.* 50. Sumptus, quos legationis causâ fecerunt, ex ærario publico recipiunt. *l.* 10. §. 1. *h.* dum abſunt, & biennio poſt, habent va-

vacationem, *l. 7. l. 8. §. 1. h. t.* aliisque juribus & privilegiis gaudent.

5. Legati eſſe prohibentur infames, qui jus poſtulandi non habent, & debitores Reipublicæ. *l. 4. pr. & §. 1. 2. h. t.* nec plures mitti poſſunt, quam tres. *d. l. 4. §. ult.*

TIT. VIII.

De Adminiſtratione rerum ad Civitatem pertinentium.

1. Curator Reipublicæ, cui adminiſtratio rerum, ad civitatem pertinentium, commiſſa eſt, debet pecuniam civitatis in eos uſus erogare, ad quos deſtinata eſt. *l. 1. l. 2. h. t.* Si quid culpâ commiſerit, in ſimplum, ſin dolo, in duplum tenetur. *l. 6. l. 9. §. 4. h. t.* ita tamen, ut ſui duntaxat temporis, quo hoc munere functus eſt, periculum agnoſcat. *l. 3. §. 1. d. l. 9. §. 9. h.*

2. Emptoribus & conductoribus tantum tenetur durante adminiſtratione, niſi per novationem promiſerit. *l. 3. §. 2. l. 9. §. ult. h.* ſecus quam procuratores privati, qui, etiam finito officio, tenentur de negotio, tempore adminiſtrationis, geſto. *l. 67. de Procur.* Ratio differentiæ in promptu eſt. v. *Wiſſemb. Theſ. 7. h. t.*

3. Si pluribus curatoribus munus indiſtincte ſeu indiviſim injunctum ſit, ſinguli in ſolidum; ſin diviſis portionibus, pro parte tantum obligantur, niſi alter, cum poſſet, non intervenerit, vel non prohibuerit collegam. *l. 2. §. 8. & ſeq. d. l. 9. §. 8. l. 1. l. 2. C. Quo quiſq. ord. conven.* (XI. 35.)

4. Ra-

4. Rationes adminiſtratoris ſemel *diſpunctæ*, ob errorem calculi, etiam poſt longum tempus retractari poſſunt. *l.* 8. *pr. h. Expunctæ* verò non item. *l.* 13. §. 1. *de Diverſ. temp. præſcr. d. l.* 8. §. 1. *h.* ubi pro *gratioſe* cum Cujacio leg. *rationes.* v. *Wiſſemb. Theſ.* 10. *h. t.*

TIT. IX.

De Decretis ab Ordine faciendis. *Cod.* 10. 46.

1. Ut Decreta ab Ordine (ſcil. Decurionum) facta valeant, requiritur (1. Ut à Decurionum Ordine, legitimè convocato, ſint facta. *l.* 2. *h.* adeoque, ut duæ ad minimum Decurionum partes tertiæ adſint. *l.* 3. *h. l.* 3. *Quod cujuſq. univerſ. l.* 2. *l.* 46. *C. de Decurion.* (2. Ut non ſint ambitioſa, ſeu gratioſa, *l.* 4. *h. l.* 2. *C. de Decret. Decur.*

TIT. X.

De Operibus publicis. *Cod.* 8. 12. 13.

1. Opera publica facere in primis eſt Curatoris operum publicorum, quem Reſpublica ad id conſtituit, ut opus publicum fieri curet; ut & Redemptoris, qui opus faciendum conduxit, qui per ſe, vel per ſubſtitutum opus facere poteſt. *l.* 48. *Loc. l.* 38. §. 21. *d. V. O.* vide tamen *l.* 31. *D. de Solut.*

2. Sed & privatus opera publica ſuis ſumtibus regulariter, etiam ſine permiſſu Principis, facere poteſt, v. *l.* 3. *h. t.*

3. Ita

3. Ita tamen, ut operibus publicis non niſi ſolius Principis, & ejus, cujus ſumptibus facta ſunt, nomen inſcribi poſſit. *l.* 2. *l. ult.* §. 1. *h. Plin.* 3. *Ep.* 4. & 4. *Ep.* 1.

4. Periculum operis publici, ad Rempublicam, non ad Curatorem aut Redemptorem, pertinet. *l.* 9. §. *pen. l.* 13. §. 5. *l.* 25. §. 7. *l.* 36. *l.* 59. *Loc. cond.*

TIT. XI.

De Nundinis. Cod. 4. 60.

1. Nundinæ hic ſunt, *mercatus celebriores & majores, qui certis ſtatiſque temporibus habentur, in locis, quibus eos habendi jus vel longâ conſuetudine, vel Principis beneficio, conceſſum eſt. l.* 1. *D. l. un. C. h. t.* A Senatu etiam fuiſſe impetratum hoc jus, teſtis eſt *Sueton in Claudio c.* 12. *Plin. l.* 5. *Epiſt.* 4. Dictæ quaſi *novendinæ*, ob rationem tritam & vulgatam. *Vt Macrob. Saturnal. lib.* 1. *c.* 16.

2. Nundinarum ſingulare jus eſt, ne, qui in nundinis negotiandi cauſâ conveniunt, prætextu privati debiti, ibidem, vel alibi ante contracti, in jus vocentur, præcludantur, vel ſiſtantur. *l. un. C. h.* Quod privilegium non competit reis criminum. *l.* 3. §. *ult. D. de Fer. l.* 4. *D. de Pœn.*

3. Jus Nundinarum non uſu decennii amittitur. *l.* 1. *h. t.*

TIT.

TIT. XII.

De Pollicitationibus.

1. Pollicitatio hic eſt *ſolius offerentis promiſſio, Reipublicæ facta, ſine acceptatione. l. 3. h. t. c. 7. X. de Vot.* In quo, ut & in aliis, differt à pacto. *d. l. 3. l. 1. D. de Pact.* v. *l. 5. l. 1. §. 1. h. t.*

2. Effectus eſt, quod inde Reipublicæ vel Univerſitati naſcatur obligatio & actio, contra eum, qui ex pollicitatione, ob juſtam cauſam factâ, voti reus eſt factus. *l. 2. h.*

3. Votum eſt ſpecies pollicitationis, generalius acceptæ. Eſt autem *ſancta promiſſio de re aliquâ licitâ, Deo, in certum finem, facta. c. unusquisque. 8. Cauſ. 22. Quæſt. 4. & c. 4. Cauſ. 33. quæſt. 5.*

4. Voto autem patresfamilias puberes, non filiifamilias obligantur, nec ſervi, ſine patris, dominive auctoritate. *l. 2. §. 1. h.* v. ſupra *tit. de SC. Maced.*

TIT. XIII.

De Extraordinariis Cognitionibus, & ſi Judex litem ſuam feciſſe diceretur.

1. Cauſæ extraordinariæ ſunt, *de quibus ordinaria formula & actio non eſt prodita;* ut ſunt ſalaria Profeſſorum, Advocatorum, Medicorum, aliaque, de quibus non ordinario modo, ſed extraordinaria cognitione à Magiſtratibus majoribus jus dicitur. *l. 1. & t. t. h. l. 178. §. pen. d. V. S. Sueton. in Claud. c. 15.*

TIT.

TIT. XIV.

De Proxeneticis.

1. Proxeneta eſt *interceſſor, interpres, pararius, vel conciliator, cujus operâ & beneficio inter duos pluresve, emtiones, nuptiæ, aliaque negotia contrahuntur. l. 2. l. 3. h. t. l ult. D. l. ult. C. de Sponſalib. & arrhis ſponſalit. & proxeneticis.*

2. Proxeneticum eſt *merces, ſive præmium, quod proxenetæ pro navatâ operâ debetur*; quod jure licito peti poteſt, ſi quidem promiſſum ſit, actione in factum Prætoriâ; ſi non ſit promiſſum, actione extraordinariâ. *l. 1. l. 3. h. t. l. ult. C. de Sponſalib.*

3. Proxeneta, ſi quid dolo fecerit, actione de dolo tenetur, non actione mandati, nec locati. *d. l. 2. h. t.* Nam in opera, quam præſtat, non de culpâ levi, aut leviſſimâ, ſed de dolo malo duntaxat tenetur. *d. l. 2. l. 1. Si menſor. fals. mod. dixer.*

TIT. XV.

De Cenſibus. Cod. 11. 57.

1. Cenſus eſt *ſolennis Civium, bonorumque, ad eos pertinentium, publicâ auctoritate facta, deſcriptio. l. 3. pr. l. 4. pr. §. 1. & ſeqq. h. t. l. 10. D. de Probat. v. Gell. Noct. Attic. 16. 10. Briſſon. Select. Antiq. 1. 5.* Tralatitium enim eſt, in Republicâ Romana ſingulos patresfamilias in ſua quemque tribu, claſſe, centuriave, nomina tum ſua, tum uxorum, liberorum, libertorum, ſervorumque, & eorum numerum ac ætatem, bo-

bona item ſua, tam mobilia, quam immobilia profiteri debuiſſe, ut Reipublicæ exacta capitum & bonorum ratio, & quantum eo nomine ærario præſtari oporteret, conſtaret. v. *Gell. & Briſſ. d. loc. l.* 10. *l.* 29. §. 1. *de Prob. l.* 62. *de Acq. rer. dom.*

2. Nam tributa pro modo patrimonii, & pro capite præſtanda fuiſſe, niſi quis ab hoc onere vel immunitate, vel ætate excuſetur, conſtat. *l.* 3. *h.* Adeo, ut prædia pro *cenſu*, id eſt, tributi præſtatione, jure pignoris obligata ſint. *l. C. Sine cenſu vel reliq. fund. comp. non poſſ. l.* 1. *C. Si propt. publ. penſit. l.* 5. *D. h.* &, non obſtante pacto contrario, tributa à quolibet fundi poſſeſſore peti poſſint. *l.* 42. *de Pact. l.* 7. *D. de Publican. & vectig.*

TIT. XVI.

De Verborum Significatione. Cod. 6. 38.

1. Utilitas hujus Tituli non eget commendatione, apud eos certè quidem, qui quantum præſidii & momenti futuro JCto ſit poſitum in exacta Latini ſermonis & formularum, ad Jus pertinentium, cognitione, exploratum habent. Quod ſi hac præcipuè ſcientia ad enodandos pleroſque Juris laqueos uſus eſt Antiſtius Labeo, ut Gellius refert, idque illâ ætate, qua Latini ſermonis puritas cum lacte materno imbibebatur, quâque & mores & jura & verba civilia ſine comparatione erant notiora; quantum credibile eſt, Studioſis Romani Juris profuturam Romanæ linguæ, in primis autem JCtis & Imperatoribus noſtris uſitatæ, ſcientiam? Hac præ-

præcipuè ætate, quâ Veterum monumenta ſpinis & inextricabilibus difficultatibus horrere videntur omnia? Quam Latini ſermonis in jure explicando peritiam non aliunde purius hauriri, quam ex ipſis JCtis, optimis ſui interpretibus, nemo non videt. Quare facilè fidem mihi habebunt Studioſi Juris, ſi, id quod res eſt, dixero, hunc titulum nunquam de manibus eſſe deponendum, ſed nocturnâ diurnâque curâ verſandum. Si mihi non credant, credant Quintiliano, qui ſummum ſemper JCtorum, circa proprietatem verborum, fuiſſe atque eſſe debere laborem, verè affirmat. Ut nihil ad hujus Tituli explicationem contulerim, fecere & moles libri, qui jam in majorem, quam initio cogitaveram, magnitudinem excrevit, & materiæ amplitudo, de quâ præſtat tacere, quam pauca dicere, & utiliſſima denique virorum Eruditorum de hoc argumento Commentaria. Quos inter familiam ducunt Andr. Alciatus, Joh. Goddeus, & Wiſſembachius noſter.

T I T. XVII.

De Diverſis Regulis Juris Antiqui.

1. Regula, inquit Paulus, *eſt, quæ rem, quæ eſt, breviter enarrat; non ut ex Regula jus ſumatur, ſed ut ex jure, quod eſt, Regula fiat. l. 1. D. h. t.*

2. Viſum eſt Digeſtorum Compilatoribus, id genus Regulas & Axiomata hoc in titulo per ſaturam colligere, nullum alium in finem, quam ut Studioſi Juris hujuſmodi ſententias Veterum JCtorum, ad principia Juris, jam in ſuccum &

ſanguinem verſa, adplicare, eaque inde illuſtrare poſſent. Nam (quod Coraſii aliorumque veniâ dixerim) qui Studioſis auctores ſunt, ut initium diſciplinæ & ſtudii Juris ab hoc potiſſimum titulo faciant, non videntur benè ſubductâ ratione expendere, quàm latam erroribus viam aperiant, dum rudes & infirmi tyronum animi, nondum illis levibus ac ſimplicibus principiis initiati, quæ tam ſeriò & graviter commendat noſter Juſtinianus, has ſententias, latè patentes, longè alieno, & ſæpe abſurdo, ſenſu interpretantur. Quod compluribus exemplis probare in proclivi eſt. Rectius, ſi quid hic mei judicii eſt, alii ſummi Interpretes cenſuerunt, hoc ultimum Digeſtorum caput, non niſi poſt Inſtitutionum fundamenta memoriæ mandata, idque non ſine fidis Interpretibus, eſſe perdiſcendum. Quos inter locum principem deberi certum eſt Jac. Gothofredo, Petro Fabro, quique horum prolixiores commentarios, quanquam diverſâ ratione, anguſtioribus compendiariæ inſtitutionis terminis circumſcripſerunt, Everardo Bronchorſtio, Joh. Jacobo Wiſſembachio, & Johanni Sandio.

FINIS.

ANT 1318333

Digitized by Google

Digitized by Google